

BIBLIOTHECA  
MUSEI HISTORICO-NATURALIS  
MUSEI HISTORICO-NATURALIS  
VENETIANA



3 1761 05390960 2

VENTILLANVS  
COLLECTIONES XIX  
LIBROS

AVGVSTVS  
G. BENTON



1755

LIPSIÆ  
ADIBVS B.G. TEVBNERI







Quintilian

( QVINTILIANI )

QVAE FERVNTVR

DECLAMATIONES XIX

MAIORES;

EDIDIT

GEORGIVS LEHNERT

EG

325454  
17. 3. 36.

MCMV

LIPSIAE IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI

LIPSIAE: TYPIS B. G. TEVBNERI

PIIS MANIBVS  
HVGONIS DESSAVER

DE DECLAMATIONIBVS HOC IN VOLVMINE  
RECOGNITIS OPTIMI MERITI





## PRAEFATIO.

---

Declamationes XIX altero p. Chr. n., ut videtur, saeculo exortas iam quarto saeculo exornatas Quintiliani nomine esse circumlatas, quo magis eas legentes appetent atque arriperent, probatur locis quibusdam a Firmico Materno, Hieronymo, Servio aut laudatis aut imitatione expressis.<sup>1)</sup> quo factum est, ut et splendore falsi illius nominis perducti et gratia qua eis quoque temporibus declamationes florebant, commoti illi viri qui Q. Aurelio Symmacho et Virio Nicomacho Flaviano ducibus quarto p. Chr. n. saeculo, ut antiquam religionem defenderent antiquosque mores conservarent et tuerentur contra novam Christianorum doctrinam, Romanorum quoque scriptorum opera a corruptelarum sordibus purgare studuerunt, quo magis genuina forma recuperata qui legerent ad pristinam virtutem revocarentur atque inflammarentur, etiam declamationibus operam navarent. id quod confirmatur subscriptionibus in codicibus post decl. X et XVIII servatis<sup>2)</sup> quibus edocemur Domitium Dracontium et Hierium declamationes in schola fori Traiani emendasse.<sup>3)</sup> perspicuum autem est codices quibus illa subscriptio traditur, ex exemplari quodam fluxisse quod illa recensione Hierii et Dracontii quasi fundamento nitebatur, ita ut

---

1) cf. ad 1, 3, 3, 16, 4, 11, 4, 13, 6, 19, 12, 23, 13 tit. 13, 2, 15, 10.

2) cf. p. 206 et 335.

3) cf. Mus. Rhen. 60 (1905), p. 154.

sperare possimus in universum textum traditum, quamvis multis locis temporum iniquitate depravatus maculisque inquinatus sit, eam formam praestare qua declamationes quarto saeculo exeunte circumferebantur.

De codicibus illis investigandis atque eorum lectionibus excutiendis optime meruerunt cum C. Hammer, tum H. Dessauer. ex quibus Hammer quae invenerat, breviter exposuit in libello anno 1893 Monachi edito: 'Beiträge zu den XIX grösseren quintilianischen Deklamationen.' Dessaueri studiorum quibus summa diligentia vir ille doctus multos per annos<sup>1)</sup> incubuit, fructus extitit libellus: 'Die handschriftliche Grundlage der neunzehn grösseren Pseudo-Quintilianischen Deklamationen' Lipsiae 1898. qui cum in universum rem ad umbilicum perduxerit, ego pro operis indole breviter repeto ea quae legenti necessaria sunt.

Omnium librorum ut antiquissimus ita optimus codex Bambergensis M IV 13 (B)<sup>2)</sup> saeculi X exeuntis membranaceus formae quaternariae maioris (26,9 × 23,4 cm) compositus est ex 13 quinionibus, nisi quod pro altero quaternio, pro tertio ternio exstat. unum folium interpositum est. foliorum igitur numerus est 125. pagina unaquaqueque exhibet binas columnas 23 plerumque versuum. codex a tribus librariis exaratus est, e quibus

---

1) Hieme annorum 1892/93 Parisiis versatus est, aestate 1893 in Britannia. autumnus eiusdem anni in Italiam transmigravit. vere anni 1894 in patriam rediit. tum Lutetiam Parisiorum et Londinium iterum adiit. codices Leidenses ei benigne Herbipolin transmissi sunt. quae inceperat, fortunae iniquitate ad felicem exitum perducere impeditus est. morbo enim atroci suppressus litteris et suis immatura morte ereptus est die 7. mensis Aprilis anni 1900, priusquam declamationum textus ipsam recensionem adiret.

2) cf. Enderlein, codex Bambergensis XIX maiores declamationes in libris mss. Quintiliano adscriptas continens cum textu editionis Burmanni comparatus. Suevofurti 1870; Hammer, p. 15; Dessauer, p. 10; Leitschuh, Katalog der Handschriften der Königl. Bibliothek zu Bamberg (1895), p. 46.

primus confecit quiniones 1—4, 6, 9, 12, 13, alter 5 et 10, tertius 7, 8, 11. quos eodem tempore scribendo vacasse inde apparet quod, cum in fine quinionum 6 et 11 (fol. 54 et 104) librarii quae eis tributa erant, absolvere spatio assignato non possent, librarius in infimo margine folii 54 adscripsit quae spatium superabant, post folium 104 autem alia quaedam manus litteris rudibus et incomptis quae deerant, novo folio interposito supplavit. Contra nec folio 64 nec 104<sup>1)</sup> charta aversa completa est ne uno quidem verbo intermisso. finis quintae et nonae, initium sextae declamationis rubro colore largiter inducto uncialibus litteris picta sunt. folii 22 aversi pars maior rescripta est. initia declamationum XIV, XVI, XVII, XVIII, XIX, I desunt, cum rubricator munere suo non functus sit.

Corrector eiusdem aetatis (b) codicem emendavit, raro quae scripta invenerat, erasit. qui diligenter et caute provinciam suam administravit nullo tamen alio libro adhibito. plerumque eos tantum locos mutavit qui leviter aut corrupti erant aut corrupti esse ipsi videbantur; menda graviora plerumque intacta reliquit. librarios ipsos minime fuisse homines doctos, et linguae latinae usum eis parum fuisse familiarem facile ex peccatis eorum intellegitur nam cum exemplar unde Bambergensis manavit, scriptura continua exaratum esset, saepissime verba falso aut coniuncta aut distincta sunt. *b* et *v* in terminationibus *-bit* et *-vit* saepissime commutantur, item in vocibus *beneficium* et *veneficium*. *h* littera inconstanter aut adhibetur aut neglegitur.<sup>2)</sup> vel inde probatur librarios fuisse Italos vel Gallos, quod ut adfirmem, alia pauca adspergam: p. 71, 24 *consientiae*, 73, 26 *contationi*, 74, 1 *contraditioni*, 48, 8 *santissimas*, 69, 25 *instintus*. quocum et ipsa scribendi ductus convenit quem inspicienti opinio exoritur librarios fuisse Gallos. atque notissimum est imperatorem Henricum II

1) fol. 104 1<sup>1</sup>/<sub>3</sub>, columna litteris vacant.

2) legitur e. g. *ereditas*, *omo*, *oc trao* sed contra *honus*, *hosculum*, *hortus solis*.

pretiosissimos et optimos libros cum aliunde tum ex Gallia et coemisse et dono accepisse quos bibliothecae capituli Bambergensis traderet.<sup>1)</sup> erat autem olim codex capituli illius. in charta enim a bibliopega codice praeposita legitur: *declamationes Quintiliani ad bibliothecam reverendissimi capituli Bambergensis*. Signaturae eodem loco reperiuntur tres: J 4, 1040 et quae nunc viget, M IV 13. attamen quae via codex hunc in locum pervenerit, non constat. silentio tamen praeterire nolo saeculo XII in bibliotheca coenobii S. Michaelis Bambergensis fuisse Quintilianos II<sup>2)</sup>, qui anno 1483 in catalogo ab Andrea abbate confecto non iam enumerantur. quos in bibliothecam capituli esse translatos, ubi iam saeculo XIII duo Quintiliani in tabulis relati sunt<sup>3)</sup>, atque esse eosdem atque eos qui nunc in bibliotheca regia servantur (M IV 13 et M IV 14) affirmat Bresslau.<sup>4)</sup> neque negari potest, coniecturae illi aliquid probabilitatis inesse, attamen cave, eam pro certa vendites.

Sed ad res orthographicas redeo. de quibus ne longus sim, hoc loco unum in conspectum redactas proferam scripturas quasdam sollemnes: *adfectus, adfero, adfirmo, adicio, adprobo, adsiduius, alioquin, aput, atquin, contemptus* (etiam pro *contentus*), *dampno, dinosco, execratio, exequiae, expecto, exulto, inquit intellego, neglego, nuncio, obicio, obscenus, paciencia vel -tia, pacior, quicquid, quotiens, sepulchrum, tempto, totiens*, saepe leguntur *propincus, aecus, eculeus, secuntur*. litterae *c* et *ae*, *t* et *e* fere promiscue usurpantur. vix interdum differunt *n* ab *u* et *ii*, *d* ab *cl*.

1) cf. Jäck, Vollständige Beschreibung der öffentlichen Bibliothek zu Bamberg II (1832), p. II, Giesebrecht, Geschichte der deutschen Kaiserzeit II<sup>4</sup> (1875), p. 64.

2) cf. G. Becker, catalogi bibliothecarum antiqui (1885), p. 192.

3) cf. Dümmler, Anzeiger für Kunde der deutschen Vorzeit N. F. 24 (1877), p. 135: *Marci Fabii Quintiliani . . . volumine incipit et paullo infra: Liber Marci Fabii Quintiliani institutionum oratoriarum*.

4) Bamberger Studien, Neues Archiv der Gesellschaft für ältere deutsche Geschichtskunde 21 (1896), p. 170.

notis et compendiis librarii uti non solent nisi paucis eis-  
que tritissimis. subscriptionem post decl. XVIII servatam  
descripsimus p. 335. paucae in margine adscriptae sunt  
adnotationes:

- fol. 12<sup>ro</sup> ad decl. 3 *super omnia lege* (scil. decl. 3).  
 „ 23<sup>vo</sup> „ 4, 21 *sunt de his stantibus sctorũ am.*  
 „ 32<sup>vo</sup> „ 5, 23 *epilogus pro conquestione.*  
 „ 55<sup>vo</sup> „ 9, 11 *de ingrato.*  
 „ 56<sup>ro</sup> „ 9, 13 *concordiae laus et amicitia.*  
 „ 57<sup>vo</sup> „ 9, 17 *quomodo se debet quisque re-  
 spicere.*  
 „ 57<sup>vo</sup> „ 9, 17 *de dilectione.*  
 „ 64<sup>vo</sup> „ 10, 15 *quid ars magica possit.*  
 „ 81<sup>ro</sup> et 91<sup>vo</sup> notae Tironianae quarum imagines  
 invenias apud Leitschuh, l. l.  
 „ 103<sup>vo</sup> ad decl. 17 *filius accusatur parricidii.*  
 „ 124<sup>vo</sup> ad 1, 16 *probacio.*

Declamatio prima ultimo loco legitur.

Eisdem lacunis, multis locis aequè depravatis, ad-  
notationibus quibusdam in margine eodem modo appictis  
probatur Parisinum 1618 bibliothecae nationalis<sup>1)</sup> ar-  
tissime cohaerere cum Bambergensi. cum autem non omnes  
inveniantur lacunae adnotationesque, et cum Parisinus hic  
illic, ubi sive erravit librarius codicis B sive quod priore  
manu scriptum erat, rasura evanuit, genuinam servaverit  
lectionem, in propatulo est utrumque librum ex communi  
exemplari fluxisse. Parisinus ille saeculi XII, olim Putea-  
neus, membranaceus forma maxima initialibus ornatus co-  
lorum splendore atque varietate praeter ceteros distinctis  
foliorum 141 praebet declamationes tertio loco inde a  
folio 91. praecedit praefatio Anastasii, apostolicae sedis  
bibliothecarii, ad excellentissimum regum et christianissi-  
mum Karolum<sup>2)</sup> regem et Dionysius Areopagita latinitate  
donatus a Ioanne Scota. nihilominus ad recensendas decla-

1) cf. Hammer, p. 22, Dessauer, p. 11.

2) i. e. Carolus Calvus.

mationes inutilis est, cum ea quibus a Bambergensi dissentit maximam partem meris debeantur coniecturis.

Quae librario culpa dari nequeunt ea multo fidelius servavit alius codex iam ante Parisinum ex Bambergensis archetypo descriptus, dico Leidensem Vossianum latinum in quarto 111<sup>1)</sup> (V) (22,7 × 13,3 cm). est ille membranaceus saeculi decimi exeuntis vel undecimi ineuntis foliorum 138 versuum 28—29 (inde a folio 104), quorum primum excidit, ut iam restent 137 folia. fol. 136 textus media in declamatione XIX desinit.<sup>2)</sup> reliqua pars illius folii et folium 137 vacua sunt. ordo declamationum est 2. 1. 3—19. codicem confecerunt librarii tres quorum primus, omnium accuratissimus, scripsit fol. 1—47, alter fol. 48—116, tertius reliqua.<sup>3)</sup> primae declamationum litterae caeruleo vel rubro colore pictae sunt. quae peccaverant, librarii linguae latinae non ignari ipsi de suo correxerunt neque aliud exemplar adierunt. distinguendi notae accuratissime positae sunt. *d* littera ante *f* et *s* fere semper assimilatur. *t* et *c*, *e* et *ae* saepissime commutantur. scripturas singulares enumero has: *adholescens* (scriba II), *adque*, *archanus*, *benivolentia*, *calumpnia*, *cathena*, *dampnum*, *inquit*, *intelligo*, *langor*, *michi*, *nichil*, *obtinus* (scr. II), *obto* (scr. II), *occulus*, *sepulchrum*, *sompnus*, *sydus*, *thorum*, *velud*.

Primum folium Vossiani nunc deperditum suppletur codice Seldensi Nr. 36<sup>4)</sup> olim 3350 bibliothecae Bodleyanae membranaceo forma maxima (39,3 × 20,4 cm). liber est miscellaneus saeculorum 12—14, foliorum 169. primo loco, fol. 2—69 post primum folium quod continet initia, ut videtur, psalmorum, leguntur declamationes binis columnis 36 versuum scriptae ab uno librario circa annum 1200 nitide et constanter adhibitis compendiis maxime

1) cf. Hammer, p. 15, Dessauer, p. 18.

2) cf. ad p. 347, 2.

3) cf. ad p. 132, 22 et 302, 18.

4) cf. Dessauer, p. 20.

usitatis. litterae initiales et rubro et viridi colore pictae sunt. quae iam sequuntur, hoc loco enumerare supersedeo, cum ea postea demum cum Pseudo-Quintiliano unum in volumen coniuncta sint.<sup>1)</sup> declamationes manus eiusdem aetatis correxit. quinquies vel sexies saeculo XV variae lectiones additae sunt.

Seldensem autem ex Vossiano quam accuratissime esse descriptum multis evincitur argumentis. e. g. declamatio XIX eisdem verbis desinit atque in Vossiano. cum declamatione IV finita membranae pars infima propter materiae maculam in Vossiano litteris non expleta sit, item in Seldensi reliqua paginae pars vacua est. titulum declamationis VI praebet uterque codex hac forma: *ipsa est manus ce ce*. inter argumentum declamationis VII et textum uterque addidit *opus*. accedunt eadem lacunae, eadem vitia. plerumque quae Seldensis propria peccata esse videntur facillime ex lectionibus Vossiani perperam intellectis explicantur.

Iam transeamus ad Montepessulanum H 226 ex bibliotheca scholae medicae (**M**)<sup>2)</sup> saeculi XII/XIII, membranaceum, formae quaternariae, foliorum 90, versuum 35. primae declamationum litterae colore caeruleo aut rubro pictae sunt. codicem ab una manu scriptum altera eiusdem aetatis correxit, quae menda librarii accurate emaculavit, pro scripturis e sermone vulgari depromptis e. g. *inquit*, *calamitatium*, *sonnus* (= *somnus*), *dannum* (= *damnum*), *ammirari*, *facta* (= *fata*) genuinas restituit, enuntiata distinxit, varias aliorum librorum lectiones, coniecturas, explicationes in margine adiecit. Montepessulanus post declamationem III praebet accusationem militis illam quam ignotus quidam auctor medio aevo composuit inscriptam: *tribunus Marianus* appposito tamen signo antiographi ( $\psi$ ). primo folio legitur: *Quintiliani de causis*

1) cf. Catalogi librorum manuscriptorum Angliae et Hiberniae, Oxoniae 1697 I, p. 162 sub Nr. 3350.

2) cf. Dessauer, p. 14.

*capitula XX, sequitur index declamationum: capitula in libro exclamationum M. Fabii Quintiliani quae sunt numero XX..... quem excipiunt versus hi:*

*invidia quondam suppressus rhetoricorum  
in lucem redeo Quintilianus ego.*

folio 90 in calce declamationis XIX rubricator uncialibus litteris haec appinxit: *Marci Fabii Quintiliani de///clama- tionum sive causarum seu acuminum liber feliciter explicit.* quibus nomen suum apposuit Petrus Pithoeus. primo folio legitur a manu saeculi XV: *Ex libris Collegii Ora- torii Trecensis.* sicut in Vossiano declamatio altera prae- cedit primam.

Quattuor alios libros Vaticanum 1773, Perizonia- num in folio 14, Hunterianum, Laurentianum plut. sin. XXII, 8 ex eodem fonte ductos esse atque Montepessulanum cognoscitur eo, quod omnes exhibent et tribunum Marianum nullis aliis codicibus servatum et distichum illud: *invidia quondam* eqs. ad recensionem declamationum tamen nullius sunt momenti, cum nulla noua subsidia ad cognoscendam archetypi indolem atque naturam praebeant. sunt enim multis inquinati vitiis et coniec- turis, atque irrepserunt in Laurentianum et Perizonianum potissimum multae lectiones codicum infimae notae. at- tamen in edendo tribuno Mariano, cum melioribus carea- mus auxiliis Vaticani et Perizoniani lectiones in apparatus recepi, quo simul demonstrarem quantum ab Montepessu- lano distarent.

Ex quibus Vaticanus latinus 1773 (O)<sup>1)</sup> membra- naceus saeculi XIV, forma maxima foliorum 74, binarum co- lumnarum versuum 56 continet praeter declamationes quae fol. 1—54 obtinent, excerpta ex controversiis Senecae. erat olim Gasparini de Barziziis qui multas in margine adscripsit observationes et lectiones codicum interpolato- rum. quid de declamatione III<sup>b</sup> iudicaverit, legas apud Dessauerum l. l.

1) cf. Hammer, p. 20, Dessauer, p. 16. \*



Perizonianum in folio Nr. 14 Leidensem (N)<sup>1)</sup> olim monasterii Audomarensis membranaceum saeculi XIV foliorum 65, binarum columnarum, versuum 36—39 duo librarii confecerunt, prior usque ad folium 49<sup>ro</sup> diligenter, posterior neglegenter officio suo functus. uterque multis compendiis haud raro minus usitatis usus est. textus mirum in modum depravatus atque interpolatus est.

Duobus codicibus gemellis non solum communes sunt lectiones scripturaeque plurimae sed etiam idem declamationum ordo (2. 1. 13. 8. 5. 16. 17. 10. 3. 11. 12. 9. 4. 6. 7. 18. 19. 14. 15.) et praeter subscriptionem post decl. XVIII servatam alia post decl. X<sup>2)</sup>; dico Parisinum 16230 et Sorbonianum 629.

Parisinus (P)<sup>3)</sup> chartaceus forma quaternaria (20,5 × 28 cm) saeculi XIV exeuntis olim bibliothecae cardinalis de Richelieu, tum Sorbonianus, nunc bibliothecae nationalis continet folia 104. declamationes incipiunt fol. 10, desinunt fol. 91. reliqua scriptura carent. unicuique paginae sunt binae columnae versuum 40. librarius unus totum volumen scripsit dilucide atque accurate, multa compendia multasque notas adhibuit, bene distinxit. rubricator erroribus paucis obelum apposuit, hos aliosque corrector (p) eiusdem aetatis emendavit. praepositiones saepe cum nominibus coaluerunt. *pyrata, cathena, thorum, quod pro quam* saepissime inveniuntur.

Fere eundem textum praebet Sorbonianus MS 629<sup>4)</sup> (S) chartaceus forma quaternaria (22 × 29,5 cm) saeculi XV, foliorum 232, versuum 40—48. continet foliis 1—76 declamationes Quintiliani, folia 76—79 litteris vacant, sequuntur fol. 80—232 quinque libri rhetoricorum Georgii Trapezuntii his verbis inscripti: *Eximii utriusque linguae oratoris georgii trappezontii Rhetoricorum liber pri-*

1) cf. Hammer, p. 16, Dessauer, p. 17.

2) cf. p. 206 adn.

3) cf. Hammer, p. 21, Dessauer, p. 21.

4) cf. Dessauer, p. 22.

*mus feliciter incipit.* codex haud raro summa cum difficultate legitur. scriptus est enim litteris minusculis inclinatis inter se implicitis, permultis adhibitis compendiis, interdum non certa ratione solvendis. librarius ipse quae scripsit ex ipso exemplari emendavit. in priore libri parte ex altero exemplari nullius pretii corrector aequalis hic illic lectiones suprascriptis correcturasque induxit. adnotationes quaedam saeculi eiusdem XV primis foliis leguntur. folii primi dimidium, tertii pars abscissa est. in interiore tegumento leguntur haec: *Ex collegio magistri Gervasii. De dono magistri Radulphi de montfiquet quondam socius bursalis huius venerabilis collegii.*

Codices omnes quos adhuc enumeravimus, ex eodem archetypo descendere frequenti et in maximis et in minimis rebus similitudine evincitur. discedunt autem in duas familias ita, ut **BVM** quos signo  $\alpha$  complector, ex uno, **PS** quos  $\beta$  significavi, ex altero exemplari fluxerint, id quod non solum diverso declamationum ordine et subscriptione post declamationem X in  $\beta$  solum servata demonstratur, sed etiam eo, quod lectiones et lacunae quaedam utriusque familiae propriae sunt.

Haud paucis enim locis collocatio verborum familiae  $\beta$  dissentit ab  $\alpha$ . conferas e. g. p. 11, 6. 13, 17. 18, 9. 27, 14. 27, 22. 28, 24. 29, 4. 40, 1. 52, 6. 72, 26. 78, 4. 95, 6. 168, 10. 191, 13. 236, 15. 267, 23. 306, 11. 312, 13. 327, 5. 330, 15. 331, 11. 342, 14. 346, 4. quos locos perlustranti concedendum est ordinem verborum quibusdam locis in neutra familia reprehendi posse, raro praestare lectionem familiae  $\beta$ , ut 52, 6, 267, 23, saepe  $\alpha$  non minus quod attinet ad leges grammaticas<sup>1)</sup> quam si respicis clausulas.<sup>2)</sup>

Utraque familia lacunis hiat; velut quaedam, haud raro unum tantum verbum, desiderantur in  $\alpha$  p. 42, 1. 90, 25. 125, 21. 133, 17. 153, 17. 158, 12. 250, 9.

1) cf. 78, 4. 95, 6. 191, 13.

2) cf. 18, 9. 27, 14. 27, 22. 29, 4. 40, 1. 327, 5. 330, 15. 331, 11.

286, 11. 290, 11. 291, 1. 311, 11. 317, 4. 323, 26, in  $\beta$  71, 3. 74, 19. 79, 4. 82, 29. 92, 9. 99, 1. 126, 5. 131, 18. 135, 8. 153, 27. 187, 5. 202, 16. multisque aliis locis.

Summi autem momenti est passim unam tantum familiam veram lectionem praebere qua in re idem atque in ordine verborum lacunisue observamus, nempe graviolem testem esse  $\alpha$  quam  $\beta$ . sic genuinae sunt aut a vero proxime absunt lectiones familiae  $\alpha$ ,  $\beta$  corrupta exhibet, ut pauca tantum exscribam, his locis:

$\alpha$	$\beta$
p. 3, 16, 4, 13 quare igitur	igitur
„ 4, 17 miserim (= miserini)	miserrimi
„ 9, 10 secum	sicut
„ 16, 6 colorare	complorare
„ 16, 15 hoccum (= locum)	ictum
„ 26, 12 vilitate	utilitate
„ 36, 2. 215, 3 en ecce	ecce
„ 56, 21 contemplare	contemplari <sup>1)</sup>
„ 69, 15 remunerare	remunerari <sup>1)</sup>
„ 74, 23 iussu	ius
„ 100, 25 relinquitur	redimitur
„ 101, 17 dissimulabo	differo
„ 115, 13 inferorum	miserorum
„ 125, 14 his ederi (= mederi)	insideri
„ 127, 15 pone	post
„ 150, 10 breviter	pater
„ 172, 16 toris	choris
„ 184, 14 trepidatio ratio (= trepidat oratio)	trepidat et ratio
„ 218, 9 noxium	notatum
„ 266, 7 modo	vero
„ 275, 16 quod queror	conqueror

---

1) observa numeros.

	$\alpha$	$\beta$
p. 300, 20	appendebat	apponit
„ 322, 7	erubuerit	ċebuerit.

Contra  $\beta$  genuina servavit e. g.

	$\beta$	$\alpha$
p. 10, 27	obiectum	obiecit
„ 11, 27	videri	videre
„ 31, 10	venenum non dices	bene nomen diceres
„ 40, 3	mater	uxor
„ 49, 3	reponet	neponet
„ 116, 20	curva litora	curvantora
„ 123, 10	quinius	qui nimius
„ 142, 2	credere	credi quaerere B quae- rere V
„ 176, 14	iocos	locos
„ 186, 16	victum	nectum
„ 325, 28	materiam miraris	materia mirari
„ 350, 22	adnisus	admissus.

Quae cum ita sint, utraque familia praesidia ad recuperandam pristinam textus formam parantur, neque alteram earum spernere atque negligere licet. principem tamen locum tenet  $\alpha$ , non modo quod in universum ipsa scriptoris verba accuratius servavit, sed etiam quod loci magis minusve mendosi diligentius descripti sunt, cum textus familiae  $\beta$  ab homine linguae latinae non ignaro recensitus sit, unde factum est, ut multis quidem locis quae librarii peccaverant, tollerentur et emendarentur, loci autem corrupti certa quadam ratione atque sollerti manu ex arbitrio immutarentur vel potius propriis inventis obruerentur.

Codices **P** et **S**, ut iam procedamus ad singulos familiarum codices, plane esse gemellos paucisque tantum inter se differre locis exemplis ostendere non opus est. utrumque vero ex communi exemplari manasse, non **S** ex **P** esse descriptum eo probatur quod raro eadem in libris

duobus omisa sunt. in **S** desideratur aliquid e. g. p. 7, 11. 7, 24. 8, 6. 27, 15, cum in **P** legatur, contra verba in **S** servata exciderunt in **P** e. g. p. 27, 15. 248, 24. **S** autem esse testem paulo locupletiolem quam **P** elucet inde quod non solum liber est a multis illis mendis vilibus quibus **P** inquinatus est, sed etiam quod, ubi propriam lectionem praebet, saepius consentit cum  $\alpha$ .

Ratio vero quae inter codices familiae  $\alpha$  intercedat est haec: ut iam supra monuimus, codex **V** debetur librariis doctrina atque eruditione plus quam mediocriter imbutis qui quamquam suum esse intellexerant tradita pie atque religiose servare, tamen menda quibus textum inquinatum invenerant, propagare noluerunt quo consilio ducti multos quidem errores correxerunt, alia autem, cum non satis indolem atque naturam generis dicendi declamationum proprii perspexissent, perducti falso Quintiliani nomine, ut videtur, ad normam elegantioris sermonis immutaverunt.

Montepessulanum autem communi origine uti cum Bambergensi probatur multis lectionibus quae duobus illis libris eisque solis communes sunt.<sup>1)</sup> cum autem vir quidam doctus aliis codicibus adiutus<sup>2)</sup> et suo acumine in emaculandis vitiis fretus textum illius exemplaris, unde **M** descriptus est recenseret, auctoritas codicis pessumdata est, neque tamen prorsus inutilis mihi videtur, cum facultatem praebet una cum **B** perspicendi, ex quali archetypo familia  $\alpha$  orta sit.

Restat **B** qui neque recensionem passus neque a doctis librariis exaratus est, ita ut vel inde conicere liceat eum optimum esse fontem ex quo hauriamus. neque haec spes nos fefellit. nam librarii indocti, quamquam quo erant ingenio, tardo, multa peccaverunt multaque menda quae corrigere facillimum erat, ab exemplari transtulerunt, id quod ipsum haud raro plurimum valet ad archetypi ra-

1) inter quas etiam voces falso coniunctae et formae ex sermone vulgari sumptae.

2) cf. p. XXII.

tionem formamque perspiciendam, ea laude fraudandi non sunt quod quae invenerant, nulla coniectandi libidine incitati non depravaverunt et ea quae exemplaris propria erant, raro deterserunt atque deleverunt. iam, ut manifesto intellegatur recte iudicatum esse de familiae  $\alpha$  codicibus hanc adiciam tabulam excerptam ex primis pagellis.

	B	V	M
p. 4, 2	probaveritis <sup>1)</sup>	probaveritis	probaverit
„ 4, 5	erunt	erunt	erant
„ 4, 12	acraessent	acraessent	acta essent
„ 4, 17	miserim (miseri- rini)	miserrimi	miserrimi
„ 7, 5	suscepta	suspecta	suscepta
„ 8, 3	discedit	descendit	discedit
„ 8, 21	blandiori	blandiri	blandiri
„ 8, 27	invia	via	via
„ 9, 14	gradus	gradu	gradus
„ 11, 1	dicens (dices)	dicis	dicens
„ 14, 10	telocupat (te- lum occupat)	telo occupat	occupat
„ 14, 15	id mittendo	admittendo	in admittendo
„ 15, 14	hunc (huc) co	hinc	huic
„ 16, 6	conlorare	colorare	complorare
„ 18, 20	exheredatus	exheredatus	heredatus
„ 18, 24	gravis	gravis	gravius
„ 19, 2	at	at	omisit
„ 21, 4	eperire	deperire	perire
„ 23, 28	infamatur ac (infamatura)	infamatur ac	omisit.

Tum saeculo XII ineunte vel certe non post hoc tempus homo quidam doctus duas illas familias accurate inter se contulit lectionesque familiae  $\beta$  quas probaverat, ad exemplar suum quod ex Bambergensis non Vossiani familia

1) litteris diductis genuina lectio significatur.

ortum erat<sup>1)</sup> adnotavit, textum vitiis emaculavit, minus usitata removit, multa suo acumine atque ingenio nisus sollerter novavit quarum observationum nonnullae rectae esse videntur, libros novos non adhibuit. quo factum est, ut textus librorum inde derivatorum quos  $\gamma$  littera significo, elegantiae cuiusdam speciem prae se ferat qua decepti priores illa recensione usi textum constituere solebant. sed familiam  $\gamma$  esse contaminatam ex  $\alpha$  et  $\beta$  hac tabula illustrabo<sup>2)</sup>:

	$\alpha$	$\beta$	$\gamma$
p. 1, 16	quare igitur	quare	quare
„ 9, 6	patrem	patrem	parentem
„ 10, 27	obiecit	obiectum	obiectum
„ 21, 4	deperire	perire	perire
„ 33, 20	aut sitis	scis	scis
„ 33, 26	casus rursus redit	casus redit rursus	casus redit rursus
„ 43, 8	Mars	Roma	Roma
„ 148, 24	artis imitari	artis imagi- nemimitari	artis imagi- nemimitari
„ 155, 2	plangore	clangore	clangore
„ 158, 12	<i>omisit</i>	occidit	<i>omisit</i>
„ 176, 14	locos	iocos	licos (= locos)
„ 191, 18	uti B utri V	ut	uti
„ 206, 11	contentio- nem B concionem V	concionem	contentionem
„ 218, 9	noxium	notatum	notatum
„ 220, 13	exploramus	exponamus	{exponamus {exploramus
„ 247, 14	omnia	<i>omisit</i>	omnia
„ 250, 9	<i>omisit</i>	omittere	<i>omisit</i>

1) quod vel inde evincitur quod verba 12, 19 (236, 8) perperam iterata in **BM** ex loco paulo superiore (235, 21) in libris familiae  $\gamma$  quoque leguntur. cum aberratio illa ab **V** et  $\beta$  aliena sit, ut alia indicia hoc loco omittere liceat.

2) cf. Dessauer, p. 25.

cum multas illarum lectionum variarum redactor textui exemplaris sui suprascripserit<sup>1)</sup>, non est mirum quod codices inde nati, cum modo illam modo hanc lectionem receperint, discedunt in diversas classes quas accurate secernere atque definire difficillimum est. ac Dessauer quidem tres distinxit ( $\gamma_1 \gamma_2 \gamma_3$ ). quem<sup>2)</sup> qui eas accuratius cognoscere studet, ipsum adeat; nam hoc loco quam brevissime tantum mentionem faciamus codicum principalium.

Propius quam reliqui ad archetypi familiae  $\gamma$  formam genuinam accedere videtur codex Audomarensis 663<sup>3)</sup> olim 497 membranaceus saeculi XV foliorum 165 ( $25 \times 20$  cm). codicem duo librarii absolverunt. quorum prior scripsit fol. 1—105<sup>r</sup> et fol. 117/118, posterior fol. 106—116 et 119—165. folia 109/110 et 115/116 perperam foliis 107/108 et 113/114 praemissa sunt quo factum est, ut illa permutatione perductus librarius prior foliis 117/118 ea repeteret quae iam foliis 113/114 scripta erant.

Liber antiquissimus recensiois  $\gamma_1$  est Parisinus 7800<sup>4)</sup> bibliothecae nationalis, olim Colbertinus 2383, tum regius 5359, membranaceus saeculi XII ( $28\frac{1}{2} \times 20$  cm). valde dolendum est fere dimidium librum nunc esse deperditum, cum 46 tantum folia versuum 30 iam exstent quibus servantur decl. II. I. III 1—17. V 4—7; 10—23. VI 1—4. XIII 13—19. XIV. XV. XVI. XVII. XVIII 1—9. IX 10—14. XII 19—22. XIX 11—14. liber litteris minusculis exaratus correctorem invenit sedulum et sagacem. nullus fere locus qui corruptus sive erat sive videbatur, eum effugit neque negari potest eum doctrina atque ingenii acumine provinciam suam administrasse. nimium autem libidine coniectandi indulsit parumque vestigia verborum traditorum pressit. cuius multae correcturae transierunt per libros inde derivatos in eum textum quem vulgatae editiones praebant. locis difficilioribus saepe

1) cf. in tabula p. 176, 14. 220, 13.

2) p. 26 ff.

3) cf. Dessauer, p. 34.

4) cf. Hammer, p. 21, Dessauer, p. 26.



explanationes suprascriptae sunt additis notis *scilicet* vel *id est*. quae neque emendari neque explanari potuerunt, significata sunt notis  $\bar{r}$  vel  $\bar{r}\bar{q}$  (= require) vel  $\bar{q}\bar{r}$  (= quaere).

Ea quae in Colbertino desunt supplentur codice Parisino 7802<sup>1)</sup> bibliothecae nationalis, olim bibliothecae conditae ab Francisco I quae dicitur librairie de Blois, saeculi XII exeuntis vel XIII ineuntis membranaceo (31 × 21 cm) foliorum 88 duarum columnarum versuum 41. duo librarii eum eodem tempore exaraverunt ita, ut alter fol. 1—12 et 23—27, alter reliqua conficeret. litterae initiales rubro et viridi colore pictae sunt. liber eundem praebet textum atque Parisinus 7800, multis tamen librorum peccatis et syllabis vocalisve omissis foedatus est, cum librarii iusto neglegentius munere suo functi sint.

Ex numero librorum recensiois  $\gamma_3$  unum nomino Parisinum 15103<sup>2)</sup> qui inter eius classis codices excellit, membranaceum formae octavae foliorum 235 versuum 32 vel 35 vel 40. codex erat olim monasterii S. Victoris quod fuit prope Parisios, sicut apparet ex adnotatione quae legitur fol. 63<sup>ro</sup>: *hunc librum acquisivit monasterio sancti Victoris prope Parisios frater Ioannes Lamasse dum esset prior eiusdem ecclesiae*<sup>3)</sup>, unde ei nomen dedit Victorini Obrechtus. in libro qui est miscellaneus saeculorum XII—XV, insunt 'Petrarcae libri II de vita solitaria, Quintiliani de causis, Tullii de officiis libri III, eiusdem Tullii liber de senectute, eiusdem de amicitia, eiusdem paradoxa stoicorum'. declamationes saeculo XII scriptas quae continentur fol. 64—157, corrector eiusdem aetatis retractavit. lacunas quasdam finemque omissum inde a verbis: *si tamen* (p. 351, 10) supplevit librarius saeculi XV ex libro infimae notae. declamationes praeter XIII<sup>am</sup> titulis carent. initiales viridi colore pictae sunt.

1) cf. Hammer, p. 23, Dessauer, p. 28.

2) cf. Hammer, p. 25, Dessauer, p. 29.

3) 1448—1458.

Denique quod supra commemoravi ad recensionem codicis **M** libros quosdam adhibitos esse alienos a familia  $\alpha$ , iam addo redactorem usum esse libro familiae  $\gamma_1$ , variasque lectiones quas corrector adnotavit, petitas esse a codice familiae  $\gamma_2$ .

Cum autem eos codices in manu teneamus quorum opera atque auxilio familia  $\gamma$  conflata est, nil ex illa lucratur ad artem criticam exercendam praeter coniecturas emendationesque quasdam.

Paululo melius iudicare licet de duobus libris Leidensibus saeculi XIII quos, cum artissime inter se cohaereant, littera  $\delta$  significavimus, dico Perizonianum in octavo 4 A et Vossianum latinum in quarto 77.

Ex quibus Perizonianus 4 A<sup>1</sup>) (**H**) olim B. Huydecooperi membranaceus (12  $\times$  21 cm) foliorum 81 versuum 41 litterulis minutis et compressis, dilucidis tamen atque accuratis scriptus est. errores inter scribendum commissos librarius ipse emendavit paucasque lectiones varias additis notis *l* (*vel*) vel *al* (*aliter*) adpersit. initiales titulosque rubricator pinxit. corrector eiusdem aetatis mox ab opere suo destitit, cum intellexisset, librarium qua erat diligentia, sibi vix quicquam ad mutandum reliquisse.

Multo minus accurate multoque mendosius exaratus est Vossianus 77<sup>2</sup>) foliorum 186 (**J**). fol. 1—98 legitur institutio oratoria Quintiliani decurtata duobus columnis versuum 39 scripta. fol. 100—186<sup>ro</sup> sequuntur declamationes item 39 versibus scriptae non tamen foliis divisas in columnas. duo librarii codici operam dederunt. alter confecit fol. 1—129<sup>ro</sup> lin. 38, alter reliqua. prior ex arbitrio ordinem declamationum immutavit, posterior genuinam observavit. sed cum hic non respexerit quae ille iam litteris mandaverat, decl. XVII et I bis descriptae sunt quibus corrector eiusdem aetatis *ista super habundat* altero loco adscripsit. unde declamationes hoc ordine se


1) cf. Hammer, p. 16, Dessauer, p. 39.

2) cf. Hammer, p. 16, Dessauer, p. 40.

excipiunt: II. VIII. IX. X. XI. I. XVII. XIV. XV. V. VI. IV. III. VII. XII. XIII. XVI. XVII. XVIII. XIX. I. quanta autem socordia librarii rem egerint, optime eo intellegitur quod in XVII et I saepissime textus alter discrepat ab altero. in pagina ultima manus saeculi XV addidit: *liber declamationum S. Martini aux Iumiaulx.*

Exemplar unde duo illi libri descripti sunt, manavit ex ipso exemplari, unde Bambergensis descriptus est. quam ob rem haud mediocre lucraremur auxilium ad restituendam declamationum pristinam formam, nisi collatum cum exemplari familiae  $\gamma$  multas lectiones inde recepisset.<sup>1)</sup> quae cum ita sint, ea spes nos fefellit, et auctoritas familiae  $\delta$  eis terminis concluditur, ut ad investigandam rationem naturamque archetypi familiae  $\alpha$  non inutilis sit.

Quemadmodum autem codices alii ex aliis dependeant, hac illustretur tabula:



1) cf. Dessauer, p. 37.

De grege codicum interpolatorum quorum plurimi eis temporibus debentur quibus litteris renatis omnium ardor atque animus ad studia humaniora convertebatur, cf. Dessauer, p. 42 sqq.<sup>1)</sup>

Archetypi declamationum qualis fuerit indoles, paucis tantum hoc loco adumbrare in animo est, ne fines transgrediar qui huius editionis praefationi impositi sunt. atque primum patet damnum syllabarum, vocum, enuntiatorum quae in  $\alpha$  et  $\beta$  desiderantur, maximam partem non a librariorum qui codices servatos scripserunt, socordia esse repetendum, sed referendum ad archetypum.<sup>2)</sup> alia quae omissa erant, in archetypo sive qui eum exaraverunt sive qui correxerunt, addiderunt aut in margine aut in intervallis quae intra versus singulos erant. unde facile explicatur quod tam frequenter collocatio verborum alterius familiae distat ab alterius, nam haud raro non primo obtutu manifestum erat quo loco additamenta illa inserenda essent. qua in re librarium archetypi familiae  $\alpha$  saepius verum vidisse quam illum cui  $\beta$  debetur, iam supra monuimus. porro verba quae explicandi gratia in margine apposita erant, perperam in textum irrepserunt.<sup>3)</sup> tum archetypum scriptura continua fuisse exaratum quae neque elegantia neque perspicuitate eminebat, codicum corruptelis maximeque Bambergensis evincitur. ac ne enuntiata quidem accurate distinguendi notis divisa erant. compendia quoque saepe ansam dederunt errorum, e. g. formae pronominis relativi atque terminationes et nominum et verborum inter se permutatae sunt. accedebant loci quibus

---

1) unum ex eis libris hoc quoque loco non plane silentio opprimam, Seldensem 22 saec. XV membranaceum, qui ex exemplari Laurentii Vallae originem trahit (cf. Dessauer, p. 55). Vallae enim recensio qui cum maxime Quintiliano delectaretur, multum studii atque laboris in emendandis atque interpretandis declamationibus posuit, fundamento erat editionibus typis pervulgatis usque ad Obrechtii et Burmanni, non solum prioribus.

2) cf. Dessauer, p. 86.

3) cf. Dessauer, p. 83.

eaedem syllabae vel perperam iteratae vel voces litterulis aut syllabis alienis auctae et ita depravatae sunt. denique forma litterarum causa multorum errorum fuit, velut *li* et *n*, *li* et *u*, *d* et *n*, *d* et *u*, *p* et *r*, *r* et *u*, *ll* et *n*, *i* et *l*, *e* et *f*.<sup>1)</sup> saepe inveniuntur exempla quibus probatur archetypi a fuisse apertum.<sup>2)</sup> sed iam finem huius enumerationis faciam.

Declamationes tres scil. IX. X. VIII iam Romae anno 1475 typis mandatae sunt quo prodiit: 'M. Fabii Quintiliani declamationes tres' quarum in fine fol. 24 legitur: *he tres declamationes Quintiliani Impresse sunt Rome per Magistrum Iohannem Schurener de Bopardia. Domitius Calderinus Veronen. emendavit. Easque publice professus est Anno Iubilei et a natiuitate domini MCCCCLXXV. die uero Lune penultima Mensis Octobris. Sedente Sixto Papa Quarto, anno eius Quinto.* editio princeps omnium declamationum debetur Georgio Merulae Alexandrino quae anno 1481 in lucem exiit Venetiae apud Lucam Venetum praecedente epistula Iacobi Grassolarii ad Christophorum de Priolis. proximo. anno haec editio repetita est. eodem anno altera quoque prelum reliquit Tarvisiis per Dionysium Bononiensem ac Peregrinum eius socium non multum ab illa diversa. iam permultae editiones illas secutae sunt quae, ut fieri solet, quo magis discederent ab illis primis eo deteriores socordia edentium fiebant. quas hoc loco enumerare taedet, praesertim cum eas inuenias locis commode adeundis<sup>3)</sup> unam sub speciem redactas. anno 1665 tandem contra depravationem illam atque corruptionem magis magisque crescentem medela allata est editione Hackiana evulgata Lugduni Batavorum

1) pauca exempla profert Dessauer, p. 92.

2) cf. p. 4, 5 *erunt* pro: *erant*, 31, 8 *pavet* **BV** pro: *putet*, 119, 1 *extremam* **BV** pro *extremum*, 214, 21, 310, 9 *at* pro *ut*, 309, 10 *illum* **BM** pro *illam*.

3) cf. Schweiger, Handbuch der classischen Bibliographie II 2 (1834) p. 835 sqq. Quintiliani editio Bipontina vol. I (1784) p. XXV.

et Roterodami quam Gronovius curavit qui multis locis elegantibus observationibus lucem attulit, alios sanavit aut viam sanandi monstravit. anni 1698 Argentorati Ulricus Obrecht novam editionem paravit qui ulcera magna sagacitate tractavit, in universum tamen plura immutavit quam emendavit. institutionis oratoriae editionem Londinii 1714 publici iuris factam Gibsonii ea de causa silentio non praeteream quod ille primus tribunum Marianum in lucem protraxit institutionique subiecit. omnia studia a prioribus in declamationes posita aucta suis et Schultingii notis congeffit Petrus Burmannus in ea recensione quam anno 1720 Lugduni Batavorum emisit. contulit praeterea omnes codices Leidenses magnamque variarum lectionum ex aliis libris sibi communicatarum farraginem adscripsit. at valde dolendum est quod editor negligenter munere suo functus est neque subsidiis paratis ea qua par erat, diligentia usus est. declamationes enim institutioni subiecit magis, ne quid desiderari in suo opere posset, quam ut eas admodum dignas censeret, in quas multum temporis et laboris impenderet. itaque non mirum quod certam rationem certasque leges in eligendis lectionibus desideraveris. accedit quod collationes hic illic perturbatae esse videntur. quae quamquam ita sunt, editiones sequentes Bipontina anno 1784, Parisina Dussodii annis 1821/25 inserta bibliothecae classicae per N. E. Lemaire editae, Taurinensis annis 1824/26 ex typis Ios. Popmae textum Burmanni repetierunt. post annum 1826 autem declamationes omnino spretae atque neglectae iacuerunt usque ad annum 1881 quo Constantinus Ritter in libro: 'Die quintilianischen Deklamationen. Untersuchung über Art und Herkunft derselben' eis denuo operam navavit. de studiis novissimis annis in Pseudo-Quintiliano collocatis et rettuli et relaturus sum in Bursiani annalibus (Jahresbericht über die Fortschritte der klassischen Altertumswissenschaft). aegre fero quod ea quae Albertus Becker in dissertatione optimi fructus plena: 'Pseudo-Quintiliana.' (1904) exposuit, inter addenda tantummodo proferri potuerunt.

Perpensis eis quae supra exposuimus, apparet recensionem declamationum niti codicibus **BV** et **PS**, ita tamen, ut locum priorem teneant **BV**. multis locis **B** solus verum sive servavit sive facultatem praebet veri investigandi. quibus ex libris varietatem adnotavi integram. praeterea lectiones graviore codicum **MHJ** addidi, quia non nihil valent ad recuperandum archetypum familiae  $\alpha$ . nec minus eis illustratur quemadmodum hominum doctorum medii aevi opere atque studio textus in deterius mutatus sit. eodem consilio manum alteram quoque Montepessulani apparatusi inserui. unde id quoque lucratur, ut familiae  $\gamma$  exempla omittere licuit praeter paucos illos locos, ubi locis desperatis aut medella allata est aut allata esse videbatur. ex copia ingenti coniecturarum, emendationum, observationum a viris doctis in editionibus usque ad Burmannum prolatarum perpauca ea tantum elegi quibus re vera declamationibus lux affertur. farraginem autem reliquam qui cognoscere cupit, evolvat Burmanni editionem, ubi omnia illa congesta atque disposita inveniet. quae post Burmannum ad emendandas declamationes prolata sunt quantum in textum recipi non potuerunt, in annotatione critica adnotavi. ipse pauca novavi neque id sine consilio. melius enim quam primo aspectu credideris, declamationum verba tradita sunt. accuratius enim sententiarum nexu perspecto et ratione habita non modo corruptae, ut ita dicam, declamationum eloquentiae sed etiam loquendi usus qui quam accuratissime observandus atque ex scriptis quae indulgent sermoni vulgari, illustrandus est<sup>1)</sup>, apparebit multas earum emendationum quae videbantur esse lenes re vera leves esse. quam ob rem meum tantum erat hac in editione codicum lectiones quam accuratissime proferre atque earum auxilio quantum fieri potuit, maculis deterisis mendisque deletis conari pristinam textus formam recuperare. ea utantur alii atque accuratius intricatiusque quantum adhuc fieri potuit, ut con-

1) quaedam alio loco mox me prolaturum esse spero.

suetudine declamandi declamatorumque ita genere dicendi harum declamationum perpensis et intellectis contingat eis quae nunc coepta sunt, ad felicem exitum perducere.

Testimonia illa et fragmenta ad Quintiliani declamationes pertinentia quae p. 352 sq. declamationibus subieci, eo consilio addidi, ut, praesertim cum C. Ritter in editione minorum quae vocantur declamationum ea describere nolisset, omnia quae ad declamationes Quintiliani sub nomine circumlatas spectant, commode legentibus praesto essent.

Excerptorum duae ad nos venerunt recensiones.

Exstant enim in codice Monacensi latino 631 (M)<sup>1)</sup> membranaceo miscellaneo forma quaternaria saeculorum XII—XIV foliorum 148 olim Hartmanni Schedelii Norimbergensis octavo loco<sup>2)</sup> inde a folio 61<sup>vo</sup> (= 31 eius partis quae ab eadem manu atque declamationes scripta est) excerpta quae inscribuntur: *incipit liber Quintiliani de legalibus statibus* exarata saeculo XIII litterulis minutis inclinatis adhibitis permultis compendiis, ita ut saepissime quae scripta sint, enodari vix possint. in excerptis declamationibus duplici is qui excerpta confecit, ratione usus est; nam partim ad verbum fere textum omissis quibusdam repetiit, partim atque id maxime in prioribus breviter tantum sententias argumentaque reddidit hic illic quibusdam de suo interpositis. haec integra descripsi, ex illis ea tantum elegi quae a declamationum verbis discrepant. argumento declamationis II eam formam apposui quae ex Parisino 7900 A innotuit.<sup>3)</sup> declamationem III omnino respuit is cui excerpta debentur, declamationum I et XIX ita tantum rationem habuit, ut sententias luminaque quaedam ex eis deprompta insereret eis quae ex declama-

1) cf. Hammer, p. 31 sqq.

2) cf. indicem in catalogo codicum latinorum bibliothecae regiae Monacensis edito a Carolo Halm et Georgio Laubmann I 1 (1868) p. 124.

3) cf. Mus. Rhen. 56 (1901), p. 416 sqq.



tionibus II et XVIII exscripsit. qui quibus temporibus opus suum conflaverit, adhuc tenebris obrutum est. attamen depravatam loquendi consuetudinem respicienti quae haud paucis locis pugnat cum vero latine scribendi usu legibusque grammaticis quas neglegere illi viri docti qui medio quod vocatur aevo studiis incumbebant non solebant, Hammeri coniectura arridet qui illa excerpta quinto vel sexto p. Chr. n. saeculo tribuit. Monacensem annis 1900 et 1901 Monachi et Lipsiae contuli.

Multo expeditius oratio procedit in excerptis redactis in formam dialogi cum adversario, unde apparet declamationes XV et XIX coniungendas fuisse cum declamationibus XIII et XVIII. ut in excerptis Monacensibus hic quoque declamatio III repudiata est, I cum II coaluit. quae quantum video, servata sunt codicibus sex.

Ex quibus Parisinus bibliothecae nationalis 4709<sup>1)</sup> membranaceus (P) saeculi XIII olim regius 5944, foliorum 106 versuum 38 forma octonaria est liber miscellaneus. continet fol. 1—82<sup>r</sup> excerpta varia ex libris iuridicis, fol. 83<sup>v</sup>—92<sup>r</sup> excerpta ex declamationibus quae inscribuntur: *συγκεφαλαίωσις καὶ σύνοψις τῶν τοῦ κοιντυλιανοῦ μελετῶν ἱε.* ultima pars declamationis XVIII XIX omissa est.<sup>2)</sup> folia 92<sup>r</sup>—94 vacua sunt. sequuntur ab alia manu paulo vetustiore scripta dialogus de terra, caelo, locis infernis, igni purgatorio, legibus observandis fol. 95—98, carmen de trinitate fol. 98—99<sup>v</sup> et 103, quod excipit libellus quidam de oboedientia. folia intermissa 99<sup>r</sup>—102 tertia manus implevit tractatu quodam theologico.

In Vossiano latino in quarto 84 (V) saec. XII/XIII<sup>3)</sup> antecedunt excerpta libellum de causis rerum cui epistula Adelardi Bathoniensis ad Ricardum Baiocensem praemissa est. ordo declamationum eo perturbatus est quod declamatio VIII praecedit decl. VI et VII. in primae pa-

1) cf. Hammer, p. 37, Dessauer, p. 63.

2) cf. ad p. 426, 14.

3) cf. Hammer, p. 37, Dessauer, p. 62.

paginae margine adnotum est Q 39, unde Hammer collegit Vossianum alteram partem cuiusdam excerptorum collectionis esse.<sup>1)</sup> a manu saeculi XVI, ut videtur, in margine superiore folii 1 appositum legitur: *Ex Quintiliani excerpta ut verisimile est ab Adelardo aut alio quocumque.*<sup>2)</sup>

Codex Bernensis latinus 149 (B) chartaceus saeculi XVI forma maxima olim Iacobi Bongarsii in quo insunt Bongarsii collectanea iuridica medica alchymica diversae et originis et aetatis<sup>3)</sup>, continet, ut ex Calpurnio Flacco ita Quintiliani quoque declamationum excerpta. cum exemplar parum clare atque dilucide exaratum esset, librarius qui linguae latinae minus peritus erat, compendia quaedam perperam intellecta falso interpretatus est. quaedam quae enotare non potuit, plane omisit ita tamen, ut spatium suppleturo relinqueret.

Etiam codex Vaticanus Reginae 1428 (R) membranaceus saeculi XV<sup>4)</sup> est miscellaneus. liber qui continet opuscula diversa quam maxime et argumentis et temporibus quibus orta sunt, praebet excerpta loco octavo.

Usus sum collationibus Dessaueri praeter Bernensis quem Monachi hieme anni 1900 contuli. codices autem Gaio-Gonvillensem saec. XII/XIII et Oxoniensem saec. XIII/XIV non adhibui, cum ex eis quae Dessauer de illis enotavit, evinciatur, illis nova subsidia ad restituendam genuinam lectionem non parari.

Primum locum tenet Parisinus, quam ob rem excerptis

1) cogitat de institutione oratoria id quod parum verisimile esse mihi videtur.

2) quam coniecturam Hammer probat. Dessauer autem monet carmen illud de trinitate Parisini 4709 Petro Abaelardo ab aliis tribui, unde effici putat, cum Abaelardo declamationes quas saepius laudat, non ignotae fuerint, eum illa excerpta conflasse uterque autem ipse quod protulit, cum argumenta ad stabiliendas sententias non sufficerent, pro certo non vendidit.

3) indicem vide apud Hagen, catalogus codicum Bernensium (1875) p. 216.

4) cf. Dessauer, p. 64.

nomen dedi Parisinis, alterum Vossianus. qui libri recensionis fundamentum fuerunt. Bernensis discrepantias graviores adieci, ut sint exemplum codicum deteriorum. In Vaticano textus non modo ex arbitrio immutatus sed etiam multa additamenta passus est unde optime demonstratur quantum homines olim declamationibus delectati sint. quam ob rem quae inculcata sunt, summovere nolui et in apparatus receptum.

In conficiendis excerptis exemplar recensionis  $\gamma$  quippe quae medio aevo maxima pervulgata esset, adhibitum fuisse, ut Dessauer<sup>1)</sup> recte monet, eo evincitur, quod ultima declamationum verba sic reddita sunt: *a te imploro, uxor, ne tu amplius infamem voces neve tu amplius quid dixerit, quaeras.*<sup>2)</sup> quibus respondet lectio recensionis  $\gamma$  19, 16<sup>3)</sup>: *illud tantum . . . a te uxor . . . pecto, a te mater, ne quid amplius quaeras, tu infamiam ne dicas, cum in  $\alpha\beta$  legatur: tu, fama[m], ne dicas.*

Iam vero, cum ad finem delapsi simus, officio grato acceptoque fungor gratias agendi eis quorum ope atque auxilio mihi in edendis his declamationibus uti licuit. quorum in numero primo loco affero Angelam et Franciscum Dessauer qui mihi egregia liberalitate atque comitate schedas atque collationes Hugonis Dessauer defuncti, declamationum harum sospitatoris acerrimi atque doctissimi tradiderunt, deinde eos qui praesunt bibliothecis Bambergensi, Monacensi, Bernensi, Lipsiensi quibus auctoribus vel intercedentibus mihi licuit Bambergensem, Monacensem 631, Bernensem Monachi, Monacensem denuo Lipsiae inspicere, tum Engelbertum Drerup qui mihi cum Oxoniae versaretur, anno 1901 de duobus codicibus Seldensibus quaerenti accuratissime rettulit, denique Alfredum Klotz amicissimum qui non solum plagularum perlustrandarum laborem strenue mecum suscepit sed etiam multis locis de recensione atque emendatione declamationum optime meritus est.

1) p. 64.      2) p. 430, 21.      3) p. 351, 22.

## Addenda et corrigenda.

*Lege p. 39, 20 texerunt. 101, 12 consilium. 128, 11 adice eo. 157, 23 extingatur? ex geminis . . . 161, 7 profecit. 171, 8 sorte. 181, 6 sortis. 191, 26 sunt. 227, 20 segnitiam. 237, 16 inopinatum. 244, 18 mortium. velut . . . 257, 26 damnum. 322, 9 relaturae. 324, 4 tuorum cum maxime. 347, 17 quam ut. 363, 33 ab - invicem. 369, 18 rependas. 370, 2 perferebat mihi illatos. 378, 35 fructus *deleta adnotatione*. 379, 1 nos. *in adnotationibus ad 39, 7 paratur. ad 143, 28 dicerem M: dicere BVδ.**

*fortasse legendum p. 272, 6 et statim.*

*Textu huius editionis iam typis mandato in lucem prodiit Alberti Becker dissertatio Pseudo-Quintiliana (1904). qui proposuit haec, sive ea ipse invenit, sive codicum lectiones vel priorum coniecturas commendavit: p. 6, 3 tamquam etiam. 52, 21 escendit vel ascendit pro extenditur. 56, 1 quicumque <te> casus manet. 80, 13 formatum. 91, 15 properanti. 93, 23 ac tolle. 154, 19 maxima. 155, 2 plangore. 192, 9 sperare. 193, 18 vagum. 221, 17 arbuta. 226, 15 nisi tantum sepulturam. 231, 7 positis. 249, 7 confertum. 262, 9 his animalibus. 263, 1 credere. 263, 9 fucos. 269, 17 nisi tantum quod occidit. 274, 21 ferarum. 275, 20 illa concorporalium maledicta. 281, 22 mutua convivia. 286, 21 ferarumque concubitus. 324, 11 singultus pro cultus. 324, 27 factum. 397, 15 arare.*

---

M. FABI QVINTILIANI

QVAE FERVNTVR

DECLAMATIONES XIX MAIORES.

## INDEX NOTARVM.

- B** = codex Bambergensis M IV 13, saec. X  
**V** = codex Leidensis Vossianus latinus in quarto nr. 111, }  $\alpha$   
 saec. X/XI  
**M** = codex Montepessulanus H 226, saec. XII/XIII  
**P** = codex Parisinus (bibliothecae nationalis) 16230, saec. XIV }  $\beta$   
**S** = codex Sorbonianus 629, saec. XV  
 $\gamma$  = codices contaminati vel omnes vel aliquot  
**H** = codex Leidensis Perizonianus in octavo 4 A, saec. XIII }  
**J** = codex Leidensis Vossianus latinus in quarto nr. 77, }  $\sigma$   
 saec. XIII  
 litteris *b. m. p. s. h. i.* manus altera horum codicum  
 significatur

$\omega$  = horum consensus

$\varepsilon$  = coniecturae in ceteris codicibus et editionibus vetustioribus traditae

In declamatione III<sup>b</sup> accedunt ad **M**:

**N** = codex Leidensis Perizonianus in folio nr. 14, saec. XIV

**O** = codex Vaticanus nr. 1773, saec. XIV

*Bu.* = Burmann

*Dess.* = Dessauer

*Gr.* = Gronov

*add.* = addidit

*cod.* = codex

*corr.* = correxit

*del.* = deleuit

*er.* = erasit

*exp.* = expunxit

*litt.* = littera

[ ] = verba in codicibus tradita sed delenda

< > = verba supplenda

≡ rasuram, \*\*\* lacunam indicat.

*H.* = Hammer

*Obr.* = Obrecht

*Sch.* = Schulting

*man.* = manus

*in marg.* = in margine

*om.* = omisit

*in ras.* = in rasura

*supr.* = suprascriptit

*transp.* = transposuit

## I.

## PARIES PALMATVS.

Quidam cui erat filius caecus quem heredem instituerat,  
 induxit illi novercam iuvenemque in secreta domus parte  
 5 seposuit. is noctu, dum in cubiculo cum uxore iaceret,  
 occisus est inventusque postero die habens gladium filii  
 defixum in vulnere [pariete ab ipsius ad filii cubiculum  
 vestigiis palmae cruentato.] accusant se invicem caecus  
 et noverca. cite

10 Si iuvenis innocentissimus, iudices, uti vellet ambitu 1  
 tristissimae calamitatis, poterat allegare vobis amissam  
 cum oculis cogitationum omnium temeritatem: sed cum  
 ostendere innocentiam suam moribus malit quam adversis,  
 neque pietatis neque conscientiae suae gravem ferre con-  
 15 tumeliam potest, ut parricidium non fecisse videatur bene-  
 ficio caecitatis. quare igitur non petit, ut illum miserum

*De titulo collectionis declamationum confer praefationem.*

2 titulus deest in **B** (Paries Palmatus declamatio I et argu-  
 mentum add. man. saeculi XIX) ITEM DE CECO IN LI-  
 MINE ALIT. INCIPIT PARIES PALMAT<sup>2</sup> minio pictum **M**

3 Argumentum composuit Laurentius Valla; vide in cod.  
 Seldensi 22 finem declamationis II:

moriturus absolvi LAU. VAL.

sic ego formarem thema sequentis declamationis. quidam  
 cui erat filius cecus ect. cf. Dess. p. 55.

deest argumentum in **a** (Thema quod superius **M**) βγδ. de  
 aliis argumentis in codd. recentioribus declamationi praemissis  
 cf. Dess. p. 49. 50. 51. 54. H. p. 24.

10 si — vellet om. **B**, add. man. saeculi XIX 11 alligare **B**  
 14 pietatis ω: pietati Obr. 16 igitur om. βγ ut ≡ illum  
 (6 vel 7 litt. er.) **M**

putetis, nisi et innocens fuerit, non petit, ut adflictum allevetis, nisi et probaveritis sese infeliciorē quod patrem amisit, quam quod oculos. aestimate iuvenem his moribus quibus videntem aestimaretis, vita, pudore, pietate. quae si omnia sibi, ut erant promissa, constiterint, nullō terribitur crimine. nec quod sceleratissima feminarum calamitatem nostram cruentato pariete imitata est, expavescimus. quae diligentia sollicitior fuit, ne deprehenderetur: hoc magis indicavit sibi oculos non defuisse. gratias agimus quod nimium avide suspicionis in nostram transtulit partem. non esse caeci scelus difficilius probaretur, nisi omnia sic acta essent, ut fecisse caecus videretur.

2 Quare igitur, iudices, non inprobe speraverim futurum, ut suspecta sint vobis quae tam inconsiderate ficta sunt contra miseram caecitatem. primum quod spatium illud 15 ingens domus quod in medio fuit, ita digesto cruore satiatum est usque ad cubiculum miserini iuvenis, tamquam plane timuerit parricida, ne non deprehenderetur. deinde sceleri nox potissimum electa quo tempore inveniri maritus sine uxore non posset. tum caede, in qua nemo utitur 20 suo ferro nisi alieno, gladius adolescentis, ne argumentum deesset novercae, relictus. postremo peractum vulnere uno scelus quod obiceretur manibus errantis. et tamen contra tam multa incredibilia solum advocat noverca testamentum vultque illud esse pretium parricidii, ut rerum in- 25

2 et ex ut *M* probaveritis *BV*: probaverit *reliqui* 3 moribus *del. Obr.* 5 erant *M*: erunt *B* (*ex eruñ corr. b*) *Vpσ* 7 imitata *in ras. M* 8 sollicitior: sollicitor *P* deprehenderetur: prehenderetur *M*, de *supr. m* 9 magis *del. Obr.* 10 suspicionis: *cf. Dess. p. 100* 12 acta essent: acraessent *BV* (*falso ex B* *agraessent adnotavit Enderlein*) 13 igitur *om. βγ* 14 sint: *ī B* 17 miserini *correxī; cf. Leo, Archiv lat. Lex. XII (1900), 96 et cap. 5, p. 7, 18; miseri corr. ex miserim B; miserrimi reliqui* 18 deinde *ex deinde B* 19 invenire *M, corr. m* 20 tum: cum *J* caede: in caede *σς* 21 nisi alieno: *rectene traditum?* nisi: *n̄ ex n̄ M* adoliscantis *B* 22 relictus novercē *sed transp. V* 23 obiceretur *ex obiceretur B; obiiceretur (e er.?) M* *cōtra B*



tellectu in diversum coacto occisum eo probet patrem  
 quod non meruerit occidi. nos vero istud — si crimen  
 putatis — agnoscimus. iuvenis hic patris sui heres solus  
 est. hoc testamentum, si vivente adhuc miserrimo sene  
 5 notum esse in domo potuit, scitis quis illi debuerit irasci.  
 nam quod invisum fuisse filium patri iactat, crimen no-  
 vercae erat, si confiteremur. idque probari ex hoc putat,  
 quod secretum non filius accipit a patre sed caecitas.  
 quo loco dissimulare satis callide conatur invidiam suam.  
 10 pater qui filium caecum in semota penatium parte sepo-  
 suit, eripuit novercae oculis voluptatem. namque ista cum  
 invasisse vacuos penates videretur, cum patri filium cae-  
 cum hoc esse crederet quod orbitatem, excogitavit in-  
 dulgentissimus senex quemadmodum hic miser patri suo  
 15 in eadem domo esset, novercae in alia: accepit secretum  
 quod erat petiturus. quo sit animo senis factum, potestis  
 interrogare testamentum. neque ego gravissimum patrem  
 suprema sua iuveni iactasse crediderim, ut heredem filium  
 scriberet. non est res quae inputetur. istam magis oportet  
 20 vel aliquo indicio vel suspicione muliebri arcana mariti  
 deprehendisse, et statim omnibus nuptiarum renuntiasse  
 pignoribus. nam cum propter pecuniam ames, idem amoris  
 et spei finis est.

Habuerat adolescens gladium in cubiculo suo semper, 3  
 25 sive antequam in hanc fortunam incideret, paratum, sive  
 quia caecitatis miserae solacium est habere rem videntium.  
 certe nunquam illum pater timuerat, nunquam noverca

26 SERV. Aen. 3, 661: hinc Quintilianus dixit: magnum  
 caecitatis solatium est habere rem videntis.

2 meruit *BM*, fortasse recte si *supr.* *V* 4 miserrime  
 sine *B*, corr. *b* 6 invisum: insum *P* 7 <sup>h</sup>oc *B* 9 quod *B*  
 10 seposuit: e *in ras.* *B* 15 secretum *ex* secretam *M*  
 16 petiturus: periturus *M*, corr. *m* animo  $\equiv$  (1 vel 2 litt. er.) *M*  
 19 post scriberet *sententiam finivit F. Becher, Bursian, ann. 67*  
 (1882) 86 21 <sup>t</sup>estatum *B* 22 cum *om.* *M*, *supr.* *m* 24 ado-  
 liscens *B*

obiecerat; palam positum est sub oculis omnium tota domo notissimum ferrum. scitis quanto negligentius custodiat ferrum bona conscientia, quam etiam extra suspicionem sit res sine usu. innocentia facit, ut ferrum subtrahi possit etiam videnti. sive igitur aliquis ex servulis corruptus est, praesertim etiam facili occasione, sive ipsi novercae non defuit audacia ad ferendum, quod facere poterat etiam praesente privigno, utique — quod dubitari non potest, quod facit certum sceleris auctorem — mavult in caede alieno uti quam suo gladio quisquis illum relicturus est. reliqua, iudices, si fieri possunt, facta aestimate. dicitur caecus sine rectore, sine duce ex illa penatium parte secreta et paene ex alia domo per inane longum, per tot offensa limina, per excubantes servulos errasse cum ferro, cubiculum deinde patris ingressus, in neutram deflexisse partem, sed recto gradu, sicut ducere oculi solent, ad lectulum accessisse leviter, non in torum incidisse, non ante pervenisse quam crederet. vos, iudices, criminum tumultum ex rerum fide ducite. dormiens senex, quem caecus percussor quaereret, excitatus ante esset quam inveniretur. iungunt his multo incredibilia, ut occiderit patrem, pepercerit novercae, parricidium autem uno ictu explicuerit, quod fere vix etiam his contingere solet qui oculos manu sequuntur. nulla ergo luminum virtus, sed homo ferrum missurus in casum, satis felix, si percussisset quaecunque corporis partem, in ipsam protinus animam incidit et, an morti satisfacisset, intellexit. officium, iudices, oculorum est renuntiare manibus quid actum sit. caeci percussoris una securitas fuerat saepius ferire. negat

////  
 2 scitis **B** 7 ad ferendum: afferendum **M** (*corr. m*) **J**; ad auferendum *Gr.* 14 cum ferro: conferro **P** 15 ingressum **BV**  
 16 gradū **B** 17 indisse **M** 18 quam *in marg. P*; *om. S, supr. s*  
 19 ex: et *ap (supr. P)*, *corr. bs* fidem **M** 20 percussor **B**  
 21 iunguntur **J**, *Steffen* 22 pepercecit **B**, *corr. b* novercae — explicuerit *desunt in B* 23 fere *exp. M*  
 25 misurus **B** incassum **M** 27 ex **B**, et **b** 29 persoris **B**<sup>cus.</sup>

praeterea quicquam se ex his noverca sensisse, cum iuxta iaceret, nec explicat, unde illud acciderit: maximae signum trepidationis. si et pater uno ictu perierit, neque ista vigilabat, nunquam gladium reliquit percussor securus.

5 reliqua, iudices, nimium suspecta, inprobe adsimulata. 5 spatiosissimus paries et longissimum domus latus habuit notas sanguinis quas reliquisse videretur manus revertentis. o quam bene, quicquid volunt, imitantur oculi! stupeo, si qua est fides, omnia privignum illa nocte fecisse. dicitur  
10 ad votum novercae gladium in vulnere reliquisse quem suum negare non posset. deinde per totum parietem quid aliud inscripsisse, quam se parricidam? sanguine patris usque ad cubiculum suum perduxisse et viam sequentibus reliquisse? haec fecit aliquis negaturus? gratulor tibi, adu-  
15lescens, si non potuisti parricidium illud admittere, nisi ut relinqueres argumentum caecitatis, habuisti innocentiae necessitatem.

Causam igitur miserini adolescentis sic apud vos agere proposui, ut primum ipsum defendam, quasi reus  
20 tantum sit, deinde cum esse securus de huius innocentia coepero, tunc ingrediar novercae accusationem. spectabitis utrumque suis moribus, suis causis: erit facilius via vestrae religionis. quamquam duos indicia complexa sint, vos tamen tamquam de singulis cognoveritis.

25 Et primum sic agam, tamquam iuvenis habeat oculos, 6 tamquam impetus eius nulla corporis debilitate frangantur.

2 maxime *BV* 3 ictu: hictu *B* neque *om. P* 5 sus-  
specta: suscepta *BM* 6 <sup>h</sup>abuit *B* 10 quem — reliquisse  
*l. 14 om. S, in marg. add. s* 11 totam *P* 12 <sup>s</sup>cripsisse *B*  
*post parricidam interpunxit H.* sanguinem *Sγ* 14 haec *ω*:  
hoc *s* facit *β* (corr. *s*) adoliscens *B* 15 illud *≡ M*  
16 reliquere<sup>n</sup>s *B* 17 necessitatem: caecitatem *J* 18 miser-  
ini, *cf. p. 4, 17*: miseremini *BM*, vel miserrimi *supr. m*; mi-  
serrimi *reliqui* adoliscens *B*; iuvenis *M* 20 cum: est *P*  
<sup>h</sup>uius *B* 22 erit: eritque *Mβγ* 23 vnos *B* indicia: iudicia *βγ*  
complexa *V* 24 tamquam — agam *l. 25 om. S, in marg. add. s*

interrogabo quid ante perdit, quid flagitiose, quid impie fecerit, per quae se parricidam scelera promiserit. innocentia per gradus certos ab homine discedit, et, ne in maximis trepidet audacia, diu vires in minoribus colligit. nemo inde coepit, quo incredibile est pervenisse. 5 dicat necesse est quae huic cum patre odia fuerint, quam violenta dissensio inter sacrorum infinita nominum pignora. crede mulier etiam tua causa. nam si facile est filio occidere patrem, facilius est uxori maritum.

Loquar nunc de infirmitate miserae caecitatis. temeritas 10 omnis animorum calamitate corporum frangitur, et frigescent impetus mentium quos non explicant ministeria membrorum. ad solum se alligat destituta maerorem. vultus ille perpetua nocte coopertus ac timidus non concipit nefas, ad quod ducibus oculis pervenitur. cogitat 15 semper errare et offendere, cogitat eundi redeundique difficultatem. magna innocentiae necessitas est, neminem facilius posse deprehendi. ] semper sibi custodiunt miseri, ne esse miserabiles desinant, et quisquis amisit oculos, laborat, ne merito perdidit. quid aliud caecitas discit quam 20 rogare, blandiri? odium omne adiuvant oculi, et hunc in pectoribus humanis furorem lumina accendunt, nec levis animis accedit insania, quotiens quem execreris, aspicias. caecus miserior est quam ut invisus sit, timidior est quam ut oderit. praeterea nocentibus liberis frequentissimas ad 25 parricidium causas suggessit illud quod videbant. vitiiis enim nostris in animum per oculos via est. aliis tradidit in parentum sanguinem luxuria ferrum — luxuria videntium crimen —, aliis meretriculae amor inmodica poscentis,

1 flagitiose *M*, corr. *m*      3 discedit: descendit *V*      6 <sup>h</sup> hic  
*B* odia om. *M*, ante cum *supr.* *m*      quam: que *P*      8 pa-  
 trem filio occidere (hoccidere *B*) *αβγ*      9 facilius in *ras.* *B*  
 12 quos: quod *BM*      17 magna: <sup>ma</sup>gana *B*      21 blandiori *B*  
<sup>h</sup>unc *B*      24 invisus — ut *l.* 25 om. *P*      25 ut oderit: uto derit  
 (e fecit ex o) *B*      26 videbatur *J*      27 via: invia *B*      28 san-  
 guinum *V*      luxuria *P* bis      29 post crimen *add.* in *ras.* 2  
 vel 3 litterarum est *m*

amor cui renuntiant oculi. caecus infelix patrem occidit? deinde cui manum porriget securior? cuius humeris levior incumbet? quis contumelias servorum castigabit severius? quis calamitatem tam obnoxiam maiore reverentia proteget? inter felices alius est ordo votorum, caecus filius optat superstitem patrem.

Volo nunc scire quemadmodum dicat explicitum tam difficile facinus. caecus parricidium cogitavit? cum quo? cuius se commisit oculis? iturus per domum totam quem ducem elegit? ille qui erat in cubiculo suo solus, secum, opinor, secum deliberat. sufficit sibi; cum homine expeditissimo loquitur. cur enim socium conscientiae quaerat? omnia potest scire. primum, nox quando sit. deinde prospicere sollicite, an omnis familia dormiat. gradu suspenso ponere certa vestigia et in omnem timoris sui partem sollicitum circumagere vultum. o quam parum est in metu ipsos etiam oculos habere! ita non iste sibi dixit: occidere quidem patrem volo, sed quem sequentur hae manus? Nocte solus egrediar, sed quando perveniam? putes nos iunctis habitare liminibus? domus inter patrem filiumque media. quantum erroris, quantum morae! spatium ingens et vix metiendum. caecitas inconsulta, quid agis? nox ante deficiet. quid si deinde uterque vigilaverint? quid si noverca? age, limen inveniam, cardinem sine strepitu movebo, dormientis cubiculum intrabo, quiescentem feriam patrem, semel satis erit, nec noverca vigilabit, securus egrediar? sciente nullo revertar? vota sunt ista, sed oculorum. caecus desperaret, etiamsi tam multa nox polliceretur.

Hoc loco quaeram necesse est quae ratio fuerit, ut

1 oculi *supr.* **B** caecus: caecus autem **M** 3 castigavit **BM** (*corr. m*) 4 maiore: maio **B** 5 votorum: notorum **β** (u an n dubium **S**) 6 sup̄titem **V** 8 difficile *ex -li* **B** 10 secum: sicut **β**; ut *Parisinus 1618* cum: cu **B** 13 sc̄it **BV** 14 gradus **BM** 17 ipso **BV** 19 putas **β** 22 agis: ais **M** 23 sī (t *er.*) **M** vigilaverit **V** 24 noverce **BV** 26 partem **V** vigilavit **B**

iuuenis ad parricidium suo potissimum gladio uteretur. nimirum illud in mentem venit qui erat relicturus. nam si alienum et ignotum in vulnere patris gladium reliquisset, potuerat de percussore dubitari. hic attulit suum, ut etiamsi evasisset, tamen ferro suo teneretur. cur ergo, 5 inquis, gladium in cubiculo tuo habebas? quia habueram semper, quia usurus illo non eram. ferrum ego parricidio meo tot ante annos praeparavi et secundum illum quem minabar patri <gladium>, tamdiu innocens fui. ego eram ferro ac mente paratus, et tot abiere noctes? ante gla- 10 dium illum familiarem oculis tuis feci, ante omnibus servulis notum. pependit in cubiculo, tamquam testis conscientiae meae, palam, in medio, negligenter, sic ut subtrahi posset. non illum conscientia trepida velavit. tam notus in cubiculo fuit quam caecitas domini. quisquis ferrum 15 praeparat sceleri, sic illud habet, ut possit suum negare.

9 Ponite nunc ante oculos actum parricidii, deprehenditis difficultatem. dono illud, dum a suo limine egreditur, dum illos quos accepit a patre, servulos fallit, ecce cubiculum senis invenit aliquando, ecce paries ille defecit, 20 et percussoris manus subito destituit, cessere fores sine strepitu, quid postea agit? utrum ipsum cubiculi parietem circumit, an se committit in medium et per spatia tenebrarum armatam manum iactat? ecce patris lectulum tenet et iam dormientium anhelitus imminens audit; unde 25 sciet quo dirigat ferrum? quem potius feriat ex duobus? temptavit ergo vultus et pectus obiectum? brevissimam periturae animae viam quaerit? et quantus erit sopor qui

2 nimirum — relicturus *om.*  $\sigma$  qui *a* (*in* quod *corr.* *m*);  
 quia  $\beta\gamma$  4 poterat *M*, u *supr.* *m* 7 eram: ea eram *P*  
 9 gladium *add.* *H.* p. 50; *cf.* *Dess.* p. 87 10 et: e *B*  
 abiere: abiecere *V*; abire *P* 11 tuis oculis *V* 12 in cubiculo meo *J* 13 ut *om.* *M*, *supr.* *m* 17 oculos actum *om.* *V*  
 18 facultatem *M*, *corr.* *m* su<sup>o</sup> *V* 23 circuit *M*; circuit *S* 24 lectulum patris *M* 25 et iam: ecce iam *H*.  
 anhelitus dormientium *M* imminēs *B* 26 sciat *VM\gamma*  
 quo: quoque  $\beta$  27 obiectum  $\beta\gamma$ : obiecit *αδ*

ista non sentiat? dices: neque ego sensi. ideo intellegis quam malam causam habeas, cuius et una et incredibilis defensio est. ita feritur in sinu tuo maritus, et tu nihil sentis? ad latus tuum fata hominis peraguntur; 5 tu taces, tamquam te privignus occiderit priorem? ita non ille percussus est homo quem caecus occidit? te vero, si nihil aliud, calens ille denique cruor suscitasset. sed quam manifesta est conscientia quae te ad hanc compellit necessitatem, ut, cum occisum a privigno tuo patrem vi- 10 deri velis, cogaris dicere nihil sensisse? sufficit, vicimus, innocentes sumus. cum in eodem lectulo fueris, cum amplexa sis forsitan illum qui occisus est, tam incredibilem profiteris soporem? cur ergo tu incolumis es? quae tam iratis manibus sanguinem tuum fortuna subtrahit? certe 15 dormiebas, certe nihil senseras. ita privignus te reliquit qui deprehendi non timebat?

Occidit ergo aliquis patrem et novercae pepercit? 10 maximum omnium nefas fortiter fecit, minori sceleri statim par non fuit? omnia humana sacra confudit, violare 20 non ausus est pectus odiorum? incredibile est, sine fide est, non occidere novercam cui inpuetes quod patrem occidat. quid ais, adulescens? tune circa illum sanguinem defecisti? illa te blandius rogavit anima? perdidisti ergo illud quod nihil senserat, quod nox, quod silentium, quod 25 tempus supererat sceleris alterius? tu si facere parricidium posses, ideo patrem tantum occidisses, ut tibi et novercam liceret occidere? non video cui videri velint re-

---

1 dicens **BM** (n er. **M**); dicis **V** 4 tuum om. **M**, add. **m**  
 4 facta **M** 6 ille non  $\beta$  8 cōpellit **V** 10 sensisse **B**  
 11 in *supr.* **P** 12 forsitan illum: fortã illum **B** 13 so-  
 pore<sup>s</sup>m **B** tu om. **V** 16 q̄ ex qui **M** 17 patris **B**  
 18 minoris **B** 19 confundit **B** 20 est om.  $\beta$  odiorum:  
 odiosum *Passerat* 21 occidat **S**; occidas  $\alpha P \gamma \sigma$ ; occiderit  $\epsilon$   
 22 ait **M**, corr. **m** 23 illa te blandius: illa bellandus **B**, *supr.*  
 te et corr. **b** perdidisti **B**, s *supr.* **b** 25 tu: tñ  $\beta$  (corr. **s**)  
 27 cui: cur **M** (sed r videtur correctum ex i) **S** videri: vi-  
 dere **BV\sigma** (re an sit in ras., dubium **V**) velint: voluit **S**

lictam mulierem ideo tantum, ut videretur illud nefas illa fecisse. callide satis, sed hoc alio protinus argumento subverteretur. non est eiusdem consilii novercae parcere, ut substituatur ream, et gladium relinquere quo ipse deprehendatur. saepius uti necesse habeo argumento caecitatis, 5 et hoc etiam loco quo de illo vulnere disputandum est. mehercule, percussor intrasset qui videret, qui lumen prae se tulisset, non tamen tam feliciter librasset ictum quem, etiamsi nullae fallerent tenebrae, metus et conscientia, incertum magni sceleris tristem morae fecissent. raro con- 10 tingit semel ferire carnifici, quamvis componat ipse cervicem, et spectata manus homicidium novissime velut quoddam genus artis exercent. sic ergo libravit manum caecus, ut ipsam protinus feriret animam? ego mehercules etiam illud admiror, quod, cum patrem vellet, non 15 novercam percussit. praeter animum nil virium habet parricidii primus ictus: ille trepidat, ille cogitat, ille erubescit, ille est ab innocentia proximus, ille praestat hoc solum, ut sequens fortius feriat.

11 Interrogare nunc volo quae iuveni causa fuerit, ut 20 reliquerit gladium. scilicet noluit novercam suam infamari. abstulit sibi omnem defensionem et se parricidam confessus est. ferrum in vulnere reliquit. si nondum occiderat, iterum feriret. si iam perfectum nefas intellege-

3 subvertetur *Parisinus 1618* ε parcē<sup>re</sup> **B** 4 ream **S**:  
 rem *aPσ* quo: quos (*non quō<sup>s</sup> ut Enderlein*) **B** deprehenduntur **B** 7 si percussor *Mβ* intrasset qui: intrasse quid *BV* prae se tulisset: praetulisset **B**; per se tulisset *M* (*corr. m*) 9 si nullae: simule **P** 10 magni: iagni **P** tristem: tstem **J** morae: more<sup>///</sup> **M** contingit ε: contigit ω 11 componat **V** et spectata: expectata *a*; et expectata *βγδ*; exercitata *σ* 14 meherles **B** 16 nil *om.* **S**, nichil *supr.* **s** 17 parricidii *Dess.*: -cida ω *praeter M*, ubi -cide, ante parricide *add.* homicida **M** primus ictus: primo ictu *Parisinus 1618* 21 reliquerit **B** (*corr. B*) **MS** noluit: novit **B**, voluit *β* (*corr. s*) 22 se *supr.* **P** 23 ante ferrum *add.* cum **M** 24 si iam: suum **BV**



bat, auferret indicium. sed quid ego rem manifestissimam colligo? si vultis, iudices, scire, a quo sit relictus gladius, cogitate cui expedierit, ut inveniretur.

Sed paries usque ad cubiculum privigni vestigio manus  
 5 cruentatus est. cogitate, iudices, ante omnia non esse in-  
 callidum hominem neque consilii iacentis qui caecus ex-  
 plicare conetur facinus etiam oculis difficile. ille ergo  
 non aestimat, cum manum cruentam parieti adplicat vesti-  
 gium a se parricidii sui relinqui? cum dexteram qua duce  
 10 utebatur, veste tegere atque ita abire sine vestigio posset,  
 totum parietem cruentabat et ubique aliquid de patre mi-  
 sero relinquebat? quid futurum esset postero die, quan-  
 tam exspectaret invidiam: lucem non cogitabat, sed dis-  
 ponebat indicium certum, indubitatum, sine errore quod  
 15 noverca sequeretur usque ad cubiculum suum, usque ad  
 limen ipsum. o admirabilem casum! nec cruor ante de-  
 fecit? utar hoc loco natura ipsius rei. palmatus san-  
 guine paries inventus sic est: totam manum explicuit,  
 omnes digitos diligenter expressit. totum ergo sanguinem  
 20 consumet intra prima vestigia. pone enim manum cruen-  
 tatum atque adeo, ut istis etiam blandiar, madentem; pone  
 mensuram itineris, spatium parietis, — diu enim in se-  
 cretam domus partem revertendum est — debet proxima  
 pars a cubiculo patris habere plurimum sanguinis, sequens  
 25 minimum, ultima nihil. nam cruor, quotiens admotus est, **12**  
 transit aut in manu tarde reptantis arescit. hoc quid  
 esse dicamus quod circa cubiculum utrumque sanguinis  
 istius vestigium quasi incipit? hinc est paries palmatus  
 et illinc? quomodo pertulit manus quod relinquebat? no-

---

7 etiam: etiam **B**; et iam **M** 8 cruentatam **β** 9 relin-  
 qui: re reliqui **B**, n *add. b* 10 abire **P**: habere **BVσp**; hab-  
 ire **MS** 11 misero: misero et **B** 12 esse **V** quantam **β**  
 13 ad lucem **Bu**. 16 casum: causam *in* causum *corr. V*  
 17 ipsius rei natura **β** 20 consumet: consument (*sed n del.*)  
**B**; consumet **S** (*add. s*) 22 mensura **BV** 27 utrumque:  
 utrimque **Sch**. 28 est: esse **B**

verca istud, noverca securis conposuit oculis, illa miserum dextra sanguinem tulit et manum subinde renovavit. palmatus est paries, habet distantiam, vacat aliquid loci, integrum ubique vestigium est: caecus manus traxisset. quaero nunc, unde tantum sanguinis in manu? tunc enim ex omni vulnere cruor profluit et effunditur, cum ferri recentem viam sequitur. at quotiens eodem quo factum est, cluditur telo, latet tota mortis invidia. praeterea cum manus ex parte qua palmare vestigium potest, plicetur in capulo et se, dum telum occupat, claudat, necesse est, exteriori ut parte respersa sit. tuus autem qui palmatus est, paries vestigium eius partis ostendit, ad quam cruor pervenire non potuit. vestrum est, nunc omnia ista comparare, perpendere. cur prudentior sit iudex in deprehendendo scelere quam reus in admittendo, hoc esse in causa puto quod alter tantum pro se cogitat, alter pro parte utraque.

13 Tuitus sum adolescentis miserrimi causam, nunc inspicere volo, quanto certioribus argumentis noverca teneatur. transeo illum vulgarem et omnibus notum de comparatione personarum locum. alius diceret maritum et uxorem, nisi liberis initiarentur, non fortissimis corporum vinculis inhaerere. ego illud potius dicam: decepta est, mulier, exspectatio tua. veneras quasi in vacuum domum et sine herede. exspectaveras, ut infelix iste iuvenis ab ipsis protinus nuptiarum tuarum expelleretur auspiciis, extorrem et inopem summovertet pater blando corruptus

3 distantiam *ex* distentiam **B** 6 cum *om.* **M**, *supr.* **m**  
 7 eodem  $\tau\epsilon\lambda\omicron$  quo **M** 9 ex: ea *Gr.* 10 telum occupat  
 $\gamma\sigma$ : telocupat **B**; telo occupat  $\nu\beta\sigma$ ; telum *om.* **M**; *del.* *Dess.*  
 p. 83 11 ut: ex  $\beta$  parte respersa sit: parteris persuasit  
**B** autem:  $\alpha\bar{n}$  **P** 14 in deprehendendo: ex inde prehendendo  
**B**; exinde prehenso **V** 15 in admittendo: id mittendo **B**;  
 admittendo  $\beta$  **VII** 16 pro tantum **M** cogitat alter: cogi-  
 tata iter **B**; cogitat iter **V** alter:  $\alpha\bar{\tau}\epsilon\tau$ er (*i er.*) **M** bis  
 18 adoliscentis **B** 19 certioribus: tercioribus **B** 23 inhae-  
 rere vinculis **M** decepta  $\bar{\tau}$  **B** 24 tua: tuo **P**, *corr.* **p** 25 ad  $\bar{b}$  **B**  
 27 et *om.* **P**

amplexu et ominosum summa calamitate corporis occurrere delicatis uxoris oculis vetaret. invenisti pium et devotum unico senem et de omnibus coniugis tui desperasti obiter adfectibus. miserrimus est maritus, quisquis inducit  
5 filio novercam, quod uxori non videtur posse utrumque amare.

Quaero igitur ante omnia, ubi occisus est maritus? in cubiculo suo. hoc paulo ante privigno defendendum non fuit. occisus est in cubiculo senex. ita ille percussor  
10 non timuit uxorem? audio secretum nuptiarum et matrimonialis lectuli solitudinem occisurum intrare. quem quaeram? ubi relinquitur maritus ab uxore innocens? noctem autem ad scelus quis elegit? nox tuum tempus est. quid? si accedit huc etiam sceleris occasio. non venire debes ad  
15 secretam domus partem, nec tota tibi penatium sacra peragenda sunt. tu non cogitas quemadmodum suspensa manu sonantem blande cardinem flectas. iaces secundum occasionem, et expeditum tibi in proximo facinus est. non times, ne quis deprehendat. ipsi quoque servuli longius quiescunt, et praestatur grande secretum genio loci. tibi ferire  
20 cum velis, scire an dormiat, licet. nox et ferrum et securus maritus, quid isto delicatius scelere? occisum esse miserum senem, cum tu volueris, scimus.

1 ominosum *Dess.*: omnino  $\omega$ ; omnino summam calamitatem  $\varepsilon$ , ominosam calamitatem *Gr.*; omnino < affectum > summa c. *Klotz* 2 deligatis *B* et invenisti  $\beta$  invenisti pium:

iuveni<sup>s</sup> tipiū *V* 4 obiter: ob inter *B*; ob id *Ms* 5 ante non *add.* filio *B* quod medius uxori filioque non videtur *M* uxorem? *S* 8 defendendo  $\beta$  (*corr. s*) 10 audio: audeo *Ms* 11 occisurum  $\omega$ : -us *m* 12 innocens: innocente *Obr.* 14 huc: hunc *B*; hinc *V*; huic *reliqui* 15 sacra: spatia *Sch.* 16 suspensa: suspensas  $\alpha$ , *corr. m* manu sonantem: manum s. *M*; man' <sup>s</sup>onantem *B* 17 cardinem: cardin *B* .tarde. inflectas *M* 19 deprehendit *B* seuuli *V* 20 tibi que *Dess.* 21 et ferrum *om.*  $\sigma$  cum *supr.* *B* 22 quid quod *Dess.*: quos  $\alpha$  (quo *V*)  $\beta\sigma\gamma$ ; quidnam  $\sigma\gamma$ ; quid est *H. p. 53* isto<sup>s</sup> *M* deligatius *B*; delegat<sup>uis</sup> *M*, *supr. m*

14 Quomodo tamen, inquit, gladius pervenit in meam potestatem qui privigni fuit? haeremus. hic difficilis expugnandus est locus. quis credet mihi, si dixerō: 'gladium perdidit caecus, illae perpetua nocte clausae genae non custodierunt'? fingere nimirum ad tempus 5 videbor et rem nimum manifestam impudenter colorare. scilicet semper isti adposita capulo manus, ac diebus ac noctibus curae. nolo tamquam callido glorieris ingenio, non decepisti trucem horridumque latronem; nostri tibi occasionem praebuere mores. nam quod uno ictu occisus 10 est senex, — <haec> autem ad quem suspicio magis respicit? — tu praeparare corpus illuc ad ictus potes, dum videris amplecti. tu blanda manu praetemptare pectus, ubi adsiduo visceris pulsu non quiescat anima, ubi statim mors sit. ubi de spiritu sanguinis locum explorare ante 15 et cognoscere licet, potest et uno ictu mulier occidere.

15 Venio nunc ad vestigia parietis cruentati quibus te satis abundeque pressimus, dum adulescentem defendimus. haec sunt tamen quae contra te reservata sunt. cum maritus tuus in cubiculo occideretur, sciebas nullum tibi 20 relictum patrociniū, nisi aliquid caecitatis simile fecisses, ideoque sanguinem in illam partem induxisti, in quam quaeri volebas, ut postero die omnis invidia sanguinis notas et vestigia praeparata sequeretur. infamas caecum, consilium ex calamitate sumpsisti. sciebas illum non aliter, 25 si dux defecisset, ingredi posse quam vestigia parietis

4 ille: illae **BV** 5 <sup>ia v</sup> genae **B** (*supr. 6*) ad om. **B** 6 im-  
den  
puter **M** colorare **V**: cōnlorare **B**; complorare *reliqui* 7 isti:  
ista **B** ac *del. S* 8 calido **B** 11 haec *addidi* autem  
ad quem: ad te *Mβγσ* magis suspicio **M** 12 praeparare:  
praepara **B** illuc **B**; illud *reliqui* ad ictus: addictus **BV**  
potest **B** 14 visceris: visceri **BVσ** 15 ubi: nisi **P** spiri-  
tum **M** locum *Parisinus 1618*: hoccum **BV**; exitum *Audo-*  
*marensis*; ictum *reliqui* exploraret **B** 16 potes<sup>t</sup> **V** e<sup>t</sup> **B**  
18 <sup>s</sup>psimus **B** dum: odum **V** aduliscentem **B** 21 caeci-  
tatis *a*: -ti *reliqui* 23 nolebas **P** 24 notas et: notasset **B**  
26 dux: lux **V**

perpetuitate dirigeret. simulasti itaque caecitatem et, ne  
quid sceleri impio deesset, mariti tui cruore lusisti. omnia  
tibi composita atque simulata sunt per otium et securi-  
tatem, tamquam scelus transferretur ingenio. nunc euim  
5 tu innocens, quia privigni gladius in vulnere, quia paries  
cruentatus. hoc sufficere utrumque iudicio putabas? quam  
facili momento causae fata vertantur, quod fecisse etiam  
is scelus frequenter inventus est qui obiciebat!

Sed causas, inquit, parricidii iste habuit quem iratus  
10 pater in secretam domus partem relegaverat. mulier! illa  
forsitan ignominia felicioris videretur esse privigni. caeci-  
tatis beneficium est, cum illi secretum datur. o praecla-  
ram senis optimi singularemque pietatem! quam blando  
ille seposuit miserum suum! quam diligenter uxoris gau-  
15 dentis exclusit oculos! quam multo caecum pudore donavit!  
'si felicior', inquit, 'essem pater, ego tibi potius cederem  
domo tota. nunc miser illam occupa partem, in qua nemo  
te videat, in quam solus ego veniam. sint circa te servuli  
fideles. non gemitus tuos audiat quisquam, non flebili  
20 maerore pascatur. nihil est quod te sollicitet conversatione  
nostri.' secretum quod caecitati praestatur, ideo prae-  
statur, ut minus oculi desiderentur.

Aliquis odit filium caecum et hac tantum ultione con- 16  
tentus est, ut illi adsignet quietam et sepositam et me-  
25 liorem domus partem. ita? ego sic intellegebam: quasi  
abdicares, quasi expelleres. iratus igitur senex tenet iu-  
venem suum velut interiore complexu et a limine obstat?

2 sceleri: sceleris **BM** tui *om.* **BM**; tu **VII** lusisti:  
parietem lisisti **M**, (linisti **m**) 3 diſsimulata **M** 4 trans-  
feretur **B** 6 post cruentatus *add.* est  $\beta$  8 is: his **B** 9 pa-  
ricidiis **B** habui **B** 10 religaverat **V** mulierum **BV**

illa: ista **J** 11 feliciorus **M** 12 beneficium **B**, *corr.* **b**  
13 singularemque: -aremque *ex correctura* (*ex singulae?*) **B**  
blande **Mγ** 14 quamquam diligenter *deleto priore* quam **B**  
17 illa **BV** 19 fidelis **B** tuus **B** 22 desiderantur *ex*  
-antur **V** 24 quietem **B** (*sed corr. in a*) **MS** 25 domus  
*ex domum* **M** 27 interiorem **V?** (*corr. s*)

rogo, quod duos separat media domo, te integram sanam, illum infelicem caecum contumeliae opportunum iniuriae facilem, utrum filio irascatur an uxori? 'nolo', inquit, 'iuvenis, utaris amoena domus parte, ne sic quae nitidioribus tectis elaborata sunt, pertineant ad oculos tuos.' 5 quis tam stulte irascitur caeco, ut putet illius interesse, ubi habitare iubeatur? te potius ille summovit, tuis invidiam fecit odiis, tibi dicit: 'sufficiat, satis est, habeas maiorem domus partem. absentem puta miserum, in paternis sedibus aliquem angulum relinque.' pater, qui filio 10 sub noverca adsignat secretam domus partem, confitetur uxori se abdicare non posse.

Transit ad aliud genus defensionis: sibi causam caedis non fuisse, cum hic heres inventus sit omnium bonorum. quis enim alius esse debeat, ut huic properandum fuerit 15 ad hereditatem? filius scriptus non timet paenitentiam testamenti. omnium bonorum heres relictus est. non ergo irascebatur pater, cum daret secretam domus partem. non possunt tibi diversa prodesse; eadem obiceres reo, si exheredatus esset. elige utrum voles. si scivit se esse he- 20 redem, amare patrem debuit; si ignoravit, non habuit quod speraret ex patris morte. reliquum est, ut intueamur, ille qui periit, ab utro magis vestrum desideretur.

17 Te opinor hic gravius afficit dolor, impatientius hic luctus exanimat, te quae obsoleta protinus nube, et tem- 25

1 quod: qui **P** a media **S** te *om.* **M** 2 illam *αβγ*  
 3 utrum *vel* utrum (*cf. l. 20*) **V** irascatur: separata **s** 4 ne  
 sic quae *Dess.*: nescisque (nescis<sup>que</sup> **B**, nescique<sup>s</sup> **V**) *ω*; ne haec *ε*  
 5 non pertineant **M**; non pertinent *Sch.*; <an> pertineant *H.*  
*p. 54* 7 habitare **B** 8 habeas **BM**; habes *reliqui* 9 par-  
 tem domus *β* absente **B** in<sup>que</sup> puta **M** miseram **P**  
 10 sedibus: edibus *β* qui: quis **BV** 11 novercam **BV**  
 adsignat: adsignavit **P**; asignat **S** 15 huic **B** 16 heredita-  
 tem **B** paenitentiam ( *posuit* *υ*) **B** 18 irascebatur **B** non  
*om.* **M** 19 potdesse **B** 20 heredatus **M**, *corr. m* utrum:  
 utrum **V** si: sis **B** 21 *≡* amare **M** 23 abuto **M** (*r supr. m*)  
 24 gravius: gravis **BV** 25 teque obsoleta *ω* praeter **S**,

pori accommodata lugubria flammeo revertente mutabis:  
 at hic vero iuvenis qui, si fortunae suae mala cum prae-  
 teritis conparet, caecus coepit esse nunc primum, quid non  
 miser in hoc sene perdidit? vivebat illi magna pietas,  
 5 aderant, quodcumque iusserat, de facie patris oculi. non  
 inludere infelicibus tenebris contumaces servuli poterant,  
 nec — quod extremum contumeliarum genus est — ut  
 dominum ageret, rogabant. nunc quanta, di boni, ludibria  
 sunt ineunda? iunxere se pariter caecitas et solitudo.  
 10 quid tibi nunc, miserime adulescens, hereditas prodest  
 quam tantum audis; quid enim circa te pecunia potest?  
 quae fruendi voluptates? quid aliud quam spoliolum fa-  
 cilis occasio? quam bene ista omnia paterni oculi custo-  
 diebant? quam facile decipi, quam facile denudari, quam  
 15 sine labore falli potes? quam cito inops fieri? morte pa-  
 tris exheredatus es. quid nunc tibi, nisi perpetuus in-  
 minet maeror et execratio vitae? miser post omnia et  
 lacrimas perdidit, nec dolentem adiuvant oculi. incipit  
 apud te gladius habere quod agat. quaerit, ecce quaerit  
 20 miser ferrum. ‘nunc’, inquit, ‘huc reddite illud, innocens,  
 donec habuit meas manus tantum. si mori necesse est,  
 illi potissimum incumbam. hoc illa iam olim gravis et  
 infelix anima querebatur. ubi nunc meae vires? ubi im-  
 petus? ubi dextra tam fortis? uno ictu, puto, ne me qui-  
 25 dem ipsum mihi continget occidere.’

*ubi* absoletam (obs- corr. s); absoletam nubem s tempori  
 accommodata: temporaria commodata V

1 revertentem VM (m exp. M) mutabis: à ut abis V  
 2 at om. M3γσ 4 sene: sine P; sine p illum M; illa β  
 5 quodcumque α: quocumque βσ; quocumque σγ iusserant BMS  
 8 rogabant MS: rogabat BVPσ 9 iunxere: iunxeræt B  
 se om. B 11 quam tantum: quantum B; qui tantum β  
 15 potes: potest V patris ex patrix B 16 exeredatus B  
 est V 19 gladius habere: gl. te h. α (sed M er.) 20 miser:  
 miseri BV 22 gravis et: grave sed BV; om. M, supr. m  
 25 contigit B, n supr. b; contingit V

In B et S subscriptio deest M FABI. QVINTILIANI. PA-  
 RIES. PALMATVS. EXPLICIT; M. FABI QVINTIL. MILES.  
 MARIANVS. INCIPIT; (minio picta praeter incipit) V EXPLIC

## II.

## CAECVS IN LIMINE.

Ex incendio domus adulescens patrem extulit. dum matrem repetiit, et ipsam et oculos amisit. induxit illi pater novercam. quae accessit quodam tempore ad maritum, dixit parari illi venenum quod iuvenis in sinu haberet, et sibi promissam dimidiam partem bonorum, si illud marito porrexisset. intravit ad caecum pater interrogavitque, an haec vera essent. ille negavit. exquisivit et invenit in sinu venenum. interrogavit cui parasset: ille tacuit. recessit pater et mutato testamento novercam fecit heredem. eadem nocte strepitus in domo fuit. intravit familia in cubiculum domini, invenit ipsum occisum et novercam iuxta cadaver dormienti similem, caecum in limine cubiculi sui stantem, gladium eius sub pulvino cruentatum. accusant se invicem caecus et noverca.

PARIES PALMATVS. INCIP̄ THEMA Ī MILITĒ MARIANVM. (minio) **M** Explicit paries palmat<sup>2</sup>. Incipit apes pauperis (explicit p. p. viridi colore picta) **P**

MARI <sup>S</sup>  
2 **M** Fabii QVINTILIANI CECV IN LIMINE INCIP. **B**  
*primum folium deest in V, suppletur ex cod. Seldensi 36; Marii Fabii Quintiliani declamationū Liber I incipit. Argum̄tū De Ceco IN LIMINE* **M** Incipit declamatio Quintiliani de cecus ĩ liñe (minio picta) **P** *initium deest in S (cf. praefationem).*

3 *argumentum litteris uncialibus scriptum exhibet* **B** dum matrem: dumatrem **B** 4 repetit **P** 6 dixitque **MP** 8 ad eum caecum **P** 9 *que om. Seldensis* 10 <sup>ne</sup>venum **B** interrogavitque **PH** 12 strepitus factus in domo fuit **J** 13 cubiculu **B** 14 invenitque **P** 16 acusan **B** 17 FINIT ARGV̄M̄T̄ ĪCIP̄ CECVS Ī LIMINE **M** Marci Fabii Quintiliani declamatio p̄ma (corr.) cecus in liñe minio picta **P**



Sentio, iudices, pudori iuvenis, pro quo minimum est 1  
 quod parricida non est, gravissimum videri quod absol-  
 vendus est contra novercam, et plurimum caeco de reve-  
 rentia deperire virtutum, cum patrocinio summae pietatis  
 5 aufertur, quicquid defenderet alium innocentem. hoc pri-  
 mum itaque publicis allegamus affectibus quod pro se reus  
 indignatur uti corporis probatione. solus omnium non  
 remittit sibi, ut incredibilior sit in parricidio caecus quam  
 fuit cum videret.<sup>2</sup> homo omnium quos unquam miseros  
 10 fecere virtutes, innocentissimus, parricidium negavit, ante  
 quam pater occideretur; et, ne quid hodiernae sollicitudini  
 praestari putetis, fecit, quod est summum in rebus hu-  
 manis nefas, ne vel in alio crederetur. ignoscite per fidem,  
 quod indignatur se iuvenis in honorem tantum calamitatis  
 15 absolvi. filium qui patrem ex incendio sua caecitate ser-  
 vavit, facinus est hoc tantum innocentem videri quod  
 illum non potuerit occidere.

Nam quod ad mulierem, iudices, pertinet quae defendi  
 non potest, <ni>si patrem caecus occidit, tam inpuden-  
 20 tem delationis necessitatem malo quam si tantum negaret.  
 viderit qui fiduciam veritatis putat quod caeco facinus  
 obiectum est. deprehensa mulieris audacia est quod non  
 potest nisi incredibilium comparatione defendi, et quisquis  
 caecum invicem accusat, solus est reus. aliae, iudices, esse  
 25 debuerunt adversus hanc debilitatem probationes. caecus  
 in parricidio non debet suspectus fieri, sed deprehendi.

Quaeso itaque, iudices, ut haec prima propter causam 2  
 iuvenis putetis quae contra illum nimia sunt. nihil magis  
 debet esse pro caeco quam quod adversus illum fuerunt  
 30 multa fingenda. et constat de pietate, de innocentia ho-

1 iudices: iudex *M*, in marg. corr. *m*    2 parricida *B*  
 4 deperire: eperire *B* (r del. et d supr. b); perire *MP* virtutum  
*P* in patrocinio  $\omega$  praeter *B*    5 aufertur: affertur *Js*;  
 auffertur *M*, vel af- supr. *m*    11 sollicitudine *P*    12 p̄ari  
*M*, in marg. vel praestare *m*    putetis: putes *M*    13 inter  
 ne et vel supr. putetis *m*    credetur *B*    14 textus integer  
 codicis *S* incipit    15 ex incendio patrem *P*    18 iudicem *P*  
 19 nisi  $\epsilon$ : si  $\omega$     inpudentem *B*    23 et: quod *P*

minis qui expugnandus fuit parricidii similitudine. congesta sunt adversus miseram debilitatem, ferrum, cruor, venenum et quicquid non potest esse negligentiae, nisi nescientis. nemo, iudices, nemo diligentior debet esse ad facinus quam qui parricidium potuit facere caecus. 5

Iuvenis iste, de quo summa in rebus humanis monstrantur, eius fuit erga parentes semper adfectus quem ne fas est optare de liberis. cum domus ignium saepta violentia rapuisset miseris senibus omnē praesidium, illa festinatione qua fugimus, erumpimus, in medium cucurrit 10 incendium. in quanto tunc periculo fuit rerum naturae pietas? dum diu multumque attonitus haeret, dum ad utrumque respicit, ad utrumque discurrit, paene infelicissimos parentes perdidit pietatis aequalitas. ut deinde miserimos senes cluserat iam propior ignis — audiat licet 15 invita pietas! — patrem iuvenis elegit, et de pariter ardentibus vices disposuit adfectus. vixdum posito sene, cum illum quoque miraremur explicitum, iterum flammam aperuit, et undique coeuntis incendii redditus globis arserat iuvenis, si tardius perdidisset oculos. facinus est, 20 iudices, non hoc quoque maximis contigisse conatibus, ut servaretur et mater. minus tamen in utroque fecerat, nisi perdidisset oculos. viderint qui filium in eo magis parente mirantur, in cuius salutem faciem vultusque consumpsit. patri praestitit caecitatem qui amisit oculos, dum repetit 25 quam reliquerat, matrem.

Non expectetis, certum habeo, iudices, ut excusem quod

1 expugnandus: expurgandus *adnotat in marg. m* 6 suma  
**B** monstrat **J** 7 quem *ex* quae **B** 8 deliberēs **B**; de  
libris **P** 12 ad utrumque respicit *om. B, supr. b* 13 dis-  
currit: decurrit **J** paene: pane **P** 15 cluserat: clu *in*  
*marg.* (du *fuisse videtur*) **P**; cluserat *Seldensis* 18 mi-  
ramur **P** 20 si—porrigere *p. 23, 19 desunt in S dimidio*  
*folii abscisso* 24 consumpsit **M**, *in marg.* vel consumpsit, ut  
ibi sit metrum **m** 26 reliquerat **B** 27 expectatis **Mβσ**  
ut: *hinc incipit V*

pater induxit caeco novercam. factum est eo tempore  
 quo constabat patrem filio senem solvendo non esse. con-  
 tenderim quin immo iuvenis fuisse consilium, ut pater cui  
 matrimonium filiumque abstulerat incendium, residua se-  
 5 nectutis alia consolaretur uxore, et ut domus quae caecum  
 tantum habebat et senem, acciperet ex coniugio ministeria  
 custodita. facinus est, iudices, quod bonos privignos no-  
 vercae facilius decipiunt nec levius oderunt. quam multis  
 insidiis, quam multis artibus patet caecitas innocentis!  
 10 mulier cui spem invadendae hereditatis praestabat debilitas  
 privigni, senectus mariti, intellexit hoc solum deesse sce-  
 leris occasione, ut prius infamaretur parricidii caecus. viso  
 igitur hoc quod sibi iuvenis non videbatur esse privignus,  
 venenum quod in miseri sinu abdiderat, deprehensura nun-  
 15 tiavit patri, tamquam parricidium pararetur. et quia men-  
 dacium poterat facile nudari, si quem conscium nominasset,  
 totam delationem sic ordinavit, ut sibi crederetur pro-  
 missam dimidiam partem bonorum, si venenum seni vo-  
 luisset ipsa porrigere. videtis, iudices, qua praeparatione 4  
 20 noverca ad testamentum patris accesserit. mulierem quam  
 credit maritus noluisse partem bonorum accipere pro sce-  
 lere, necesse est sic remuneret, ut faciat heredem. o quanto  
 aliter probatur parricidium quod iam potest deprehendi!  
 mulier quae se dicebat in conscientiam sceleris admissam,  
 25 non hoc primum exegit a patre, ut quaereret, quis pa-  
 rasset caeco venenum, quis dedisset. inde maximum scie-  
 bat posse fieri quaestionis errorem: instituit, ut innocen-  
 tissimus iuvenis interrogaretur repente, subito infamatura  
 velut deprehensi trepidationem, seu tacuisset caecus, seu

2 sene *V* solvend<sup>3</sup> *J* contenderam *P* 5 alios<sup>a</sup> *P*  
 ceçū *supr. B* 8 nec *in ras. B* oderunt: odeit *P* 12 in-  
 famaretur: infirmaretur *V* 14 <sup>d</sup>adiderat *V* 15 mendatum  
*M*, i *supr. M vel m* 16 conscium: occisum *J* 21 credit:  
 credere *P* 22 quanta *V* 23 parricidum *B* 26 sed inde  
*Dess.* 28 infamatura: infamatur ac *BV*; *om. M, supr. m*; in-  
 flammatura β (*ex corr. S*) 29 trepidatione *BV*

negasset. adductus ad filium senex dixit iuveni quicquid audierat. nunquam, iudices, tam simplicis innocentiae fuit facinus negare. non esset ausus iuvenis coram ea muliere mentiri quae prodidit et sciit ubi esset venenum. ut vero sensit infelix instantem novercam postulantemque, ut sinus 5 iuvenis exquiretetur, tunc vero attonitus, haerens et tota malorum suorum cogitatione confusus intellexit hoc argumentum eius esse quae parasset, ut posset deprehendi. igitur propere, festinanter omnia membra pertractans et mersis in sinum manibus, dum cuncta suspicionibus, dum 10 5 tactu iuvenis explorat, venenum primus invenit. laudo, iudices, innocentiam silentii, laudo fiduciam quod interrogatus cui parasset, non putavit sibi defendendum venenum. rem quin immo fecit eius qui sciret patrem non crediturum, et — quae maxima est innocentiae contumacia 15 — persuasionem senis nulla voluit excusatione corrumpere. non fuit illud trepidatio, non tacita confessio. quisquis habet venenum, habet et quod respondeat deprehensus.

Fecit post haec senex rem hominis quem non movisset quicquid invenerat. non torsit ministeria caeci et de 20 scelere, in quo solus nocens esse parricida non poterat, non explicuit ordinem quaestionis, sed, quod plus est quam absolvere, remisit iuveni defensionem. utrum deinde intellectis deterimae mulieris insidiis filium paulisper voluerit exheredatione protegere et diligentius de patrimonio 25 suo deliberaturus interim captaverit, ut videretur mulieris cupiditati iam non obstare privignus, an facillimum fuit, ut exheredationem quoque impetraret noverca caeci ab homine cui tam multa persuaserat, cogitationibus vestris relinquo. hoc tantum dixisse contentus sum: testamentum 30

3 coram ea *in ras.*? **B** 4 sciit *supra lacunam scripsit B*; *ex correctura et in rasura P*; sciit **J** 5 postulantemque **V**  
 6 exquiretetur **M**, *corr. m* 9 propere<sup>re</sup> **B** 11 laudo: laudabo **P**, *corr. p* 12 iudices: iudicium **P**, *corr. p* 16 voluit: noluit **M** 17 illud: velud **S** 18 et *supr.* **V** 20 torsit in ministeria **P** 25 exheredatione<sup>nē</sup> **B** 26 captaverit *ex -is* **V**  
 28 exheredationem: heredationem **V**

continuo mutavit. et ne quis miretur hanc festinationem, statim subsecutum est, ut periret. an interfuerit, iudices, iuvenis huius, ut viveret pater qui iam alio moriebatur herede, vos aestimabitis: non interfuit, ut occideretur.

5 Facinus, iudices, quod illa nocte in cubiculo novercae, 6  
quod in lectulo factum est, domus tota sensit. nemo non sibi visus est iuxta fuisse. excitari sola noverca non potuit illo loco, unde venerat fragor. concurrit familia quo sollicitos atque trepidantis ducebat strepitus quem sequebantur. invenerunt senem occisum, novercam iuxta cadaver sic iacentem, ne statim possent interrogare, quis occidisset. nuntiatum est deinde facinus et caeco. inventus est — quod innocentiae sufficit — non a scelere rediens stans in limine cubiculi sui, animo quo discurrebant videntes. 15 ut deinde ferrum iuvenis inquireretur, exegit eadem utique quae postulaverat de veneno. quod in lectulo gladius cruentatus inventus est, non deprecor, iudices, quin contra caecitatem non minus argumentum putetis quam quod inveniri potuit venenum in parricidii suspitione. gladius 20 cruentatus novissima probatio debet esse, non sola.

Ignoscite malorum, periculorum metus, ignoscite humana discrimina. defensionem iuvenis lacrimis primum gemituque prosequimur. perdidit infelix patrem, perdidit et caecitas illum senem cuius oscula, cuius amplexum im- 25 ponebat vulneribus oculorum, cui praestabat caecus, ut viveret. misera ignorantia, misera debilitas, quod te noverca non sic potius decipere maluit, ut biberes venenum.

Facinus est, iudices, comparisonem fieri, utri credibile 7 sit parricidium. idem vos putatis efficere noctium merita

1 festinationem **V** 4 vos: v *in ras.* (*erat n*) **P** 5 in: i **V**  
6 sesit **V** 8 fragor **J** concurrit **σ** 9 trepidantis *a*: -es  
*βγσ* 10 occisum: ociosum **V** 11 iacentem **B** 12 caeco

**B** inventū <sup>S</sup>**B** 16 quod: quo **B** 17 iudices *ex videlicet J*  
quin: qui **BV** 21 periculorum: praeteritorum *H. p. 55*; maiorum periculorum *Obr.* 23 gemitumque **B** 24 caecitas **M**:  
caecitatem *reliqui* 28 cōoperationē (*o del. rubricator*) **J**  
utri credibile *Dess. p. 95*: ut incredibile **ω**

et adfectus oculis blanditiisque quaesitos quod natalium  
 pignorumque reverentias? nullas ego facilius perire cre-  
 diderim quam corporum caritates. et licet matrimoniis  
 paulatim reverentia gravitatis accedat, possunt tamen di-  
 strahi facilitate qua coëunt. uxor est quam iungit, quam 5  
 diducit utilitas. cuius haec sola reverentia est quod vi-  
 detur inventa causa liberorum. aspicimus matrimoniorum  
 singula momenta rixantia, mutant cotidie domos et per  
 amplexus lectulosque discurrunt. placet etiam post liberos  
 alius maritus, et, unde deprehendas omnium scelerum fa- 10  
 cilitatem, possunt non amare viventes. quid, si huic uxo-  
 riae vilitati novercale nomen adiungas? mulieri quae post  
 liberos inducitur, matrimonii non contingit tota reverentia.  
 8 Quanto alios praestat adfectus diligere vitae lucis  
 auctorem? liberi ac parentis non alius mihi videtur ad- 15  
 fectus quam quo rerum natura, quo mundus ipse con-  
 strictus est. quisquamne mortalium confodiet illud sacrum  
 venerandumque corpus quod potest ex ignibus rapi, pro  
 quo bene consumuntur oculi? non invenio, iudices, quem-  
 admodum possit esse contra liberos salva reverentia. 20

Non est difficile, ut maritum uxor occidat, si non est  
 difficilius, ut filius patrem. non est, iudices, quod putetis  
 inter mulierem et virum de scelere quaeri, neque est quod  
 se noverca sexus occasione tueatur. maior est caecitatis  
 infirmitas. sunt et feminis ad scelera vires, cum habent 25  
 causas virorum. quin immo, si interrogas, facilius haec  
 pectora metus, odium, ira corrumpunt. et quoniam non  
 habent roboris tantum, unde vitia mentium vincant, ple-  
 rumque facinus infirmitate fecerunt. sane tamen illis sce-  
 leribus sufficere non possint quae discursum, quae exigunt 30  
 laborem. quod vero tam muliebri possis invenire facinus

---

1 effectus  $\beta$  (corr. S) 2 ego: ergo VM, corr. m 6 di-  
 ducit: didicit V videtur: uidices P 9 etiam: et  $\beta$   
 11 huic om. M, add. m 12 vilitati: utilitati  $\beta\sigma$  13 con-  
 tingit: contigit BVP fortasse recte 14 lucisque  $\epsilon$  15 aucto-  
 rem: actorem  $\beta$  (corr. s) 17 confidiet B 29 illius B

quam occidere hominem iuxta te iacentem? aggredi senem qui se tuis crediderit amplexibus? cuius somnos ipsa disponas? ipsa custodias? omnis alius percussor deprehendi potest, antequam feriat, uxor non sentitur, nisi dum occidit.  
 5 non est, iudices, incredibile, ut occiderit mulier hominem quem dicitur potuisse caecus occidere.

Facinus est, iudices, si caecos habere non credimus 9 nisi necessitatis innocentiam. prima est infirmitas caecitatis, ut nolit. fallitur quisquis hanc calamitatem non  
 10 animorum putat esse, sed corporum. totius hominis debilitas est oculos perdidisse. et si diligenter actus intuearis humanos, ministeria luminum sumus. caecus non irascitur, non odit, non concupiscit. et cum corpora nostra vigorem de luminibus accipiant, pereunt cum suis vitia  
 15 causis. en ad quod erumpant manus quae proxima quaeque tamdiu quaerunt, manus quae sua quoque ministeria non explicant! audebit quicquam corpus illud quod ad singulos sibi videtur decidere motus? cui quicquid ante se est, donec exploretur, abruptum est? facinus admittet,  
 20 in quo nihil ipse facturus est? facinus, quod totum credat alio? quid si caecitas sit, quam fecerint ignes? nemo in incendio solos ex homine perdit oculos. tunc facies sentit incendium, cum ambusti defecere gressus, cum opponi non possunt pro oculis manus, et ad lumina nostra  
 25 flammam omnium membrorum vulneribus admittimus. caecum vel hoc faciet innocentem quod licet viribus, licet sufficiat audacia, non habet persuasionem hominis qui possit imponere.

---

2 somnos: sonnos *M* (et ita fere semper) 4 post<sup>e</sup> *B*  
 7 caecos: caecum *M* 8 necessitatis ex cecitatis *V* innocentiam—cecitatis *supr. B* 9 nollit *V* 11 si *om. B, supr. b*  
 14 accipiant de luminibus  $\beta$  pereant *V* 15 ad quod: quod  
*M* proxima—quae *l. 16 om. P* 19 exploretur: exploreatur (corr. *p*) *P*; exploraretur *S* abruptum: arbitrium *J*, abruptum *i* 21 alio (punctum infra *o er.*) *B*; alio *V*; alii reliqui  
 quid: qui *a* ignes: igneos *B* 22 perdit (perdidit *S*) ex  
 homine  $\beta$  26 faciat *V*

10 Nefas est, iudices, hunc iuvenem reliquarum debilitatum ratione defendi. quam incredibile est, ut occiderit patrem qui pati non potuit, ut perderet? rogo, quid opus gladio, quid veneno parricidae? quantum fuit potius servare matrem? rapiatur ex parentibus illa infirmior, illa peritura. 5 parricidium sic facere potuisti, ut optimus filius videreris.

Quantum deinde putatis impatientissimis affectibus accessisse? post caecitatem carior est pater, cum in locum successit oculorum, et tunc est infinita pietas, cum in illa debeas amare quod feceris. quid dicitis, iudices? 10 transferet in facinus hunc caecitatis suae iuvenis favorem, ad quem cotidie laudatura civitas coit, cui adsident omnes liberi, omnes parentes? faciet se pariter pietatis et sceleris exemplum? facilius est, ut occidas patrem, a quo sis ipse servatus. 15

Nullius unquam, iudices, parricidii magis debuistis excutere causas. 'cupiditas', inquit, 'iuvenem egit in facinus'. hoc si credibile, si verum est, debet videri, mulier heres maritum an patrem caecus exheredatus occiderit. habeant sane, iudices, hanc nefariae cupiditatis festinationem quos 20 vitiorum ardor, quos cotidie luxuria praecipitat. quo caeco hereditatem vel innocentem? oculi sunt, oculi, per quos paupertatem ferre non possumus; oculi tota nostra luxuria. hi nos in omnia cotidie vitia praecipitant: mirantur, ad- amant, concupiscunt. facilius impleas animi satietatem. 25

1 iuvenem non reliquarum *M*, in marg. vel sine non potest legi, quod melius *m* debilitatum *P Colbertinus*: -tum (i ante u er. *B*) reliqui 7 accessisse<sup>s</sup> *V* vel post accessisse fiat interrogatio et  $\eta$  versus incipiat *m*; (alii interpungunt post caecitatem) 9 in supr. *B*; om. *M*; in illa corr. ut videtur ex ulla *V* 11 transferret *BPJ* (r del. rubricator) favorem: ferorem *V* 12 laudatura: laudatura a *B* 13 faciat se ex correctura *J* 14 ut om. *V* 17 excutere: discutere *V* iuvenem del. *Dess.* 21 luxurięa *B* praecipitat: praecipiat *P* 22 innocentem  $\omega$  (ignoscentem *J*): innocenti  $\gamma\epsilon$  23 paupertatis *J*, corr. *i* possumus *J*, corr. *i* luxuria ex luxuria *B* 24 cotidie in omnia  $\beta$  25 concupiscant *B* satietatem: saturitatem *P*, corr. *p*



quo, per fidem, divitias iuveni, apud quem omnium rerum  
diversitas perit? circumdes licet hanc debilitatem fulgore,  
divitiis, caeco tamen tunc magis cuncta desunt, cum con-  
tigerunt, nec invenias debilitatem cui magis cum pauper-  
5 tate conveniat. homo in honore parentum excaecatus pa-  
trimonio sub patre melius utetur.

Et quod per fidem parricidii genus iuvenis elegit? 11  
venenum, inquit, paravit. cur per fidem, si sufficit ferro,  
facinus adgreditur cui adhibere conscium, cui praestare  
10 debeat ministrum, cum maius habere possit in gladio par-  
ricida secretum? an postea iuveni succurrit quid possent  
facere manus, et se circa venenum deprehensa debilitas  
collegit in vires? nemo, iudices, nemo nescit quemadmo-  
dum possit occidere. intellexit, iudices, noverca quam  
15 incredibile esset, ut videretur caecus parasse venenum.  
igitur adiecit temptatam se, ut illud ipsa porrigeret. date  
per fidem, iudices, invenite verba: secreto privignus et  
noverca de parricidio locuntur. ita se non putat uterque  
temptari? quid dicitis, iudices? nullumne tota domo,  
20 quod corrumpere, aliud parricida pectus invenit? diffici-  
lius hoc credas novercae, si te a nullo alio putes impe-  
traturum. non ergo iuvenis credit hoc omnes loqui cum  
patre? omnium blanditiarum primum esse sermonem? no-

---

1 quo: qua **M** 3 divitiis: diutius **V** 4 debilitē **S**  
cum paupertate magis **β** 5 honore: honorem *Colbertinus* **ε**;  
*hic abscissum folium in S* 7 per ex fer **B** 9 adgreditur:  
ad in marg. add. **b** cum: cui **J**, corr. **i** 10 maius: magis  
**VJ** (corr. **i**), vel manus **m** 11 secretum ex decretum **i**  
possent: possit **M**, corr. **m** 12 deprehensa: deprehendi **J**.  
re  
corr. **i** 15 videtur **B**, corr. **b** 16 temptatam ex semptatam **V**  
date: an excogitate? 17 operam post iudices add. **ε** in-  
venite: invenit **β** (corr. **s**) secreto: secreto **M** 18 locuntur **V**:  
loquantur **M**; loquantur *reliqui* putet **m**: putetur **B**; putent  
*Parisinus 1618*; putat **VM3γσ** 19 teptari **αβ** 20 quod *om.*  
**BM** *supr. bm* 21 noverca **P** 23 sermonem?: vel sine  
interrogatione **m**

vercam timeas negantem. non habet fidem ei credere parricidium quem scias proditurum, nisi impetraveris.

- 12 Per fidem, iudices, diligenter attendite criminis diversitatem. temptatam se in parricidii conscientia mulier adfirmat. quis vero dubitet nunquam hoc privignum fuisse 5  
facturum, si habere conscium potuisset alium? atqui venenum iam paravit, emit. et cum haec ipse facere non potuerit caecus, quis est iste cui parricidii tantum instrumenta creduntur? cur non idem porrigit seni? vel si non potest decipi maritus nisi manibus uxoris, cur ante 10  
parricidium struitur quam sciat, an noverca promittat? nam quod vult videri promissam sibi partem bonorum, non est argumentum, nisi et ipsum probatur. mulier quae sollicitatur ad facinus, quemadmodum sibi consulit, ne illam parricida decipiat? et probationes prospicere debuit, seu 15  
factura quod rogabatur, seu proditura. adde quod neque odit novercam caecus cui parricidium credit, neque hereditate corrumpitur cuius contentus est parte dimidia. nemo, iudices, parricidium faciet quo alius utatur. exigo igitur, ut istud parricidium caeci tu socia, tu conscia 20  
manifestius probes. quid opus est, ut iam venenum iuvenis habeat? potius sermonibus vestris interpone testes, fac coram servis loquatur, fac intersint amici, fac audiat pater. facillimum est caeci decipere secretum. utere, mulier, homine qui se commisit oculis tuis. utere verbis 25  
quae regis, manibus quae moves. volo venenum ipse proferat, ipse porrigat, volo te rursus in facinus hortetur, volo plura promittat. parricidium caeci deprehendi potest,  
13 dum tibi fatetur. 'sed', inquit, 'inventus est tenens vene-

2 parridium <sup>ci</sup> V 3 diligenter *om. M, add. m* 4 conscientiam *Bu.* 6 si *in ras. M* atqui: at quid *M* 7 emit et: emittet *B* et *om. M* 8 est *supr. V* 9 cur non ante *BV* si non: vel sine, non legi potest *m in marg.* 11 quam: quod *P* 18 contentus: contemptus *B* 20 ut *om. M, supr.*  
vel ut si istud *m* parridium <sup>ci</sup> V 23 loq<sup>u</sup>t<sup>7</sup> *P* 24 est *om. M, supr. m* 27 rursus *ex russus B* ortetur *V* 29 tibi: sibi *J, corr. i* fetetur *V*

num'. exiguum argumentum, noverca, de magna facilitate fecisti. non accusas caecum, sed ostendis. homo expositus ad omnem occasionem, ad omne ludibrium, quem tactus, quem proxima quaeque decipiunt, quid refert quid in sinu habeat, ille quem deprehendere possis qualem relin-  
 5 quas? a quo modo noverca digressa est, cuius ordinavit vestes, tetigit sinus, membra composuit, venenum potest habere, sic, ut nesciat, potest sic, ut aliud putet. si me-  
 hercule volueris, tenebit te palam; si iusseris, accipiet  
 10 coram servulis, coram amicis; et, si venenum non dices, hauriet, bibit. nullo magis, iudices, argumento potest innocentia caecitatis intellegi, quam quod videtur deprehensus iuvenis. si parricida est et exquiritur, hanc saltem sibi praestabit dissimulationem, ne teneat venenum.

15 Neminem, iudices, credo mirari, quod iuvenis interrogatus cui parasset, verba non habuit. non fuit illud patris indignatio, non fuit dolor, venenum iuvenis expavit. auferunt nobis vocem quae fieri posse non credimus, et silentium est admiratio subita miserorum. nescit tacere  
 20 deprehensorum scelerum trepidatio, et statim respondit illa cum suo sibi scelere parata defensio: tacere facilius est deceptis quam deprehensis. quid, per fidem, facere vultis iuvenem quem de parricidio consultit pater ille servatus? miror hercule non dixisse: 'volui, sum veneficus, sum parricida'. et invidiam putarem, si confessus esset. bene quod nescit iuvenis quemadmodum parricidium neget neque habet illa deprehensorum multa

---

1 facilitate: vel facultate *m*    2 ostendis: vel defendis *m*  
 5 habet *V*    6  $\equiv$  a<sup>h</sup> *B*    8 sic ut aliud: sic aliud *M*    putet: pavet *BV*; putat *S*    9 voluerit *BV*; accipiet *ex* -iat *S*  
 10 venenum non dices  $\beta\gamma$ : bene nomen diceret  $\alpha$ ; venenum non diceret  $\sigma$     11 hauriret biberet *J*    12 cecit<sup>ta</sup> *V*    iuvenis deprehensus  $\beta$     16 non habuit: non habuit *B*    20 respondet *MS* $\sigma$     21 def.fessio *B*; defen $\ddot{s}$ io *V*    23 vultis *om.* *V*  
 25 invidiam: vel indignationem *supr.* *m*    26 quod: vel quidem *m*    27 habent  $\alpha$ , (vel habet, quod melius est *supr.* *m*)

verba. venenum quod tenet caecus, ipsius est, si illud excuset.

- 14 Sed, inquit, exheredatus a patre est. poteram, iudices, secretum hoc senis profundumque vocare consilium, contra iuvenem tamen esse non debet, etiam ut de parricidio 5 crediderit novercae. notum hoc, iudices, ac vulgare facinus est, quod plerumque contra liberos amantur uxores, et sequentium matrimoniorum non aliunde quam de damno pietatis adfectus est. genus infirmissimae servitutis est senex maritus, et uxoriae caritatis ardorem flagrantius 10 frigidis concipimus adfectibus. quid? quod necesse est impatientius amet maritus uxorem qui sibi videtur filium iam perdidisse? facillimum est de caeco parricidium credere, cum hucusque erraveris, ut inquirereres. volo scire, iudices, quid fecerit homo senex qui parricidam filium 15 sciat. non culleum parat, non illud porrigit venenum, non saltem abdicatione dimittit: testamentum tantummodo mutat, et parricida sola paupertate punitur. rogo, quis praecipitat? urget? adeone non potest fieri idem postero die? gravius hoc faciet pater, si non praestiterit uxori. 20 quid? quod hoc ipsum tam placide, tam quiete facit, quasi captet imponere? quid dicitis miserorum parentum adfectus? exheredaturus filium pater non advocat propinquos, non contrahit amicos, nullis lacrimis tabulae, nulla vociferatione complentur? nescis, senex, quanta tibi 25 opus sit ratione tabularum: exheredas miserabilem parricidam. non est, iudices, quod putetis ideo nullum adiectum ad exheredationem iuvenis elogium, quia de scelere

10 flagrantius: flagrantibus *BV*; flagrantem *M* 11 concipimus: excipimus *J*, corr. *i* 12 filium: u *in ras.* *B*  
16 culleum: aculeum *B*; cuellium (e *del.* *S*) *S*; vel cultrum (!)

*m* porrig& *B*; porrig̃ *V* 17 saltim *V* 18 mutat: putat *J*, corr. *i* 20 faciat *M*, vel faciet *supr.* *m* 21 quid quod: quid *I* quod *B* 24 ştabulae *V* 25 nescis: nescio *S*  
quanti<sup>ta</sup>tibi *B* 26 post *ratione rasura* *G* vel *7 litt.* *B* ratios *B* miserabilem: mirabilem *M* 27 adiectum: abiectum *P*  
28 exheredationem: heredationem *M* elogium *B*

constaret. nemo unquam ideo non obiecit filio parricidium, quia crederetur.

Per fidem, iudices, duorum, inter quos de scelere quaeritur, aestimemus mutato testamento proximam noctem. 5 iuvenis, seu innocens seu parricida est, adhuc in suo silentio stupet. nec facile dixerim, unde maior trepidatio, si alienum tenuit an suum venenum. noverca rem inter manus habet anxiam, trepidam. nihil est difficilius quam differre gaudium quod scias te non mereri; et filio se esse 10 praelatam, non est longa persuasio. expectat nunc, ut iuvenis agat causam postero die, ut credulum senem propinqui, ut civitas universa castiget, et se noverca sensit unius tantum noctis heredem. non creditur testamento hominis qui eadem nocte qua filium exheredavit, occiditur. 15 Tractemus nunc, iudices, ipsius sceleris comparisonem. 16 caecus ignorat, ubi iaceat senex, an iam quiescat. et quam difficile est, ut credat illum qui modo de parricidio suspicatus est, dormire patrem? tu sentis, quando senem vicerit lassitudo curarum. caeco quis renuntiat, quod diei 20 noctisve secretum, ut sitis pariter; an una quiescentium fores vallaverit cura servorum. tu facere potes occasionem, uxor et domina. caeco fortassis ad aliud limen errandum est, tibi hoc solum restat, ut ferias. caecus necesse est quietem patris ipsa corporum electione confundat, 25 tu iugulum, tu potes pertractare pectus, dum amplecteris. nobis iterum casus, rursus reditus incerta temptanda sunt; tibi restat, ut statim membra componas, ut quiescas. non

4 proxima nocte *B* 5 innocens *B* 8 manus inter

rem *β* 10 expectat: -tet *BM* 16 iacet *P* 17 parricidio *V*  
 19 quod: quo *M* 20 ut sitis *Dess. p. 73*: aut sitis *BVM* (vel an *m*); scis *βγδ* (*in ras. J*, scis — cura *om. H, add. h*); tu scis *H. p. 55* una: vita *J* 22 fortasse *M* limen: lumen *P, corr. p* 24 confundat *ex fecundat B* 26 nobis iterum casus redit, rursus incerta tentanda sunt *γσ* reditus *N*: redit *reliqui* post reditus *inseruit eadem H. p. 55* temptanda *B, et ta in ras. b* 27 statem *P*

sufficiunt facinus facturo solae cogitationes, et vix tam multa pariter sciretis oculi. per fidem, iudices, ab utro credibilius est occisum senem: a noverca quae prospexit, ut et alius possit esse suspectus, an a iuvene cuius invidia periturus est, etiam ut illum alius occidat? 5

Intuemini per fidem, iudices, procedentem parricidam. quos non ista vestigia frangant rumpantque somnos? vestigia plura semper errantium quae non valent suspensis praetemptatisque gressibus librare corpus, et quia diu sunt incerta, nutantia necesse est gravius premant solum 10 cui crediderunt. quanto ex hoc plus accipiat necesse est illa nocturni silentii quies quod ambulantis caeci nec manus cessant praemittuntur explorant et adesse se nuntiant? illa, per quae complexus veniunt, <nescit, cum> non sint in potestate caeci, qua toto se fateatur strepitu. quic- 15 quid occurrit, nequaquam potest evitare caecitas, nisi offensa. ut ambulare, ut ingredi nocte possimus, dies facit.

17 Quam multa deinde supersunt, postquam ad patrem perventum est? exploretur necesse est pariter iacentium prima diversitas, vultus, ora tractentur, detrahantur vela- 20 menta corporibus, quaeratur vulneri locus. ita ex duobus neutrum excitat? gravior semper dexteræ tractatus errantis. paulatim deinde admovendus est pectori mucro, et ne qua confundatur ignorantia nimium liber ictus, praecedat oportet gladium manus. unde tantum virium caeco, 25 ut in uno statim ictu mors tota peragatur? incertum

---

1 vix ex iux **BM** (corr. *m* ut videtur) 2 utro ex utroque **J** 3 a: aut β 4 a: aut **S** invidia: invida **P** 8 plura: dura **Bu.** quae: quod *m* 9 quia (q *supr.* **δ**) **B** 11 crediderunt *a*: -int βγδ ex hoc quanto **M** hoc plus: hoc turbae plus ε; hoc strepitus plus *dubitanter H.* accipiat: accipiat **V** 13 praemittuntur: praemittunt **BV** 14 quae: quam β nescit cum *add. Dess. p. 86* 15 sit: fit γm; sunt ε 22 neutrum: ne utrum **B**; neminem **V**; *cf. m in marg.*: vel neutrum sicut due partes 23 admovendus: vel movendus **M** 24 confundatur: conf daτ̄ (*lacuna duarum litt.*) **B**; *in marg.* u **δ**; confundantur (*n exp. J*) σ

vulnus sit necesse est cuius impetum non regitis oculi;  
 nec possis custodire destinatum ferro locum, dum ad col-  
 ligendum vulneris pondus dexteræ redire permittitur.  
 utrum deinde iuvenis post vulnus unum continuo fugit —  
 5 et quemadmodum scit, an facinus expleverit? — an potius  
 expectat, ut de parricidio cadaveri credat? ecce iterum  
 per eadem incerta redeundum est, omnia rursus periculose  
 temptanda venienti. fidem vestram, iudices, ut nobis  
 prosit argumentum criminis nostri, caecus si nec venire  
 10 nec reverti sine strepitu potest, neque sic occidere potuit,  
 ut deciperet novercam.

Te, te hoc loco, mulier, interrogo quæ tam gravis 18  
 quies, ut te mors tam vicina non excitet? parvulis noc-  
 tium turbamur offensis, excitant nos exigui plerumque  
 15 motus, vox incerta longinqua, et aliquando ipsum silen-  
 tium. illorum sane iuxta te suprema non sentias quos  
 senectus languoresque dissolvunt? hominis qui ferro oc-  
 ciditur, tumultuatur exitus et similis est repugnanti. quid?  
 quod necesse est nulla mors inquietior sit quam quæ  
 20 statim tota est? nam quod dormiens occisus est, non  
 est quod sic aestimetis, tamquam per illam quietem trans-  
 ierit in mortem. sit aliquid necesse est inter soporem  
 mortemque medium, nec potest iungi tanta diversitas, cum  
 sit somnus ipse pars vitæ. non multum interest, quietem  
 25 nostram ratio vitæ rumpat an mortis. hominem qui  
 dormiens occiditur, ipsa mors excitat. sane non habuerit  
 supremam vocem, habet utique palpitationes, habet motus  
 et quicquid totus lectulus sciat. et quando, mulier, seni  
 tuo blandius implicita iacuisti? sicine dormis quæ modo

---

1 regitis: registi *V*      4 cotinuo *V*      8 venienienti *M*  
 9 <sup>ni</sup> verè (ni *supr. m*) *M*      11 <sup>ci</sup> deper& *B*      13 vicinã *B*      ex-  
 citat *S*      14 turbamũf *B*      15 motus: mortus *P*      18 tu-  
 multatur *BV*      repugnantis *M*      22 sit: sic *Pγ*      24 ipse:  
 ipsae *B*      interest: est inter *J*      25 rumpat: erumpat *M*  
 28 seni: sinu *B*      seni tuo blandius: si nutu blandius  
 (*corr. m*) *M*

turbasti totam domum? cuius privignus parricida, miser est maritus? en ecce vitalibus ruptis in amplexus tuos effunditur cruor, et fugiens per vulnus anima agit ante se anhelitus, agit crebra suspiria. en iterum largus ille sanguis circa tuos duratur artus, stringeris deficientium rigore membrorum. non moveris, non expavescis, sed dormis per tot diversitates? non relinquitur quid aliud simulare possit mulier cui necesse est iuxta eum inveniri  
 19 quem occidit. non est, iudices, quod incredibile putetis, ut quis perferat dormientis simulationem. nihil est, quod 10  
 facilius humana calliditas possit imitari. sic quidam cadaverum expressere pallorem et contra verbera, experimenta telorum mortium pertulere patientiam. quanto facilius simulare rem cuius imitationi sufficit cluisse lumina, laxasse membra, dedisse suspiriis modum et anhelitus 11  
 neglegenter egisse? inter dormientem simulantemque non est nisi conscientia. nam quod ad tot vestigia, tot manus, tot proclamaciones in eodem tenore duravit, nolito mirari: facilius excites dormientem. et haec est omnium natura rerum, ne quid diutius perferas quam quod imitaris. si 2  
 simulare somnum habet et hanc facilitatem quod videtur similis excitato qui deprehensus est. quid hoc esse vis, mulier, quod te non excitat res qua domus tota turbatur?

2 en *ay*; *om. βγδ* amplexus **V** 3 effunditur: funditus  
**J** fugiens: *efugiens B* per *in ras. B* vulnus: vulgus **J**,  
*corr. i* anima: omnia **S** agit ante: agitante *αβγ* 4 anhelitus **BV**; anhelitu *βγ* en: an *σ* 5 sanguis **B** artus: arcus *β*  
 6 sed dormis: *sedor mis B* 9 putetis *om. M supr. m*  
 11 quidam: quidem **BM** 12 expressere (*lineam per p ductam er.*) **B** *expenta B, (corr. δ)*; et experimenta **Mβ** 13 telorem **B** (*corr. δ*) mortium: mortuum **BH** 14 imitationi *ex*  
*-ne B* sufficit **V** lumina **M**, *corr. m* 15 anhelitus **B**  
 17 *post conscientia repetunt* non est nisi conscientia *αγ* 20 simulare somnum: similes omnia **B** 21 facilitatem: facultatem *β* 23 tota domus **V**



illam servilis negligentiae quietem, illos sine curis, sine  
 affectibus somnos, illos qui non statim primo timore pro-  
 siliunt, fragor noctis agitavit. quantus deinde fremitus  
 discurrentium tota domo? prima sunt evigilantium prae-  
 5 sidia clamores, nec potest quieta res esse noctis auxilium.  
 minore strepitu commota es, cum excitareris. ecce cubi-  
 culi vestri fores trepidae festinationis effringuntur impulsu,  
 en lumen super lectulum ingerunt multae manus, et ad  
 prostratorum corporum similitudinem cubiculum gemitu,  
 10 vociferatione completur. tu iaces et in cadaveris simili-  
 tudinem usque resoluta es. hoc tu quietem putas esse?  
 patientia est.

Vestrae, iudices, aestimandum relinquo prudentiae, 20  
 strepitum quem in cubiculo senis fuisse confessi sunt qui  
 15 illo potissimum concurrerunt, utrum putetis factum con-  
 luctatione morientis, an a peracta caede referentis gla-  
 dium mulieris fuisse discursum? an hoc quoque inter  
 artes novercae, ut omnibus sceleris sui partibus sensim  
 quieteque dispositis, ipsa ad excitandam familiam fecerit  
 20 strepitum cui hoc solum supererat, ut sic inveniretur?  
 fragor quo familia excitata est, si redeuntis caeci fuit,  
 deprehensus iuvenis esset, antequam gladium referret.  
 ut sciatis, iudices, neminem fuisse in domo quem non  
 fragor ille confuderit, caecus quoque inventus in limine  
 25 est, sicut solet ultro citroque commeare. iuvenis, si inter

---

1 quietem: requietem **J**, corr. *i*    2 non *om.* **M**, *supr. m*  
 3 deinde: deinon **P**, corr. *p*    6 comota **V**    excita<sup>u</sup>is **V**  
 cubiculi: cubili **B**    7 festinationes **V**    effringuntur **V**    9 cu-  
 biculum: *b ex p* **B**    10 similitudine **BVJ**    11 quietem **B**  
 12 patientia est: patientiae **B**    13 vestrae: vere **J**, corr. *i*  
 prudentiae strepitum: prudentia est trepidum **B**; prudentia (*in*  
 prudentiet *m*) strepitum **M**    14 confessi: professi **V**    15 con-  
 currerunt *βσ*: concurrent **BVm**; concurrunt **M**    16 a *om.* **V**  
 referentis: re *om.* **M**, *supr. m*    17 discursum **V**    19 adex<sup>≡</sup>-  
 citandū <sup>a</sup>**B**; exortandā **M**, vel excitandam *m*    20 inveneretur **P**  
 21 quo: quoque **J**    24 confu<sup>≡</sup>derit (*3 vel 4 litt. er.*) **B**    quo-  
 que *om.* **M**    25 solet ultro: sol rultro **J**    comeare **V**

suum patrisque cubiculum facile discurrit, quid adhuc in limine facit? evasit, effugit, gladium iam reposuit. et quanto facilius est caeco simulare somnos, vultum quietis imitari?

21 Quod, per fidem, maius subitae confusionis argumen- 5  
tum est quam quod caecus exiit et stetit? gravius ne-  
cesse est expavescant quibus de sollicitudine sua non re-  
nuntiant oculi et conclusus animus non exit in visus, non  
habet unde timori suo par sit. deprehensus est iuvenis,  
ubi illum destituerat impetus timoris. potest negligere 10  
caecitas in cubiculo suo ducem, in quo dies omnes cunic-  
tasque noctes agit iter, quod iam multis offensis, multis  
edidicit erroribus. extra limen caecitas est, inde error  
ac tenebrae. nihil est innocentius caeco, qui nec in sce-  
lere deprehensus est nec in dissimulatione. 15

Proclamat hoc loco iuvenis, ut primum, inquit, me,  
pater, fragor, domus et velut tui confudere gemitus, ite-  
rum tamquam te rapturus exilui. tunc primum miser  
sensi facinus caecitatis: steti, donec mihi nuntiareris oc-  
cisus, et in illa discurrentium trepidatione tenui miser 20  
otium timoris. o, si numen aliquod paulisper accommo-  
dasset oculos, primum in cubiculum intrassem patris, in-  
venissem fortassis adhuc aliqua verba morientis, loqui,  
interrogare potuissem. tarda et trepida sunt officia ser-  
vorum. ego te deprehendissem, noverca, vigilantem. 25

22 Sed, inquit, gladius caeci cruentatus inventus est. non  
est, iudices, caecitatis audacia de parricidio referre gla-  
dium, et homo cuius paulo ante exquisiti sunt sinus, non  
referret in cubiculum suum ferrum quod non tegere posset,

---

1 discurritur *M* 2 effugit: effusit *P* 5 maius: magis *V*;  
manus *J* 7 sollicitudine: solitudine *γ* 8 et  $\equiv$  *M* 9 ti-  
more *V* 12 ofensis *B* 13 lim̄ in *ras.* *B* 14 ac: inde *γ*  
15 dissimulatione: simulatione *M*, dis *supr.* *m* 16 me *ασ*: mi  
*βγ* 17 *inter* fragor et domus *add.* me *γ* 18 tamquam *om.* *J*  
19 sensi miser *β* 22 primus *ε* 23 fortassis *B* loqui et  
interrogare *βγ* 24 potuissem: possem *β* trepida: tepida *S*  
23 cuius: cui *M* 29 refferret *V* ferre *v̄* *B*

non abscondere, et tamen cruentatum sciat. quis hanc, iudices, impudentiam ferat? negat caeco surripi potuisse gladium mulier quae se quiete defendit. et quanto facilius est somnos decipere miserorum? gravior est quies  
 5 quibus ex lassitudine calamitatum venit. caeco vero facile est, etiam vigilanti subripere gladium. [quemadmodum paratur argumentum?] quaedam facere non potest negligentia, et facilius est, ut caecitatem imitentur oculi [gladium cruentatum reponendi]. has tantum causas habet  
 10 qui occidit alieno.

Sentio, iudices, iamdudum indignari miserrimum iuvenem quod argumentis, quod probatione defenditur. reddenda sunt maximo virorum patrocinia tam pia caecitatis, et agenda reliqua pars causae admiratione. intueri mihi,  
 15 iudices, videor expeditionis illius incredibilem novamque faciem. vadit raptō patre iuvenis per ardentē crescentesque flammās. dicturum me putatis, ut evadat, ut fugiat? properat miser, ut revertatur. en membra contactu stringuntur ignium, pater tamen toto cooperitur amplexu, et  
 20 ardentibus tunc quoque paene luminibus texerunt manus alterius oculos. hoc nunc me putatis stupere, mirari quod huic iuvenis oneri per medios ignium globos et ruentia tecta sufficit? illud est cui vix habere possit mortalitas fidem: visus est sibi fecisse rem facilem. quantae, dii  
 25 deaque, pietatis audacia est, ire rursus in flammās, illo

---

1 tamen quod cruentatum *M* quis: quid *V* 2 surripi *V* 5 quibus *om.* *V* calamitatum *B*; -tium *VM Colbertinus*; -tum *reliqui* 6 sq. quemadmodum — argumentum *del. Dess* in aliis libris non fit interrogatio post argumentum, sed metrum *in marg. m* 7 autem ante paratum *add. m37* paritur *J* 9 gladium — reponendi *del. Dess. p. 72* reponendi *α*: reponentes *dē*  
 βγ; -tis *σ* 12 redda *M, corr. m* 14 admiratione *V* 15 expeditionis: oīs *in ras. M*; expositionis *J, corr. i* 18 membra *B* stringuntur *B* 20 manus: manes *≡ M, in marg. corr. m*  
 21 pietatis *B* 22 honeri *BP* 23 sufficit *εi* 24 quantae *βσ*: quanta et *BV*; quanta *M* 25 flamas *B*

ubi patrem paene perdidit? iam non erat illud penates,  
iam non erat domus, ubique tamen iuveni videbatur ar-  
dere mater. iam miser undique flagrantibus membris, cum  
discurrentem clusisset ignis, — quod solum supererat vi-  
24 rium genus — matrem quaerebat oculis. non fuit illud 5  
primum ignium, perire lumina cadentia, non protexerunt  
flagrantem sua membra faciem, et oculi quaerentibus ma-  
trem manibus arserunt. rursus infelix totum tactu per-  
lustrat incendium, et unde maximus est conlabentium cul-  
minum fragor, illo debilitas tamquam inventura revocatur. 10  
solus omnium servatus est beneficio caecitatis. protrahatur,  
iudices, si videtur, in medium reus: plurimum probationi-  
bus adicere debent truces vultus, terribilis minaxque fa-  
cies. hic est, iudices, qui dicitur tota nocte discurrens.  
hic ille circumspectus, hic ille felix parricida. recesserunt 15  
cuncta debilitatis officia, et hominis qui circa genua vestra  
ducendus est, non est qui dirigat gressus, non servuli su-  
persunt, non penates. respondete per fidem, respondete  
mortales, utrum hic patrem occidit, an perdidit? quid  
agis, infelicissime iuvenis? rogandum est, neque habes 20  
totas preces. perit ille vester ambitus, vestra<sup>1</sup> miseratio,  
sed nefas est, ut reatus iste sentiat debilitatis adversa.  
nos agendum, iuvenis, ducimus, nostris humeris, nostris  
manibus innitere, nos tibi preces, nos accommodamus ocu-  
los. quid aversaris infelix? quid repugnans? scimus te 25  
non rogare pro vita, sed dura, miser, dura. saltem vive,

---

1 ubi<sup>≡</sup> (ex ubique?) **B** pene patrem β 3 mater:  
uxor **BV** 4 superaret **J**, corr. **i** 6 primum: crimen  
*Bu.*; privum *Baden* primum ignium perire: supremum  
igni impertire *Rohde* cadentia *Rohde*: cudentia ω  
11 protrahatur: pertrahatur **MP** 12 reus ε: res ω  
plurimum: pluriū **J**, corr. **i** 13 adiecere **B**; adducere **V**  
16 circa: circum γ 17 est *supr.* **M** gressus **B** servuli:  
seuuli **V**; servoli **P** 23 agendum **BJ**, corr. **i** ducimus:  
duximus **B**; dicimus **V**; duc immo **M** (corr. **m**) βγδ  
24 accomodamus *ex* accomendamus **B** 25 aversaris  
**Mβδ**

du[m] vincas. decet te hic quoque virtutum tuarum cumulus, decet, ut digneris moriturus absolvi.

## III.

## MILES MARIANVS.

5 Bello Cimbrico miles Mari tribunum stuprum sibi inferre conantem, propinquum Mari occidit. reus est caedis apud imperatorem.

Satis dedecoris atque flagitii castra ceperunt, cum 1  
haec furenti tribuno mens subiecta est, ut in medio belli  
10 Cimbrici strepitu ante signa — tuis honos sit habitus sanctissimis auribus — iuberet prostare gladio cinctum et vim turpissimam ac nefariam temptaret inferre — ne

1 virtutum **P**: virtutum *ex*-tutium **B**; virtutiarum *omisso* tuarum **M**, *corr. m*; virtutum *reliqui*

**M̃A** FABĪ QVINTILĪNI CAECVS IN LIMIME EXPLICIT.  
INĀ. MILES MARIANVS **B** MARCI FABĪ QVINTILIANI CAECVS IN LIMINE EXPLICIT; INCIPIIT PARIES. PALMATVS;  
v EXPLIC̄ CECVS Ī LIMINE **M** (*minio picta*) **M̃** Fabij  
quĩtiliani cecus ĩ lĩne explic' declamatio <sup>ĩn</sup> eiđe pars alt'a  
declamatio · II · q̄ d'r paries palmat' **P** *minio picta subscriptio*  
*deest in S*

5 BELLO THEMA CIMBRIO **B**, THEMA *del. b* et *repetiit*  
*in marg. lineola significans vocem ante bello esse addendam.*

Mari *om. BM*; Marii β Marianus σ 6 MARI <sup>I</sup> **B**; mari v;  
Marii **Mβσ** *argumentum litteris uncialibus scripsit B* 7 post  
imperatorem *add. v* MILES MARIANVS *minio picta*  
EXPLIC̄ THEMA | INCIPIIT MILES MARIANVS, *in marg.*  
CAVSA III *omnia minio picta M* Marcii fabii quĩtiliani  
Miles mariān' (*minio*) **P**

10 cimbrici **B** signa tuis ε: signa tuus **BMσ**; signatu **P**;  
signatum **S** habitu<sup>is</sup> (is *in ras. p*) **P** 11 sanctissimis **B**,  
s *add. b* prost<sup>are</sup> **H** cinctum **B** 12 et *om. S* vim: <sup>u</sup> **P**

quid aliud dicam — fortiori. habet aeterna labes viam,  
 et in exemplum, in quod facillime vitia proficiunt, nova  
 culpa pernotuit. et licet impunita sit reo virtus sua, ta-  
 men in hoc ruentis in deteriora saeculi cursu, adfirmo,  
 plures erunt qui tribunum imitentur quam qui militem. 5  
 etsi nil minus convenire videtur partibus advocati, summe  
 imperator, quam reo capite periclitanti subsidium misera-  
 tionis auferri, memor tamen, pro quo et apud quem lo-  
 quar, audacter atque, ut spero, tuto profiteor militem  
 tuum, quicquid adferat casus hodie, sub ipso fortunae mi- 10  
 nantis ictu stare securum. aut enim absolves tamquam  
 innocentem, aut punies tamquam virum. fas est vita  
 periclitari qui natum se meminit lege pereundi. neque in  
 militiam gravissimo asperrimoque bello ita venit, ut ne-  
 sciret sibi mortem in procinctu habendam, neque est tam 15  
 inbellis, ut non forti pectore adversa, dum non inhonesta,  
 2 toleret. adfirmo tibi, C. Mari, non sic nuper repugnasset,  
 si illum tribunus voluisset occidere. neque ignoravit quae  
 manerent eum pericula, cum obscenos furiosi corruptoris  
 amplexus gladio divelleret. nec habeo sane quid in milite, 20  
 praesertim tuo, laudem, si pudicus est tantum, quia ex-  
 pedit; nec si sit vitae cupidissimus, paenitere eum facti  
 sui potest. de interfectore corruptoris fortasse dubites;  
 illud utique scio, de impudico milite non deliberasses. hunc

1 fortioribus *M* habet: haberet *BV*; habetur *M* (*corr. m*  
*in marg.*) labes *ex* habes *M* viam *βm*: *om. αγδ* 2 viti<sup>a</sup>  
*B* novam *M* 4 adfirmatio *B* 5 tribunum imitentur: tri-  
 bunūmittent' *B* 7 quam: quod *P* periclitantē<sup>i</sup> *B*  
 10 adferat: auferat *J* fortunae *B* 11 ietum *BV* aūenim<sup>t</sup>  
*B*, t *supr. b* absolvās<sup>e</sup> *B* (*corr. b?*) 12 au<sup>t</sup> punies *B*, t  
*supr. b* 13 meminit: -eminit *in ras. B* (aut *b?*) 14 gra-  
 vissimo — bello *om. P* gravissimo *B* 15 procinctu *B* 16 ad-  
 versa, dum: adversandum *B* nō *ex nū B* 17 tolerēt<sup>ra</sup> *B*,  
*supr. b* C *om. V* repugnasset *B* 20 amplexus *B* mi-  
 lite: mite *B* 21 tatum *B*, n *supr. b* 22 cupidissimus *B*  
 24 deliberasse *BM* (*corr. m*) hunc: nunc *M* (*corr. m*)

vero, C. Mari, — defendatur enim tam fortiter miles tuus  
quam vindicatus est — nec si damnaveris, paenitebit. si  
fors ita tulerit, ibit ad poenam pleno gradu, tam paratus  
mori pro pudicitia quam occidere, laudemque perpetuam  
5 fortissimi pudoris secum feret. omnis licet delatorum vis  
ingruat, numquam tamen effici poterit, ut miles tuus magis  
doleat quod accusatus quam quod appellatus est. sed  
neque hoc Mars parens nec signa militaria aquilaeque  
victrices nec tua, summe imperator, divina virtus sinat,  
10 ut tua quoque sententia quisquam vir, et Romanus et  
miles, nimium pudicus sit, apud quem ante principia ge-  
rendum est. ecce cum maxime hoc agitur, ut inter Ro-  
manorum legionum manipulos scorta deligere et ad stu-  
prum trahere sacramento rogatos post haec liceat ex de-  
15 creto tuo: nec pudet accusatorem apud C. Marium —  
quod exemplum divinitus nobis datum videtur quid in  
homine virtus possit — adsidentibus legatis praefectisque  
et istis illi prodigio dissimillimis tribunis toto armorum  
iudicio obicere militi quod vir sit, tantumque non durum  
20 ac rusticum et parum meretriciis artibus queritur educ-  
tum. at ego, si qua est fides, pudicitiam in milite etiam  
laudare erubesco. feminarum est ista virtus. aliter mihi

1 C om. V defendatur ex -etur B 2 damnaberis B  
penitebis P 3 pleno: o in correctura B, plenus M, gradu:  
gaudii M 4 pro om. B, supr. b 5 fortissimi B ferret B  
delitor<sup>v</sup>em B 6 tamen om. M 7 quod accusatus: quam a.  
B, corr. b appellatustus B, -tus del. b, in ras. ? 8 Mars  
Vaticanus 1770. Lucas: Mari BVσ; Roma Mβγ 9 victorices  
B, o del. b divina: ina supr. B 11 nimium: minimum M,  
corr. m quem ante: qđ stante BV; quem stantae M; quos  
ante σ; apud <te> quod est ante Dess.; <cui> apud <te> quod  
<e>st ante pr. Klotz principia om. V; pudicitia totum M  
gerendum: agendum βγ 12 cum: tum M Romanorum αδγ;  
Romanarum βγ 13 deligere VJγ; diligere B; diligere bMβH  
stupra V 14 traheres B (corr. b) H post hac β; post hoc J  
15 C om. V 16 videtur: videri β 18 prodigio ex prodigia  
B disimilimis B. l supr. b arm<sup>a</sup>torum B 20 et αδ: sed  
βγ educatum VMβ 21 at B

laudandus est vir fortis, idoneus bello, promptus ad pericula, praestantis animi — libere dicam — dignior qui tribunus esset. hoc enim propinquo, Mari, non erubesceres.

Pater huic emeritis bello stipendiis tum, cum tota subnixum Numidia fregimus Iugurtham, exauctoratas armis manus agresti labore subegit. praedura priscis moribus mater, frigoribus ac solibus perusta et in plerisque ruris operibus marito particeps, adfirmo, quam nemo appellasset inpune. his ortus ipse procul ab omni contactu recesserat, puerilis quoque annos aliquo semper opere durando, sequi pecora primo, arcere gregibus feras, aliquid semper audere maius annis. ludus fuit rotare saxa, vibrare iam tum sudes, saltus agitare venatu, mox vigentibus lacertis humum scindere, segnem futuris novalibus eruere silvam. sic effectum est, ut, quemadmodum aliqui putant, posset cito militare.

Interim ex ultimo litore oceani et dirempta frigoribus plaga gens a rerum natura bene relegata, stolidi viribus, indomita feritate, insolens successu, nec minus animorum inmanitate quam corporum beluis suis proxima, Italiam inundavit. nec tamen tantum vi sua quantum luxuria socordiaque nostrorum ducum elata, dum nos in bello quoque vitia pacis secuntur et delicati sumus etiam miseri, vastitatem agris, solitudinem iuventuti, periculum

1 promptus **B**, corr. **b**    2 praestantis: vel praesentis *m*

4 huic: hunc  $\beta$     meritis **BM**, emeritus *m*    tota: <sup>t</sup>ocito **M**

5 <sup>u</sup>n~~u~~m<sup>u</sup>midia (i er. u supr. **b**) **B**    iugurtam **BV**    7 implerisque **V**    8 apellasset **B**    9 or~~u~~stus **B** post contactu in marg. sum er. **B**    10 puerilis **BM**; et puerilis **V**; pueriles  $\beta\gamma\delta$

ann<sup>o</sup>is **B** (i er. o supr. **b**)    durandos **V**    11 peccora **V**  
12 fuit suus **M**, vel fuit supr. *m*    saxum  $\beta$     iam tum: lamtū **B**; iactu **M** (vel ixtū *m*)  $\gamma$ ; iam tñ **S**    13 saltus agitare: altu sagitare **B**, corr. **b**    vigentibus  $\epsilon$ : ingentibus  $\omega$     14 novallibus **B**, corr. **b**    15 aliquid **B**    16 militore **V**    17 dirempta: dira **M**; direpta **S**    18 a om. **S**; aut **P**    bene: paene *Ascensius*    19 indomata  $\beta$     20 belluis **B**    21 tamen: tum **P** qamtū **B**    vi: in **PJ** (corr. *i*)    22 ducum: ducit **J**



imperio ac prope exitium attulit, apparuitque numquam populo Romano ad propulsandam perniciem magis viris opus fuisse. itaque cum appareret soluta militiae disciplina et non minorem nobis pugnam cum moribus esse quam cum hostibus, ad unicum, C. Mari, cum virtutis tuae, tum sanctitatis severitatisque praesidium confugimus.

Et mehercules festinarunt parentes ad nomen liberos 5 mittere, quamvis asperrimo bello, velut occasionem complexi, ut sub te ponere rudimenta militiae contingeret, 10 cernere cotidie divinae virtutis exemplum, te hortatorem operum habere, te testem. et cum haec communis totius exercitus esset felicitas, dux Marius, tamen — o facinus indignum! — plus reliquis consecuti videbantur quibus tribunus contigerat propinquus tuus. quanta cura robora 15 militum legeris, imperator, ut hostibus prope humanas vires excedentibus opponeres parem dilectum, vel ex eo manifestum est quod cum scires non ex censu esse virtutem, praeterita facultatum contemplatione vires animosque tantum spectasti. quid prodest? en quanta dilectui 20 tuo fit invidia? diceris adversum Cimbro puerum probasse. sed neque te militaris aetas fefellit cuius certissima mensura est posse fortiter facere.

Neque illa libido fuit saltem vitiis usitata quae ad 6 obscenos Veneris impetus formae cupidine incenditur, sed

1 <sup>i</sup>mp<sup>er</sup>io **B**    exsiciū **V**    adtuli<sup>t</sup> **B**    aparuitque **BV**  
 3 ap<sup>er</sup>eret **B**    4 minorem: minor **M**βγ; minore **H**; minor est **J**  
 pugna **M**βσγ    esse **V**: esset **BM**βγ; om. σ    5 C om. **V**  
 6 scitatis **B**    severitatisque: veritatisque **P**; veritatis **S**  
 7 me<sup>h</sup>erculis **B**; me herculis **V**    10 cerneret **V**    11 h̄ **BJ**  
 12 felitas **B**    13 reliquis γ: reliqui ω (**B** ex relinqui) videbant **V**  
 14 tribunis **B**σ    contigerat *ex*-tingerat **B**; contingerat **M**  
 15 militem **B**    inperator **B**    propone **M**, corr. **m**  
 16 delectum **M**    18 praeterita facultatum contemplatione *ex* praeteritum facultatum contemplationem **B**    facultatum γσ  
 post facultatum *add.* est quod **P**, *del. man.* 3    19 expectatis ω (*ex* expectatis **M**, vel *ex*petisti *supr. m*)    en: et **P**    delectui **M**  
 20 adversum: adversus **MJ**    Cimbro **B**    21 te: re **BV**σ; te *post* aetas *exhibet* **M**

quidam perditus contumeliae amor ac summa flagitiorum  
 voluptas inquinare honesta: hoc ipsum quod primus ante  
 signa procurrit, quod veteranos tiro praecedat, quod redit  
 pulvere et cruore concretus, istud, istud, quod tam vir  
 est. vulgaria inritamenta sunt cupiditatis forma, aetas; 5  
 singularis res est fortis concubinus. illas cicatrices, illa  
 vulnera, illa tot eximiae decora militiae, quid exequar  
 ultra, imperator? pudet me quod intellegis. transeo ob-  
 latam nolenti munerum vacationem, et blandius quam mi-  
 litiae disciplina postulat, adulatum militi tribunum, im- 10  
 peratas asperrimas expeditiones, ut remitterentur, saepe  
 ordinis, saepe adfinitatis tuae iactatam gratiam. confitemur,  
 C. Mari, diutius vixit obscenus corruptor, dum ista  
 miles non intellegit. non audeo dicere, imperator, concipe  
 animo temporis illius habitum, reforma cogitationes tuas: 15  
 in aliis forsitan causis permittatur indignitatem rei in  
 oratione exaggerare, de iniuria nostra latine queri non  
 possumus. parcendum verbis est. inhibenda magna ex  
 parte veritas. praevaricandum mihi est, si pudorem habeo.  
 conlatis cum hoste gravissimo comminus castris, cum to- 20  
 tum bellum quodam genere ad pedem venisset et omnium  
 mentes imminentis pugnae cogitatio inplesset circumfremente  
 undique barbaro ululatu, Romano militi pro vallo excu-  
 banti meretriciam obscenae libidinis patientiam aliquis

2 voluntas *M* honestam *V* 3 reddit *V* 4 istud *al-*  
*terum om. V* tam *supr. B* 5 est *om. B, in marg. add. b*

1 ungaria *B* cupiditatis *V* 6 singularis *B* 8 transeo *B*  
 9 nolenti: volenti *J, corr. i* munerum: numerum *H* vo-  
 cacionem *Bσ (corr. h)*; udationem *M (vocat- m)* 10 disciplina  
*ex -nae B* postulat *om. B, supr. b* tribunum: trinum *B,*  
*bu in marg. add. b* 11 ut *om. P* remitterentur: remete-  
 rem *B, corr. b*; remittetentur *M, corr. m* 12 adfinistatis *B*  
 iactatam: at *in ras. B* confitebimur *J* 13 C *om. B, supr. b*  
 conruptor *B, corr. b* 15 teporis *V* abitum *B, h supr. b*  
 16 forsitam *M* in oratione: in oratione *≡ (m er.) B*; mora-  
 tionē *M* 17 exaggerare *B, corr. b* de *≡ B* nostra *≡ (n er. ?)*  
*B* 18 est verbis *β* 19 privaricandum *P* 20 cumlatis *B*  
 22 imminetis *V* 24 metriciam *M, corr. m*

imperat? suum quisque habeat fortasse iudicium: mea sententia non satis pudicus est miles qui armatus tantum negat.

Hoc expositionis loco, imperator, malo accusatoribus 7  
 5 credas. illi narrarunt rem viro et Romano et milite tuo  
 dignam. ad primum statim obscenae libidinis sermonem,  
 non aliter quam si in hostem classicum cecinisset, gla-  
 dium illum quem a te pro pudicitia nostrarum coniugum  
 acceperat, per pectus infandi corruptoris exegit et in latum  
 10 ultra pedem. tantumque non ardorem luminum, horrorem  
 capillorum, fremitum indignationis ante oculos dicendo  
 posuerunt. si omnes milites tales habemus, Mari, vicimus.  
 verebar equidem, ne fugandi corruptoris causa ferrum  
 strinxisset, et — quod accidere interim solet — dum alter  
 15 recessurum putat, alter percussurum non putat, tam ho-  
 nestum opus casus fecisset. neque enim, ut opinor, hoc  
 quoque exigendum fuit, ut cum caecus amentia corruptor  
 per vulnera ipsa rueret ad praebendos amplexus, miles  
 etiam gladium reduceret. ego vero parum viriliter istum  
 20 indignatum puto, si in tanto dolore tribunum potuit agno-  
 scere. ipse nihil excusat.

Percussi, inquit, gratia Marti signisque, occidi, hausi 8  
 noxium ultrice dextera sanguinem, sive licuit, sive non  
 licuit. atque utinam plures mortes cepisset, ut impurum

1 habeat *supr. m* et post fortasse 5 vel 6 litt. er. *M*  
 2 sentia *B* 4 expositionis *B* acusatoribus *B* 5 milite  
*ex -tem B* 8 putiticia *B* 9 per pectus infandi: perfectus  
 infrandi *B* in latum: in latum *BVσ*; illatum *M* (*corr. m*)  
 10 tantumque: tantum quem β horrorem *B*, *corr. b* in-  
 dignacionis: is *in ras. B* 12 posuerunt: vel posuerat  
*supr. m* abemus *B*; haberemus β vicinus *B* 14 strinc-  
 xisset *B* 16 casus fecisset *ex cassus refecisset B* enim  
*om. M, add. m* 18 praebendos: prendendos *B*; prendendos ε  
 li  
 19 viriter *B* 20 indignatum: at *in ras. B* tanto dolore:  
 tantum dolorem *B*, *corr. b* 21 lexcusat *B*, l *del. b* 22 gra-  
 tiam ω; *corr. Obr.*; C. Mari, sub signisque ε hausi: auxili *BM*  
 (vel hausi *m*) σ 23 noxium: noctium *V* dextera: er *in*  
*ras. ? B* non lacuit *b* 24 utinam: ut *P*

spiritum renascens poena torqueret. parum severe militarem redeuntibus suppliciiis disciplinam continemus, si tribuno post hoc factum <non> bene cessit quod occisus est. reum ergo caedis non infitiatione defendam. viro, forti praesertim et innocenti, nihil facere convenit quod negandum sit. non abnuo crimen: immo si accusatores tacerent, ipse narraſsem. obicite igitur, sed, ut delatores decet, totum. verecundissimum enim militem apud sanctissimas imperatoris aures minus pudet confiteri quam queri.

Parumne dedecoris subimus, quod non de honoribus fortissimi viri quaeritur? et ut longissime vota procedant, rem honestissimam militi fecisse, inpune erit? damnetur etiam et pudicitiam supplicio pendat. convenite legiones, intendite animos, contracta undique auxilia. lex dicitur castris, nec pauci sunt qui hoc nolint licere, illud velint.

9 Non mehercules possum tenere, quo minus in accusatorem dolor meus erumpat. quid dicis? tu, si tribunus esses, hoc fecisses? si miles esses, hoc tulisses? date praecepta, componite disciplinam. miles hac contumelia percussus est. indignis vero vocibus contaminatus nihil amplius aliud quam renuet? et quis non illum inter proſtitutos habeat, si commiserit, ut possit iterum appellari? neget tamen, et ultionem iniuriae suae differat. ita puto, cum inluserit, tribuno queritur. Inicitur manus, et ab ad-

1 renascens: a *ex r* **B** 2 redeuntibus: *ti in ras.* **B**  
3 non *add.* *Dess.* 5 forti: *fortique*  $\beta$  6 abnuo: *abuno* **B**

7 narraſsem (*em in ras.*) **B**; narraſem **M** 8 verecundissimum *ex* *verecundissimum* **B** 9 imperatoris *ex* *-es* **B** pudet *ex* *putet* **B** 12 impune **b** 14 incendite  $\beta$

animos contracta  $\alpha$  (*contrata* **B**): animo sancto tractate  $\beta$ ; animo sancto tracta  $\gamma\sigma$  15 qui *ex* quid **B** 16 mercurio **P** accusatorem **B** 17 qui **B**, *corr.* **b** 18 si miles: *similis* **M** tulisses: *es in ras.* **M** 19 ac **B**, *h. supr.* **b** 20 percussus: *s in ras.* **B**; *passus* **M**, *corr.* **m** est *om.*  $\beta$  vero *om.* **B**, *supr.* **b** 21 aliud: *aget*  $\epsilon$  renuet **P** 21 et *om.*  $\beta$  22 commiserit **B** 23 tamen: *vel tantum quod melius valet in marg.* **m** 24 inluserit **B** (*corr.* **b**); *inluserit* **V** tribunus  $\gamma$  ab adsignata: *ab signata* **J**

signata statione miles abducitur, ut stuprum patiat. vos interrogo, accusatores, quid faciet? feret libidinosas manus vulnera sua tractantes? deponet arma, an reponet? vir est enim, auctorem habet, hoc primi ordines iubent. 5 aequum est tribuno militem parere, in diem sperare etiam processus potest, pro hoc merito accipiet fortasse vitem, ordines ducet, et sub illo alii militabunt: si haec condicio causae est, si defensio sui non permittitur, indicate, praedicite: si corruptorem non licet feriri, feret; 10 non enim potest nuda manu repelli. mementote, corruptor armatus est. implicitus tamen infando nexu cogitate quid sibi fecisset, utrum sic, si plura dispiciat; immo, si videtur, quo iustius queri possit, patiat. istud vero flagitium in conatu pereat. nam si libido ad votum obsceni cor- 15 ruptoris processerit, duo occidendi erunt.

Libere itaque dixerim, C. Mari: quam de fortissimo 10 milite sententiam feras, magis tua interest. huius quidem gloriae nihil plus adici potest, quam si pro re tam honesta moritur; hunc mirabitur sola virtutum incorrupta 20 testis vetustas, hoc factum patres liberis vel post poenam praecipient. tu cogita quid te sensisse homines sciant.

2 accusatores **B** faciat **B** (corr. **b**) **V** ferret **M**

lib<sup>i</sup>idinosas **B** 3 an neponet  $\alpha\sigma$ ; aure ponet **S**; reponet **mP**  
4 habet *del. man.* 3 **P** hoc *om.* **V**; hunc hoc **P** 5 Imdiem  
**M** sperare: perare **B** parere **b**; sperare *om.* **M**, parere *supr.*  
*et imperare*, sperare, parare *in marg.* **m** 6 potest *om.* **B**

accipiat **V** 7 vitem **BV**: vicem *reliqui* ordinis **P** 8 <sup>p</sup>mittitur **B** 9 indicate: indicare **P**; indicate *an* iudicate *dubium* **S** praedicite:  $\bar{p}$  *et ite in ras.* **B**; praedicite **P** corruptorem **B** fireri **B**, corr. **b**; ferire *Francius* feret **V** $\bar{\nu}$ : ferit **B**, e *supr.* **b**; feriet **V** $\bar{M}\bar{\beta}\gamma\delta$ ; ferri licet *Dess.* 10 nuda — repelli: umida manu libelli **S** 11 in infando **V** $\sigma$  nexui **B** cogitante **B** 12 utrum: quasi dicat, utrum conveniat quod ductus expectaret. et est ibi sit pro conveniens sit et dispiciat quid inversa aspiciat **m** *in marg.* sic  $\beta$ : sit  $\alpha\gamma\delta$  si *om.* **P** despiciat **V** $\beta$  13 quo: quod **M** 14 in *om.* **M**, *supr.* **m** 16 dixerim: im *in ras.* (*fuisse videtur dixerunt*) **B** 19 mirabitur: mirabiliter (*rasura*) **M** virtutum **BM**: -um *reliqui*

hoc exemplum in neutram partem potest taceri. cogitare certum est id quemque, cum iudicat, probare quid in re simili ipse fecisset. omnibus enim ad virile robur per pueritiam iter est, et iam contra libidinem maturuisse non prodest. recognosce incrementa tua et honestam tantae magnitudini memoriam pristinae tenuitatis. sine dubio te ad tot consulatus et actos aut destinatos triumphos divina virtus tua sustulit. memento tamen, et tu sub tribuno militasti, nec ad hoc fastigium dignitatis tam brevi tibi venire contigisset, si sero coepisses.

11 Dicam nunc ego praecipuam semper curam Romanis moribus pudicitiae fuisse? referam Lucretiam quae condito in viscera sua ferro poenam a se necessitatis exegit et, ut quam primum pudicus animus a polluto corpore separaretur, se ipsa percussit, quia corruptorem non potuit occidere? si nunc placet tibi miles, quid ego Virginium narrem qui filiae virginitatem, qua sola poterat, morte defendit raptumque de proximo ferrum non recusanti puellae immersit? divisit illi solum Appium quem tamen populus Romanus secessione a patribus et prope civili bello persecutus in vincula duci coëgit; neque ulla res tum magis indignationem plebis commovit quam quod pudicitiam auferre temptaverat filiae militis. haec sunt honesta, haec narranda feminarum exempla. nam virorum quae pudicitia est, nisi non corrumpere? non sit mihi forsitan querendum adversis auribus saeculi in tantum vitia regnare, ut obscenis cupiditatibus natura cesserit, ut pollutis in femineam usque patientiam maribus, incurrat

1 neutrum *P*      2 cum *in ras.* *B*      quid: quod *V*  
 3 simili *ex -le* *B*      4 iam *om* *J*      7 auctos *Vσ*      au *B*, aut *σ*  
 10 cepisset *P*      11 praecipuam *B*      curam *om.* *M*      12 Lucretiam *B*      quo *J*      13 a *om.* *V*      14 post et *er.* a *B*  
 16 hoccidere *B*      nunc *ex non* *B*; vel non *supr.* *m*      placet *B*      tibi placet *V*      Virginium *V*      17 mortem *B*      18 recusanti *B*      19 Apium *BV*      20 a: a *B*; cum *V*      civile *BV* (*corr. σ*)      22 tam *β*      commovuit *B*      quam quod: qua id *B*, *corr. σ*      23 temptaverit *β*      26 forsitan *β*      aversis *σ*  
 27 nara <sup>tu</sup> *B*; naturae *P*

iam libido in sexum suum. finem tamen aliquem sibi vitia ipsa exceperunt, ultimumque ad hoc huius flagitii crimen fuit, corrupisse futurum virum. hoc vero cuius dementiae est? in concubinatum iuniores leguntur, et in  
 5 muliebrem patientiam vocatur fortasse iam maritus. ego vero gratulor militari disciplinae, gratulor opinioni castrorum, si huius mentis tribunus in hunc primum incidit.

Itane tandem — iuvat enim velut praesentis insequi **12** furorem — scorta tua stipendium merentur, et sub signis  
 10 exoletos trahis? ideo meretrices ab exercitu summoventur, intrare castra feminis non licet? ita puto, non opus est: militem, hoc est plus quam virum, iamiamque in acie staturum cui pro virili portione salutem suam patria commisit, appellas. fortasse classico sonante ideo stationes  
 15 circuis, ideo vigiliis ambis. en quem tribunum faceres, cum praetextati militabant? non hic profusus est furor? non manifesta dementia est? vides munitum gladio latus, loricam ferro asperam, clausam galea faciem, et ad terrorem belli cristas minantes, inscriptum in scuto C. Mari  
 20 nomen, totum denique virum Martio habitu horrentem. hic tibi cultus prostituti videtur? appellabis de stupro? vim afferes? quid deinde expectas? ut ille te tribunum putet, cum tu illum non putes militem? vacat enim vitiis nostris et ad omne votum fluente fortuna lascivit otium,

2 ipsa: sua *V* 4 clemencie *BM*; demencia *V* 5 muliebre *B* 6 militari — gratulor *om. V* disciplina *B*, i *supr. b* castrorum *ex castrorum B* 7 unc *B*, h *supr. b*

10 exoletos trahis *B* 12 plūquam *B* acie: aere *β*

14 appellas *ex -es B* classico *B*; classis *M* 16 p̄textati *BM*, corr. *Bm* militabunt *P* profusus *B*; professus *Obr.* est *om. M*, add. *m* furor *B* 17 dementia: clementia *P*,

utrum d an cl dubium *B* 18 ferro: ro *in marg. add. b* galea *ex galeam B* 19 belli *ex bello B* cristas: castra *V*; constas (con *in ras. p*) *P*; tristas *S* minantis *α*

marti <sup>o</sup> *B* 20 horrentem *ex -emtem (rasura) B* 23 vacat: vocat *J*

aut in eo saltem statu respublica est, ut ad restituendam eam satis sit milites impudicos non esse.

13 Non de prolatando tibi imperio res est, nec transmarinas, ut nuper, provincias petimus: de Italiae possessione certatur, pro aris focusque constitimus; an haec omnia 5 igni ferroque vastentur, an nobis caput barbarus hostis excidat, an Cimbrice loquendum sit. vita omnium nostrorum et salus — namque aliud ne sub hoste quidem viri timemus — in ultimum discrimen adducitur. influxit Italiae inaudita multitudo quam ne ea quidem potuit susti- 10 nere terra quae genuit, inusitata corporum magnitudo, mores etiam Germanis feri. strage nostrorum campi latent. iam fugatorum Carbonis atque Silani sub comparatione felix militia est. iacet post amissum Scaurus exercitum. Servili Manliique bina cum tot legionibus castra 15 perdidimus. gens maiorem terrarum partem victoriis pervagata tantum in Mario stetit. libenter te, imperator, interrogo, in hoc rerum statu tales milites habere malis, an tales tribunos? in tanto belli discursu, ne concessae quidem veneri darem veniam. nam quo ad altiore 20 quisque honorum gradum extenditur, magis in exemplum spectantibus patet. cum alii excubent armati, alii claustra portarum tueantur, alii vallum fossasque scutis innixi cingant, cibum ipsum stantes capiant, tribunus inter scorta voluptabitur? et has solas vigilias aget? ac ne ideo quidem 25

1 au *B*, corr. *b* res publica: resp<sup>h</sup> *B*; corr. *b* ut: et *B*; et ut *M* 2 si<sup>nt</sup>. mil<sup>it</sup>es *B*, supr. *b* 5 certatus *V* h<sup>an</sup> (h supr. *b*) *B* 6 igni *B*, corr. *b* ferro ignique *β* 7 excidat: i ex corr. *b* cimbrice *BV* nostrorum: nostrum *M* 8 salus et *B*, et del. *b* 9 aducitur *B*, d supr. *b* 11 in<sup>si</sup>utata *B*; inuisitata *Mützell* 12 latent. iam: latenc iam *B*, corr. *b*; latendam *V* 13 sillanis *B*; sillanis *M*; sillani *β* 14 exercitum *B*; exercit<sup>us</sup> *M* 15 bana *B* 16 terrarum ex terrorem *B* 17 mario ex maria *B* 19 concessa *BV*, corr. *b* 20 darem: dare *M*, debes vel darem supr. *m*; dares *γ* 21 bonorum *VM* extenditur *M* *Parisinus* 1618; extendit *reliqui* 22 spectantibus *B*; expectantibus *V* excubant *σ* 23 cingant *B* 25 voluptabitur *J* as *B*, corr. *b* ne: nec *J*



brevem saltem frugalitatis perferet simulationem, ne haec illum facere milites sciant?

Age porro, si viveret tribunus, et hoc ad te factum, 14  
 imperator, deferremus, circumstaret universus exercitus,  
 5 nec hanc militis contumeliam, sed militiae putaret, quid  
 ageres? quid constitueres? beneficium accepisti, Mari,  
 beneficium: non habes necesse propinquum tuum occidere.  
 nam si vere aestimemus, imperium populi Romani ad  
 hanc diem militari disciplina stetit. non enim nobis aut  
 10 multitudo maior est quam ceteris gentibus, aut vehemen-  
 tiora corpora quam vel his ecce Cimbris, aut maiores opes  
 quam locupletissimis regnis aut mortis contemptus facilior  
 quam plerisque barbaris causam vitae non habentibus.  
 principes nos facit severitas institutorum, ordo militiae,  
 15 amor quidam laboris, et cotidiana exercitatione assidua  
 belli meditatio. itaque plura paene moribus quam viribus  
 vicimus, cum captivae quoque sancte habebantur, et con-  
 tumelia etiam hosti aberat. quae omnia longa superbae  
 nobilitatis intermissa luxuria tui nobis mores retulerunt.  
 20 di profecto magnitudinem tuam curant, imperator. ac di- 15  
 rigunt qui tibi super ceteras laudes obtulerunt tam ho-  
 nestae sententiae occasionem. quod miles fortiter fecit, si  
 absolvas, tuum exemplum est.

Nisi forte hoc me perturbari putatis quod tribunus  
 25 fuit. ideo hercule turpior, ideo morte omni dignior. haec  
 enim condicio superiorum est, ut quicquid faciunt, prae-  
 cipere videantur, et perniciosissimus est malae rei maxi-  
 mus quisque auctor. quis continebit militiam? quis ca-

3 vivere<sup>t</sup> **B**    5 militus **B**    quid *om. M, supr. m*  
 6 contitueres **B**, *corr. b*    accepis **V**    7 tuum *om. B, supr. b*  
 9 au **B**, *t supr. b*    10 veemtiora **B**    11 au **B**, *t supr. b*  
 12 contemptus **B**, *p supr. b*    13 plerique **B**, *s supr. b*    14 nos:  
 non **M**    15 amor: *r in ras. B*    asidua **B**, *s supr. b*  
 18 aberat: haberetur **BM**, *corr. m*    19 luxuriae **BV**    20 di:  
 de **B**    dirigunt: diligunt **M**, vel dirigunt **m**    21 laudes: laus **P**  
 23 absolvās **B**; absolvis (*is in ras.*) **P**; absolvis *reliqui*  
 27 perniciosissimus **B**    28 ≡ Quisque **B**    post auctor *er. ē M*

strensis disciplinae praecipiet severitatem? quis te, imperator, maioribus curis districto delicta militum coërcebit? tribuni corpus et peccata corrigit? ad quem confugiam? cui querar? sic fit, ut necesse habeamus ipsi nos vindicare. tribunus fuit; et hic miles. fuit tribunus. hoc dicis, 5  
 cui parere caligatum lex iubet qui non solum militibus, sed centurionibus praepositus partem quandam imperatoriae potestatis obtinet. ita, opinor, contra iura castrorum fecerat miles, etiam si tantum negasset. nescit quod istius honoris fastigium, quae potestas ordinis: tiro est. age si 10  
 ad te, C. Mari, aliquis impudicum militem detulisset, ferres dicentem: 'tribunus me iussit'? quod si par in utraque parte delictum est, hoc tamen crimen militem saltem decet.  
 16 tribunus fuit. videor mehercules, imperator, oblitus mediocritatis meae, cum vix unius defensionis sufficiam, quae- 15  
 dam pro universo dicturus exercitu. omnes has quae circumstetere legiones, florem Italiae, civium sociorumque robora, una voce proclamare apud tribunal existima. non ignominia tribunis parere possumus, nemo nostrum recusat itinerum laborem, nec iniustum super arma fascem, non 20  
 aestivi solis ardorem, nec sub pellibus actam hiemem. ferienda sit fatigato fossa, pro vallo portisque vigilandum, fortiter ancipites inibimus pugnas, vulnera laude pensabi-

22 cf. HIER. ep. 14, 2 quid facis in paterna domo, delicate miles? ubi vallum? ubi fossa? ubi hiems acta sub pellibus?

2 districto delicta **B**, corr. **b** 3 tribunus nisi corpus  
**M** corrigit *a* 5 didicis **P** 6 iubes **B** qu<sup>i</sup> **B** (supr. **b**)  
 non om. **M** 9 sq. nescit — ordinis om. **P**, add. in marg. **p**

quod: quid **B**, corr. **b** istius **V** 11 ferret<sup>s</sup> **M** 13 decet  
 ex dicet, cet in ras. 3 vel 4 litt. **B** 14 fuit tribunus **V**

15 defensionis **V** sufficiam **B** 16 exercitu<sup>r</sup> **V** omnesque  $\beta$   
 circōstetere **P** 17 ¶ legiones **B** 19 ignominia **BV**; -iae  
 reliqui tribunis **b**: tribuni reliqui recussat itinerum **B**,  
 utrumque corr. **b** 20 non: nec **J** 21 hiemem **B**, corr. **b**  
 22 ferienda: fodienda *Passerat* sit: sic<sup>t</sup> **M**; est sic  $\beta$   
 fatigato ex -ito **B** 23 ancipites: accipientes **J**

mus, mors erit ignominia potior. quicquid in pugna patimur, virorum est. imperet asperas tribunus expeditiones, si quo vertice montis hostis pellendus est, si inter infestos armatis saltus speculandum, saeviat denique in terga verberibus, exigat servilem plagarum patientiam: leno etiam servis excipitur, fortasse hac lege captivos vendes. si meretricia imperatur necessitas, si adversus obscenam vim corruptoris arma tantum contumeliae causa habemus, potius castra capiantur, et vim tribuni interpellat Cimber. nihil tale novere Germani, et sanctius vivitur ad Oceanum.

Quid futurum est, imperator, si ad pudicitiam militum pertinet vinci? an ignoramus, imperator, quanta quondam populi Romani exarserit seditio, cum ex domo feneratoris addictus lacero verberibus tergo prorupisset in publicum, et illas suppliciorum notas tulisse se quereretur, quod vim corruptoris pati noluisset? et ille tamen, quamquam hoc flagitium conatus in addicto ac paene vix libero, videbatur aliquatenus memor fuisse Romanae sanctitatis qui vim obscenissimam non temptaverat, nisi adversus alligatas manus. eo tamen usque populi Romani vindicta processit, ut ardentibus bello finibus ad dilectum nemo responderet, nisi et poena corruptoris et abrogatione legis satisfactum esset. nolebant militare, quamvis hanc iniuriam non miles acceperat. quid de Fabio Eburno loquar qui filium impudicum cognita domi causa necavit? iam iam, commilito,

4 armatis<sup>i</sup> **B** armatis infestos **M** in terga: int̄gat **B**  
 6 hac: ac **BM** 8 tantum et β 9 vir̄ **V** interpellat **M**  
 10 sancius **V** 11 si ad: i a in ras. 3 litt. **B** 12 ag an **V**  
 13 exarxerit **P** feneratoris **V** 14 addictus<sup>d</sup> **B** prorupiss **B**,  
 et in marg. add. **b** 15 illa **B** queretur **M** (corr. **m**) β  
 16 voluisset **P** 17 flagium **B**, corr. **b** addicto **B** (d add. **b**?)  
 19 nis<sup>i</sup> (i add. **b**) **B** allegatas **BV** 21 bel. lo **B** dilec-  
 tum α; delictum βm; delectum γσ 22 post satisfactum una  
 litt. in marg. er. **B** 23 nolebam **M** 24 acceperat fabius  
 eburnus (i er.) quid ect. **B**; acceperat fabius inquit eburnus  
 quid ect. **M** (locum correctum praebet in marg. **m**): impudicum γσ:  
 in iudicium α; in iudicio β; sine iudicio *Klotz* 25 negavit **BV** 3

quicumque casus manet, etiamsi te imperator damnaturus est, habes solatium: satius est quam a patre occidi.

- 18 At propincus C. Mari fuit. corrumpitis iudicem, et animo alioquin levi gratiae pondus imponitis. propinquus tuus fuit. o rem omnibus narrandam, cum absolveris! 5 nam si quid tibi iudicandi fides tua causa facere permittit, cogitas profecto quantum tibi hoc ipsum apud aemulos quos virtutibus offendis, adlaturum sit invidiae, cum videberis aut corruptorem militis iudicasse innocentem, aut propinquum tuum etiam vindicare nocentem. olim iam, 10 imperator, inter fulgentes virtutes tuas livor locum quaerit, et natura quidem omnibus novitatis incrementis adversa nobilitas tuis tamen laudibus pressa et obruta rimatur occasionem criminum. quodsi bene invidiam novi, hoc quoque tibi obicietur quod saltem propinquus tuus peccaverit. 15 quare abdicandus et <ab>iurandus est non tuus sanguis. certe nihil minus committendum quam ut ulciscaris hoc flagitium in eo praesertim qui apud malignos poterit videri te permittente fecisse. an ille, si umquam cogitasset se propinquum tuum, non has virtutes, inter quas fortuna 20 tua minima est, cum ei velut propius contemplare licuisset, toto pectore haurire debuerat, non huic affinitatis suae felicitati referre gratiam? milites te melius imitantur. quodsi post hanc mentem viveret tribunus, necessarium forsitan erat hac quoque eum premi invidia quod ista 25

3 pro<sup>3</sup>pin<sup>3</sup>cus **B**; propinquus *reliqui* Mari **V**; Marii *ceteri* 4 animo *ex ammo* **B** 6 quid: qui **B** iudicanti **ε** 8 invidiae: invidia est **B** videbaris **B**; *an* videaris? 9 corruptorum **B** 10 nocentem vindicare **V** 12 et: ut **M** 13 tamen: *tñ* **M** obruta: obrupta **B**, *p del. b* 17 comitendum **B**; commitendum **V**; omittendum **M**, vel minus committendum quasi credo nondum **m** quam *om. P* ut *om. J* 18 praesertim: praefestim **B**, *corr. b* qui: quia **V** 19 permitente **B** 20 se esse propinquum **βγ** virtutes tuas **σ** 21 contemplari **βγσ** 22 haurire **M**, *h supr. m* uic **B**, *h supr. b* 23 melius *om. V* inimitantur **B**, *ii in marg. add. b*; imitantur **V** 24 <sup>h</sup>anc<sup>3</sup> **B** (*h supr. b*) vivere **B** 25 forsitan **B**, *corr. b* premi: conprimi **M**

fecisset Mari propinquus, quod ex ipsa stirpe virtutum  
sustulisset se flagitiis suboles. nam cum bene sit liberata  
probro familia, quid attinet illud subinde Mario obicere?  
optimum fuerat non habuisse talem, proximum est, libenter  
5 perdidisse.

Perorata, imperator, ut mediocritas ingenii mei tulit, 19  
causa, scio commendationis partis esse reliquas, sed has  
supervacuas facit sanctitas tua. quid enim verear, ne  
noceat reo humilitas apud te cui vel gratior potest esse  
10 nuda virtus, apud quem maximum est ex se coepisse?  
commendem tibi ordinem caligati militis quem velut in-  
crementorum tuorum natalem libenter ab alto respicis?  
adhuc fortasse patricium valuerit genus, sed ductum tuum  
longa serie dignitatis ordinem ipsa virtutum condicione  
15 meliorem fecisti. nondum potuit altius procedere vir ad-  
huc huius aetatis. tamen cum virum fortem, condignum  
tuis castris, tuis auspiciis probarim, commendo tibi quic-  
quid melius miles fieri potest. hoc quidem profecto non  
expectas, ut in extrema actione miserabili fletu et humili  
20 obtestatione vitam genu nixus petat: nec tu rogari ab  
innocente exigis, nec viro forti opus est precari absolu-  
tionem. unum rogat, ut si quid de causa illius dubitas,  
des dilationem usque ad proximum proelium. pone in

---

1 mā<sup>ri</sup> **B** 2 se: sed **J** flagitii **Vσ** nam: iam *Frantz*  
bene: paene *Obr.* 3 probroo **B**, corr. **b** abicere **z**

4 optimum **BM** habuisse **B** talem propinquum, proximum  
l. p. *Dess.* est *correx*i: et ω; aut ε 7 causam **M** com-  
mendationis **B**, corr. **b** partis **BVzγ**, partes **bMzσ** reliquas  
*ex* relinquo **B** has: as **B**, corr. **b** 9 umilitas **B**, corr. **b**  
gratior: gravior **V** 11 velit **B**, corr. **b** 13 aduc **B**, corr. **b**  
ductum: ductu **BVzσ**; ducto **M**, vel ductum **m** tuum *cor-*  
*rexi*: tuis ω 14 longa **B** dignitatatis ordinem **B** vir-  
tutem **B**, corr. **b** condicionem α 16 huius adhuc **z**  
aetatēis **B** cum: con **B**, corr. **b** condignum **M**: cum dignum  
*reliqui* 17 tuis *ante* auspiciis *om.* **J** 19 umili **B** 20 rogari:  
i *in ras.* **B** 21 viri **B**, corr. **b** absolute **BV** 23 ponin-  
ne  
prima **B**

prima acie, pone ante signa, — fortiter dixerim: non inter tirones — ubi usus periculi, quo maximus hostium globus ingruet, specta pugnantem: adfirmo, tunc minus ignosces tribuno. liceat ire in aciem, congregi cum hostibus. si perire debet, rogat te, imperator, miles tuus, 5 operis mortis suae utaris.

III<sup>b</sup>.

## TRIBVNVS MARIANVS.

1 *Ne quaeso mihi succenseat, o piissimi iudices, sanctissima religionis publicae disciplina, tanquam adversus 10 castitatem ordinare castra temptaverim, tanquam pudicitiae claritatem intricatis sermonum involucris aliquatenus obscurare susceperim. non ego religionem persequor, non accuso virtutes, sed figmenta militis impurissimi, quantum*

1 an signa **B** 2 tyrones **B** usus: su<sup>s</sup> **B**; plus ε  
3 spectat **V** 4 ire in aciem: irei naue **V** ire om. **M**, *supr.*  
**m** ostibus **B**, *corr. b* 5 miles om. **M** 6 operis ω: in  
opere ut videtur *corr. b*, opera *my*; cf. *Dess. p. 99*

FELICITER EXPLICAT MILES MARIANVS. INCIPIT MATHEMATICVS. **B** M. F. QVINTILIANI. MILES. MARIANVS EXPLICIT. INCIPIT MATHEMATICVS **v** FINIT MILES MARIANVS. ITEM DE EODEM DICIT<sup>r</sup> (*in marg. THEMA Qđ SVĖ*) ACCVSATIO MILITIS QVI TRIBVNŪ SVĖ OCCIDIT *omnia minio picta M* Feliciter Explicit miles Marianus. Incipit dives accusatus proditiōis β (*P minio pinxit*)

CAVSA .III. *minio pictum, in marg. Ψ M* de eodem *minio pictum N* titulum om. **o** *codex Hunterianus exhibet hanc declamationem post 'mathematicum' cuius est subscriptio: explicit mathematicus: incipit obiectio contra militem Marianum scilicet contra causam tertiam, et de hac dubitatur, ane sit Quintiliani an alteri (sic!)*

9 succenseat: succedat **N** sacratissima **NO** 11 temptaverim **M**: temptarim **N**; temptari **o** 12 aliquatinus **M**  
13 prosequor **N**

licet, libet detegere. quantum possum ipsius volo denudare mendacia. unde hoc ab affectibus vestris peto, hoc specialiter obtinere desidero, ne turpissimo militi sua prosit iniquitas, ne ab huius vindicta flagitii criminis eum ficti  
 5 protegat et excuset invidia. miles iratus et insolens, dum tribuniciam non est veritus dignitatem, sempiternum incussit improperium paludatis. sera querela quae nullo suffragatur oppressis remedio; et tamen diligenter agendam esse libera voce pronuntio, per quam vivorum saluti consulitur, per  
 10 quam securitati magistratuum providetur. lex a mortuis peremptum non revocat, sed perimendi praecidit licentiam, dum perimentibus poenam dictat. hoc ad Gaium Marium loco praesentem sentio, iudices, actionem plurimum oportere converti, ut, dum habetur sermo de legibus, ad ipsum personaliter dirigatur, apud quem legum est specialius delegata  
 15 custodia.

Nunc igitur, Gai Mari, dux invictissimi nominis hactenus et virtutis quem ad ducatum huius exercitus Romanae gravitatis — sanctissimis auribus tuis honos sit habitus —  
 20 et elegit et praefecit prudentia, nunc, inquam, totum tibi senatum cogita supplicansem, nunc reginam et caput mundi, Romam quasi tuis genibus advolutam considera, ne legis eius rigorem emollias, ne sustineas temerariis iniquorum ausibus infirmari quod ab antiquis ipsa temporibus sapienter et invenit et statuit. de lege semel est statuendum  
 25

1. det<sup>e</sup>gere **M** 2 unde hoc **M**; hoc unde <sup>o</sup>; hoc unum **N**

vestris om. **M**, add. **m** 5 iratus<sup>et</sup> insolens **M**, et supr. **m**  
 7 improperium **Obr.**: imperium **MO**; impropium **N**; opprobrium  
 codex **Gibsonianus** polludatis **N**, palludatis in marg. **n**

que<sup>r</sup>ela **M** 8 tamen: cum **N** agendum **N** esse om. **M**,

supr. **m** 11 licentiam: mi<sup>ce</sup> cum **N** 12 a **M**, corr. **m**  
 13 actionem: accusationis **Obr.** 4 personaliter: peculiariter  
**Gibson**: particulariter **Obr.** 15 derigatur **M**, corr. **m**  
 delagata **M**, corr. **m** 17 hactenus **O** 18 Romanae: ratione **N**

19 honos om. **N** (lacuna 6 vel 7 litt.) 20 nunc: n<sup>u</sup> **N**

23 sustineas **N** 24 quod: q̄ **O**, corr. man. 2

quae postquam condita fuerit et prolata, de flagitiis et de causis est de cetero secundum illam universaliter iudicandum. ea propter si dimittis impium, si scelestum non percutis, si caput noxium non condemnas, legem dissipas quam senatus, quam Roma condidit universa et tamen ita callidissimus actor orationem suam ordinavit et texuit, ut et militis innocentiam praedicet et virtutem, et obscenae tribunalis impudicitiae criminetur et arguat, ut, dum tribuno scelus occultum, licet fictum et falsum obiecerit, homicidii manifesti culpam plectibilem ipse per impacti reatus invidiam aut excuset aut leniat.

3 Patere, Gai Mari, patiaturo et tua divina virtus et Romanae tecum militiae pia discretio, patiaturo, inquam, necessaria communis causae proloquia, ne praeter audientiam anxium oratorem praestrangulet et conficti facinorosis procax invidia, et caelibatus sancti pura dilectio. quis enim adversus castitatem audeat disputare? quis pudicitiae titulis obviare non timeat? ceterum, quis in medio belli strepitu, quis in acie, quis ante signa, quis inter armatos armatum audeat appellare? scrutare, o Mari, dux ubique terrarum famae laudabilis, et ne pigeat universum exercitum investigare, si valeat. quis ab olitanis unquam temporibus ad hos dies gladio cinctum prostare mandaverit? si recordatio sensum effugerit, si praecedentium ab origine mundi non occurrerint exempla saeculorum, fictum precor omnis crimen agnoscite quod tribuno mendacissimus prolocutor obiecit. quis enim inter tot milia bellatorum vel prostituentis obscenos vidit amplexus vel vocem audit prostituti. sed attende precor, imperator sanctissime, attendat et Romanae

2 iudicandu (s er.) M 4 noxium: noctium N non om. M, supr. m 6 ut et: et om. M, supr. m; ut ut N 8 criminetur: crimine tui N 9 obiecit N 10 ipse: et O per om.

MN 13 Romanae: ratione N 16 dilectio (e in ras.) M 17 pudicie N 18 obviare N quis — strepitu om. O 20 structare M, strutaco N 22 olitatiis N 23 prostare M 25 occurrerint ex -unt M 26 agnoscite Obr.: ignoscite codices 27 quis: quō N 29 sanctissime: scissime O



*militiae plenitudo quantum tum dedecoris Mariamus miles  
castris intulerit, quantum tum infuderit paludatis oppro-  
brium. in tribuni morte militaris perit gravitas disciplinae,  
quem miles insanissimus se peremisse gloriatur, praedicat  
5 et exultat. miles certe quem viriliter hactenus quid egisse  
non est qui viderit, miles, inquam, civibus et praelatis magis  
metuendus quam hostibus; quem profecto si dimittis im-  
punitum, simili ceteros exposuisti periculo. ideo personalis  
iniquitas gravi est animadversione ferienda, ne generalis  
10 veniat in exemplum.*

*Si quis sumere vult exemplum de scelere, pertimescat 4  
poenam de lege. luxuriosus miles tribuniciae potestatis prae-  
sulem et magistrum et occidit innoxium, et abominabilis  
impudicitiae criminatur occisum; quem senatus elegit, quem  
15 hic exercitus sibi voluit et poposcit ordinari tribunum. et  
cum mors soleat malorum esse novissima, mortuum tamen  
male dicaci dente crudelissimus miles indesinenter rodit et  
lacerat. sed quomodo respondebit ille post mortem? quibus  
verbis obiecta refellet convicia de sepulchro? agat ergo  
20 Romana pietas et suscipiat causam eius cuius ipse vices  
semper egit, dum viveret. non est idoneum, non est dignum,  
ut inter manus vestras eius causa casum aut detrimentum  
sustineat cuius vitam inter vos miserabiliter occidisse mi-  
sericorditer deploratis. et tamen magis haec actio communis  
25 omnium hominum esse debet. non est mortuis profutura:  
vivorum hac defensione securitati prospicitur et saluti. sed  
ad grassatoris huius verba specialius recensenda linguam  
de cetero convertamus. in medio, inquit, Cimbrici belli  
strepitu vim inferre voluit, ne quid aliud dicam, fortiori.  
30 o verba tam confusa quam dissona! miles armatus erat*

1 marism<sup>2</sup> *N* 2 quantum: quod *M* 6 magis: niger *N*  
9 serienda *N* 10 in: im *M* 12 tribunie *M* 15 post  
ordinari 2 *litt. er. M* 16 motuum *N* 17 et om. *M*, *add. m*  
quomodo: quem *N* 23 sustineat *N* 24 magis: uigē *N*  
actio: accusatio *Obr.* 25 omnium om. *O* 26 et om. *O*  
27 grassatoris: aggressatoris *N* recensanda *M* 30  $\equiv$  ( $\bar{\eta}$   
violetur er.) *M* quam: quem *O*

*et fortior, et ei vim irrogare tribunus voluit imbecillis? in medio, inquit, belli strepitu, id est, in oculis civium, in communi, ante conspectum pugnantium. sed quem non pudeat in his saltem operibus etiam deprehendi? et si feminae misceris, si contra naturam non coëas, quis in talibus non abhorreat inveniri? quem vero multo vehementius non confundat virorum illa turpis commixtio?*

5 *In vos, o iudices, et magis in universum exercitum haec refundi videtur calumnia qui videntes iniquitatem nefariam, et tunc a vindicta manum, et nunc linguam a testimonio coërectis. quod procul dubio temerarium esse iudicamus et impium, ut religionem publicae sanctitatis turpitudini tam obscenae consensum crediderimus prae- 10 buisse. ceterum ut de militis et actoris eius constet mendacio, vestrum sine nube manifestavit silentium. ad probationem 15 impacti facinoris in tribunum unius accusatio linguae non sufficit; alioquin legis latio parvum prodest, si solius agentis voce quod obicitur, et probatur. oportet ut obiectum crimen vel impetiti prodant confessio vel invicta manifestent indicia vel argumentorum deficientium vicem testimonia congruen- 20 tium suppleant personarum. sine his crimen impactum nihil proficit ad conviciantis negotium, sed ad criminati spectat convicium. eo tamen, imperator piissime, miles tuus et actu vixit et habitu, ut etiam inter arma prostitisse credi potuerit. non amo femininam cutis curam in milite, non 25 petulantiam oculorum, non furtivos et oblicos intuitus, non crines arte compositos, non affectatam gestuum seu verborum mollitiem, non denique remissio- rem incessum, nihil omnino quod ad lenocinamentum spectare possit lasciviae.*

3 communi ante: cōmeante *N* 7 non om. *N* 8 vos: nos *N* magis om. in lacuna *N* 10 a≡ (d er.) *M* nunc: tunc *N* 12 et impium om. *N* 14 militis: multi<sup>s</sup> *M* 15 nube in lacuna om. *N* 16 linguae: in igne *N* 19 inficta *NO* 23 spectat<sup>t</sup> (t supr. *m*) *M* 24 etiam: et *O* prae- stitisse codices; corr. *Obr.* 25 feminam<sup>e</sup> *M* (e supr. *m*) 26 petulantiam ex pestul- *M*; pecul- *N* obliquos *N* 29 las≡- civiae (c er.) *M*

his enim implicitum quempiam et illectum, si quis masculorum erat concubitorum, sine cunctatione subegisse potuerat. miles tuus non erubuit invitari muneribus, non refugit emolliri blanditiis, non desepit remissionibus sublevari. 5 meretricis utique caritatem et ingenium aemulatus quae libenter et adhaerere divitibus et a pauperibus solet recedere: quem profecto si pudicum nimis praedicavero, sive satis, ipse me mentitum esse confiteor. transeo, inquit, oblatam 6 munerum vacationem, et blandius quam militaris disciplina 10 postulet, adulatum militi tribunum, imperatas asperrimas expeditiones, ut remitterentur. his inductus miles inlecebris, et avaritiae suae nihilominus illaqueatus decipula quamdiu spem emolumenti non perdidit, appellationis tamdiu vel patienter sustinuit, vel non intellexit, sicut mentitur, iniuriam. 15 et licet appellatus non fuerit, obscenae tamen patientiae non erubuit argumentum, et explesset forsitan vices amasii, si corruptoris non defuisset impietas. huic de tribuno si fidem oporteat adhiberi, Romani cives, et exercitus viderit universus.

Novit tamen, imperator summe, novit irreverentis ingenium 20 pervicax oratoris defensionem suam ad plenam absolutionem militis sui minus sufficere, ideoque confidentiam simulatus: non potes, inquit, efficere, Gai Mari, ut eum facti sui paeniteat; aut enim ut innocentem absolves, aut punies tanquam virum. porro si quis absolvi quaerat im- 25 paenitens, si quis roget, quid eum aliud facere fatearis, quam conviciari iudicibus? ita quippe iustitiam misericordia moderatur et temperat, ut impaenitentem rigor non praetereat

---

1 illectum om. *N*    3 imitari vel mutari *M*; imitari *N*  
 6 a om. *N*    9 vocationem codices: corr. *m*    10 postulasset *N*  
 adulatum: adut *N*    imperatas in lacuna 8 vel 9 litt. om. *M*  
 11 expeditiones *M*    12 nihil hominis *O*    decipula *M*: de  
 disciplina *N*; de discipula *O*    13 spem: specie *O*    14 mitti-  
 tur *MO*; mictitur *N*; mentitur editiones    15 obscene *M*  
 tamen: cum *N*    16 forsitan *N*    17 impetus *N*    18 in  
 cives *O* (del. man. 2)    19 novit irreverentes *M*: novum irre-  
 verentis *NO*    20 pernicax *N*    23 absolvas *N*; -eas *O*  
 24 virum: reum *m*

ultionis. paenitentibus certe solis, non tamen omnibus, indulgeri veniam lex concedit quae nimirum ipsa perpetuis sanctionibus et instituit et mandavit, ut impaenitentes animadversionis durissimae condigna semper irrogatione vexentur. aut igitur ut defensor legis sanctissimae cruentissimum punies homicidam, aut <in> contemptum eius hostem Romani et conturbatorem absolves exercitus.

7 In te quoque iactat convicia qui splendori tuo quantum potest, enititur de propinquo tuo et confusionis nebulam obsufflare. abiurandus est, inquit, non est sanguis tuus. 10 ceterum, quae te coget violentia, Gai Mari, quae tibi persuadeat ambitio tuum sanguinem abiurare? quis invictae virtutis ducem cogere? quis pecuniae contemptorem ad deprimendam iustitiam poterit inclinare muneribus? non est enim qui Romanum supplantet iudicium, qui distorqueat 15 aequitatem, immo qui veritatem prostituat. et licet eiusdem tibi latenter notam opponat flagitii, quod in tribunum impudenter et post mortem impegit, tanquam apud te domi didicerit, quod et inter arma postmodum fuerit prosecutus, manet tamen immobilis animi tui fortis illa constantia quae 20 nec terrori succumbere nec adulationi noverit consentire.

Ceterum quid de paternis sibi virtutibus audeat miles impurissimus arrogare? tanquam ad ipsum tituli genialis descenderint, et de patris luce magis effulserit filii claritudo. non derivatur a proavis illuminatio filiorum, nec parentum 25 obscuritas in nepotes semper transfunditur. unicuique propriae mentis nobilitas, et gestorum illustrium ad claritatem

1 solus *N* 3 impaenitentes: in penitenti *N* 4 irrogationi *Bu.*: interrogatione *codices* 6 Romanum: *codices*: *correx*i 8 in te: iure *N* qui *om.* *N* 10 obsufflare *ex* ossufflare *M* est *scripsi*: esse *codices* 11 persuaderat *o*

12 sanguine *M* invic<sup>III</sup>te *M*; invite *o*; iniuste *N* 15 enim est *NO* qui: quo *N* 16 qui *om.* *N* 18 impegit: im... (lacuna) *N* domi: dem *N* 19 fuit *o* 22 quod *o* 23 tanquam *m Obr.*: iamque *MNO* 24 magis *in lac. om.* *N* 25 derivatur *Om*: deviat *M?* *N*; an recte? 26 unicuique *M*, *corr. m* 27 illustris *N*

*fortitudo sufficiat, ceterorum claudat in tenebris unumquem-  
 que sua desidia. non enim suorum satis confidit meritis  
 titulorum, qui de paterna sibi quaerit claritate suffragium.  
 quid tibi, imperator praemaxime, quid nocentissimo parrici- 8  
 5 dae manuum prodest exoratio paternarum, cum in degene-  
 rem successorem praedecessoris eximii praerogativa non  
 transeat. sed et praeduram moribus matrem et solis per-  
 ustam ardoribus quid auctoritate tanta commemorat, cum  
 aliena sit aliorum virtus ab aliis? sicut enim nemo pa-  
 10 ternis reatibus obligatur, si purus ipse perseveret et inno-  
 cens, ita nemo, si degeneret a virtute, patrum potest irra-  
 diari fulgoribus. miles ex imis et impudens, nihilo minus  
 diis quam castris iniurius, totius orbis leges confudit et  
 ordinem, dum et terrae damnum et contumeliam infert  
 15 caelo. nam et tribunum castris, et tribuno quam dii de-  
 derunt requiem invidere non desinit. et tantum saeviat  
 quantum volet, invehatur in mortuos, cineres persequatur,  
 et dum sepulchra violat, dum aeternum rumpit silentium,  
 non cohibeat cadaveribus os et dentes, constet sibi totius  
 20 orbis invidiam, inimicitias excitet sempiternas; ut scelestum  
 caput nec excusationem a civibus nec a te veniam, Gai  
 Mari, nec a numinibus protectionem inveniat. erat in civem  
 agendum humanius, erat in propinquum imperatoris ali-  
 quanto mitius saeviendum, erat tribuno grandiori reverentia  
 25 deferendum.*

*Romam quoque, mundi caput et dominam, desperisse 9  
 convincitur qui Romanis legibus venerationem debitam non*

1 furtudo *M*, corr. *m* ceterorum: ortuorum *N* unius-  
 quemque *MNO* (corr. in ras. *m*, -queque *O*) 2 meritis: m̄tis *M*  
 3 de om. *M*, supr. *m* paterna: a in ras. add. *m* (ex e)  
 4 permaxime Gibson 5 manuum *M* (er. et manium *m*); ma-  
 num *NO* prodest: in ras. (ex potest?) *M* in om. *N*  
 7 moribus *M* (r supr. *m*) 8 tanta: cuncta *N* 12 ex imis  
*Obr.*: eximiis codices; exiguus *Bu.* 13 quam: quod *O*  
 15 dederint *M* 16 saeviat: desaeviat *O* 20 orbis urbis in-  
 vidiam *O* 21 a civibus nec: a donec *N* 23 humanus  
 (corr. man. 2) *O*; humani *N* propinquus *O* (corr. man. 2)  
 aliquantum *N* 25 deserendum *N*

impendit. ecce post sententiam agitur in tribunum, ordinem-  
 que iudicarium militis inhumani praeposteravit impietas.  
 haec ad mendacium militis arguendum sola profecto debet  
 causa sufficere. non enim eum in causa poterat superare  
 quem ante iudicium, ne in actione deficeret, subito iugulavit. 5  
 agit in eum, postquam occidit quem ut latro potius quam  
 ut miles tanquam ex occultis insidiis improvise stricti pu-  
 gionis ictu perfodit. proditor fraudulentus tribunum clan-  
 destinis odiis et simultatibus, ut interimeret, circumvenit  
 quem profecto non occidisset, nisi prius ad eum per obse- 10  
 qui speciem accessisset. et ad cumulum publicae confu-  
 sionis et dedecus, ad iniuriam civium et senatus quem non  
 accusavit, dum viveret, coram omnibus iam post mortem  
 impudenti mendacio turpiter criminatur et arguit. at non  
 erat ad audientiam admittendus, quia tribuno praeripuit, 15  
 si non hoc quoque legum praecavisset auctoritas, ut legitimis  
 universa terminarentur sententiis. viderit igitur ante mor-  
 tem, quam vel effugere vel differre sibi laborat infelicissi-  
 mus parricida, viderit ipse poenam quam ei lex irrogari  
 mandaverit, audiat ex tabella damnationis suae recitari 20  
 sententiam, ut mortem quam crudeliter intulisse se meminit,  
 in se miserabiliter referendam aequa lance penset et doleat.

10 Ut autem amplius insolentia militis et insultatio con-  
 fundatur: 'si tales', inquit, 'omnes habemus milites, Mari,  
 vicimus'. an non magis, 'si tales omnes habemus milites, 25  
 imperator, et victoriam et vitam perdidimus?' constat enim,  
 quod omnes et scimus pariter et dolemus: tribunum miles  
 occidit. quod si fecerit unusquisque similiter, si rimati  
 ferro fuerimus viscera sociorum, non supererit qui victrices

2 que om. **O** iudicarium **M**, i supr. **m** 3 hec: e in ras.  
 (ex o ?) **M** sola: solet **M** 5 nec **O** subito om. **N**  
 vigilavit **N** 7 tamquam: postquam **N** 8 fraudulentus **M**  
 10 nisi prius in lacuna om. **N** per obsequii speciem **MO**: pro  
 o. specie **N** 12 iniuriam: iuriam **M** 14 turpiter **O** 16 si  
 non **M**: sive **N**; sive vel sine **O** 17 ante: aut **N** 18 quam:  
 qui **M** 20 tubella **N** recitare **N** 23 autem: aut **O**  
 25 magis in lacuna om. **N** milites om. **N** 27 et scimus  
 in lacuna om. **N** 29 vitrices **O**

aquilas, immo iam victas referat ad senatum. 'si tales',  
 inquit, 'omnes habemus milites, Mari, vicimus'. haec pro-  
 fecto victoria nostrarum ita dispendium fecerit animarum,  
 ut Romanae reipublicae simul intulerit irreparabile detri-  
 5 mentum. vos videritis, iudices, viderit et expeditorum clara  
 per orbem terrarem prudentia, quibus initiis Marianus miles  
 tirocinii sui primas dedicavit excubias, et quas tribuni san-  
 guine se probasse commemorat, sui cruoris alluvione, si  
 censueritis, tandem emaculet.

10

## IV.

## MATHEMATICVS.

VIR FORTIS OPTET PRAEMIUM QVOD VOLET. QVI CAVSAS  
 <VOLVNTARIAE> MORTIS IN SENATV NON REDDIDERIT, IN-  
 SEPVLTVS ABICIATVR. Quidam de partu uxoris mathe-  
 15 maticum consuluit. is respondit, virum fortem futurum  
 qui nasceretur, deinde parricidam. cum adolevisset qui  
 erat natus, bello patriae fortiter fecit. reddit causas  
 voluntariae mortis. pater contradicit.

Positus, P. C., in ea condicione tristissimae sortis, ut 1  
 20 nec morte dignus sim, nisi me parricidam putetis, nec

1 aquiles *N* 3 post animarum repetit nostrarum *O* 5 ex-  
 peritorum *N* 9 emacularet *N*

EXPLICIT MILES MARIANVS · II · INCIPIT THEMA IN  
 MATHEMATICŪ (minio picta) *M*

12 vir — abiciatur l. 14 uncialibus litteris scripsit *B*  
 praemium: primum *P* 13 voluntariae add. γ senatum *V* re-  
 diderit *V* 14 uxoris: u in ras. *B* 16 quis *B*, s del. *b*

17 bella *M* retdit *B*, corr. *b* 18 partem pater *V* EXPLĪC

THEMA · ĪCĪP̄ MATHEMATICŪ · CAVSA · V̄<sup>ta</sup> in marg. minio picta  
*M* MATHEMATICVS minio pictum *V* vir fortis agit (in *P*  
 minio scripta) β 19 patres ascripti *J* 20 mortem *V*

praemio, nisi innocentem, adeoque ludibriis miserae sim  
 diversitatis necessitatis implicitus, ut impetrandum a vobis  
 habeam odii mei favorem, quaeso praeter omnia quae  
 ante hoc tempus circa nos ordo praedictae veritatis ex-  
 plicuit, attulisse me credatis urgentium malorum proba- 5  
 tionem. de parricidio venit quod occidere me possum, de  
 fato quod mihi non licet mori. non solus mathematicus  
 saeculo temporibusque praedixit has manus, et ego me  
 parridium credo facturum; plus quam responsum, quam  
 sacrae artis triste praesagium est, quod mihi sic minatur 10  
 animus meus. non habeo infelix in cogitationibus, unde  
 non timeam, et facinus quod sibi pro me pietas patris,  
 quod singulorum innocentia rogat, sentio, patior, agnosco.  
 ne quis me tamen laborare putet miserae persuasionis  
 errore, accipite, cur non possim dubitare de fato. parri- 15  
 cidium credit qui facturus est, non timet qui periturus est.  
 2 ante omnia igitur a gravitate publica peto, ne pro tota  
 innocentia mea contenti sitis hoc quod volo mori. nec  
 quia videor contendere cum mathematico, vincere necessi-  
 tates, expugnare fatum, ideo mihi bene credi putetis et 20  
 vitam. aliud est, facinus non esse facturum, aliud mori  
 velle, ne facias. quin immo, si qua est fides, hoc quod  
 vos constantiam putatis, infirmitas est: quod ad suprema  
 confugio, animum meum novi. novissima vitae mentis  
 integritas est in mea potestate, brevi non habebo nec 25

---

1 p̄mio in nocentem **B** (si *supr.* **b**) 2 diversitatis ne-  
 cessitatis **Bσ**; necessitatis *om.* **V**; div. et nec. **Mβ**; div. vel nec.  
**γσ**; miserrimae diversitatis *Dess. p. 95* impetrandum *ex -am* **M**  
 3 hodie **V** 5 surgentium **M** 7 solum **βMJ**, *corr.* **i** 8 me  
*om.* **M**, *supr.* **M** 9 ante credo *repetiit* me **P** faturum **M**,  
*corr.* **m** qua sacrae **P** 10 artis: ar<sup>tis</sup> **BM** (*i in ras. m*)  
 praesagium triste **γσ** 13 opacior **B**, *o del. b*; pa<sup>ti</sup>or **M**  
 14 ne quis me: nequis|sime **V** 15 facto **M**, vel fato *supr.*  
**m** patricidium **B** 17 ante: an **B**, te *in marg. add. b*  
 19 vidior contedere **B**, *corr. b* 20 factum **M** 23 supraeam  
**BM**, ~ *supra a er. m* 24 novi *om. M, supr. m* uite **βσm**;  
 victas **σ** (*in M er.*) 25 potostate **B** habeo **BM** nec *om. σ*



mortem. fidem vestram, P. C., ne quid amplius de misera pietate speretis. qui mori volo, ne parricidium admittam, non invenio, quemadmodum illud possim non facere victurus. nam quod ad patrem pertinet qui me retinet  
 5 vivere nolentem, non miror quod adhuc recenti gloriae nostrae gaudio stupet et in opera mea totus oculis animoque conversus parricidam non videt per virum fortem. hic est animus quo me quamvis denuntiatum praedictumque servavit, et cum incertis adhuc dubiisque virtutibus  
 10 praestiterit, ut viverem, praestat meritis actisque, ne moriar. nunc ille quod pietate, quod videor istius perire reverentia, vocat parricidium suum et in orbitate quam facere sibi videtur, non remedium meum, sed suum spectat adfectum. filius qui vult mori, ne parricida sit, aliter  
 15 sibi videtur remunerare non posse quam ut ipse moriatur.

Merito prorsus, merito miserum senem tristes sollicitudines et praescii metus ad mathematicum et responsa miserunt. debui vir fortis nuntiari, parricida praedici. sive enim miserae coniugis prodigiosa fecunditas tumultuosus pulsibus maritales inquietavit amplexus, seu per  
 20 anxias noctes dirosque somnos feralibus senex imaginibus agitatus dicitur ad notissimum sacrae artis antestitem, non spes, non avida vota, sed suspiria, metus et praesagum magni nescio cuius incerti detulisse pallorem, quid aliud  
 25 hoc esse vultis, P. C., quam primam fatalis instinctus ne-

2 ne: ut **B** admitam **M**, corr. *m* 3 non possim non facere **M**  
 4 qui *om.* **M** me retinet: nec meriti nec **B**; nec mori nec **M**  
 (*in marg. corr. m*) 5 miror: minor **V** aduc **B**, corr. *b* 6 gaudi<sup>o</sup> **B** animosque **M** 8 nuntiatum **M** (*per videtur erasisse, de supr. m*) 9 servit **B**, corr. *b* 10 ne *ex* me **B** moriar<sup>≡</sup>

nunc **B** 12 vocat *om.* **B**, *in marg. add. b* parridium **V**  
 14 vul **B** 15 remunerari *bβγσ* quam: quo **P** 16 miserum vel miserum senem **B**; miserum<sup>≡</sup> senem **M**; senem miserum *β*  
 18 miserunt: miserum **B** 20 inquietant *σ* seu: sive *γσ*

21 ancias **B**, corr. *b* feralibus **B** (*i b?*) 22 antestitem **BV**;  
 antistitem *reliqui* 23 praesag<sup>i</sup>m **M** 25 pri<sup>ma</sup> **B** instintus **B**

cessitatem? de partu uxoris non potuit non interrogare, deinde non credidit. referam nunc, P. C., cuius artis, cuius fuisse dicatur auctoritatis quem putavit adeundum qui sic timebat. homo qui, quod certum habeo, plurimis meruerat experimentis, ut ad illum velut ad oracula deorum plenumque sacro spiritu pectus hominum sollicitudines metusque confugerent, dicitur inspecta totius ratione caeli, digestis sideribus in numeros ad publici privatique fati stupuisse conspectum, et tanta prosperorum tristiumque congerie magis ipso consultore perterritus diu non commisisse verbis quod videbat.

4 Sed o virum gravitatis antiquae dignumque cui se factorum arcana nudarent! cum partus, de quo quaerebatur, multa praestaret propiora prospera, laetos incipientes annos, non fuit contentus meliora praedicere, et, quae certissima est vera proferentium fides, quicquid deprehenderat, protulit in medium et proclamavit futurum virum fortem, deinde parricidam. quis unquam, P. C., fiducia maiore respondit? cum summum facinus denuntiaret, ante se dixit probaturum. fecerat profecto, P. C., interrogando 20 mathematicum pater rem non educaturi, si quid tristius comperisset, nisi hoc primum de fato fuisset, ut viverem. sed nec mathematici fides circa momentum aliquodque cessavit ordinem, non numerus fefellit, non sexus in partu, non iuventa, non robur. illa quoque quae velut extrinsecus consentiebant, adfuere responso, bellum, hostis, acies

1 parta **B**, corr. **o** non in ras. **B** ex nunc (corr. **o**?)

2 cuus **B**, i add. **o** 5 oraculo<sup>a</sup> **B**, corr. **o** 6 pectus: corr. et 1 litt. er. **o** 8 digestis: alterum i in ras. **B** munerus **P**

a<sup>d</sup> **B** 9 stipuisse **M**, corr. **m** 10 ipso: i in ras. **B** consultore: e om. **B**, add. **o** 13 archana  $\beta$  14 praestare **B** propiora **BM** prosperat **B**, corr. in prospexerat **o** 18 fiducia **B** 20 profecto ex correctura **M** p. e **P** interrogandum **B** 22 fuit  $\beta$  23 monumentum **B**, corr. **o** aliquodque **BV** (o ex i corr. **o**): aliquo **M**; aliquemve  $\beta\gamma$ ; aliquemque  $\sigma$  25 extrinsecus ex -xecus **B** 26 consentiebant: non sentiebantur **M** bellum ex bello **B** hosti **B**, s add. **o**

ad illam ipsam qua fortiter facere poteramus, aetatem.  
 pater vero periculi sui denuntiatione non territus arma  
 mihi — pro tristis necessitas! — arma ipse circumdedit  
 et suis ad pugnam manibus aptavit, tamquam mathema-  
 5 tico iam credidisset. quis miretur quod responsum non  
 contempserit, dum sperabat, ut fortiter facerem? mori  
 me non vult, et iam non superest, nisi parricidium. o  
 mors laudanda fortibus, expetenda miseris, non recusanda  
 felicibus, quantum te quaesivimus in bello. tuli enim, deos  
 10 testor, in aciem, tuli non virium iactationem, non gloriae  
 cupiditatem, sed ut patriae praestaret aliquid vilitas mei,  
 ut hunc mihi deploratum spiritum, hoc destinatum damna-  
 tumque corpus publicarum utilitatum usus absumeret.  
 ibi primum miser didici quam multa nescientes, quam 5  
 15 multa faceremus inviti. in medios hostium globos per-  
 ditus pugnator exilui, cessit acies. densissima quaeque  
 certamina solus invasi, resistere nemo sustinuit. obviis  
 ictibus membra nudavi et ad incurrens ubique ferrum vi-  
 talia parata circumtuli, vacua circa me tela ceciderunt.  
 20 miserum me deceptae cogitationis eventu! fortiter feci,  
 dum mereor occidi. recedite gratulationes, abite laudantes,  
 non circumeo templa, non reddo vota numinibus: ad par-  
 ricidium veni. quem ego paulo ante passus sum miserae  
 conscientiae pudorem! ad patrem arma non rettuli. timui  
 25 quin immo, ne mihi, dum revertor, occurreret, ne in os-  
 cula mea plenasque adhuc victricibus telis manus incauto  
 rueret amplexu. quam tunc inter ceteras exclamationes de-

1 illam **B**, corr. **b** post illam rasura 4 litt. **M** qua: quam **σ**  
 2 periculi sui: periculis in **V** 3 mihi — arma *om.* **β** ne-  
 cessitatis **B** 7 uul **B**, t *supr.* **b** 8 mise|seris **B** recus-  
 sanda (s *prius del.* **b**) **B** 11 utilitas **Vσ** 12 mihi *om.* **P**  
 damnatum — utilitatum *om.* **P**, *add. in marg.* **p** 13 pullica-  
 rum **B** utilitatum **B** (i *del.* **b**) **M**; -tum *reliqui* assumeret  
**M**, vel absumeret *supr.* **m** 14 quam: quod **P** quam: quod **P**  
 15 in: inī **B** 16 et densissima **α** 18 membra: men- *in*  
*ras.* **B** 20 eventum **BV** 22 vota *om.* **M**, *supr.* **m** ad: a **B**.  
 corr. **b** 23 missere **B**, corr. **b** 24 consientiae **B**, corr. **b**  
 non: in aliis non habetur hoc non *in marg.* **m** 25 mi **B**,  
 michi **b** 27 amplexu  $\equiv$  (s *er.*) **M**

ducentis exercitus vocem, quod circumstantis populi murmur excepit? magnum felicemque iuvenem, si subito moreretur.

Adiuvate, dii pariter atque homines, dum perire concupisco, dum volo, miseremini, ne hunc ardorem fugientis animae dilatione laxetis. proclamo, testor, in novissimo fati stamus abrupto, prope est, ut occidat patrem parricida praedictus, cum est mori paratus. quid me, pater, adhuc detines? quid moraris abeuntem? melius quidem fuerat hunc spiritum aut in ipsa maternorum viscerum sede comprimere, aut, ut primum contactu suo caelum terrasque polluerat, festinata morte dimittere. sane tamen caritas patriae privatos vicerit metus, et in honorem virtutum scelera nutrita sint: quicquid est, propter quod educari me tanti fuit, explicitum peractumque est. restat una pars fati, ultimum solumque facinus. frustra me solaris aequanimitate patientiae tuae. non idem utriusque nostrum discrimen agitur. tu mori periclitaris, ego patrem invitus occidere.

6 Hoc primum itaque excuso vobis, P. C., quod praemium peto. satis sit haecenus viri fortis nomen agnoscere, hucusque auctoritatem sacrae legis attingere, ut illam in advocationem sacrae mortis adducam. relaturum me putatis illa optionum verba sollemnia, non capere magnorum pretia meritorum solas aequitates; tanta remunerandum benignitate quod fortiter fecit aliquis quanta sollicitaretis, ut faceret? nemini umquam minus solvendo civitas fuit. praestiti, post quod mori continuo deberem. sed securi estote de aviditate summae potestatis; illud infinitum, illud

1 circumstantes **BV** 2 iuvenem **B**, corr. **b** 3 aiuvate **B**, corr. **b** cūcupisco **B**, corr. **b** 4 miremini **B** 6 arupto **B**, corr. **b** 8 abuendem (**b del. b**) **B** 11 polluerat **M**: polluerit **B** (1 prius *supr. b*) **V**30 tamen cum caritas **BM** 12 patriae om. **V** innorem (ho *supr. b*) **B** 13 nutritas **B** 14 que *supr. M* 16 patientiae tuae **BM**: patientia **V**; patientiaque tua **βγδ** 17 tu: ut **V** tumorigue **P** 19 pmum **B**, i *supr. b* 20 actenus **V** viri f. **BV** et saepius f *pro* fortis; vir fortis **σ** 21 hucusque — attingere om. **P**, add. **p** in marg. 23 verba — meritorum om. **B**, in margine inferiore add. **b** 26 solvendo umquam minus **β**

immodicum quod nobis voluerunt licere leges, intra se  
 consumit ille qui meruit. titulos, imagines, honores, ser-  
 vate victuris; mihi praestate salutem patris, innocentiam  
 meam, temporum pudorem. quaeso ne mihi ideo prae-  
 5 mium negetis, quia fortassis et hoc debeatis odisse quod  
 fortiter feci. extra invidiam est optio, cum id exigam  
 quod inpetrare potuissem etiam, antequam fortiter facerem.  
 nam quod obiter optionis reddo rationem, quaeso ne quis  
 ideo me parum aut praemio fidere credat aut causis, quia  
 10 utriusque iuris miscui preces. ignoscite ardori perire cu-  
 pientis quod pariter inploro quae singula sufficere potuis-  
 sent. fidem quin immo vestram, si qua adhuc lex est  
 quae adiuvare possit mori volentem, commodate, conferte.  
 est utriusque iuris et auctoritas, est quod in mea morte  
 15 tribuatis. praestate causis ut moriar, praemio ut sepeliar.

Sentio, P. C., hoc primum ab adfectibus publicis peten-  
 dum, ne quis ideo mori me velle non credat, quia potius ad  
 causas ac verba confugi, quia a vobis malui petere, quic-  
 quid ab his potui manibus accipere. merui, fateor, ma- 7  
 20 lignas interpretationes, vir fortis, ut morerer, a bello re-  
 versus arma posui, populi favorem, gaudia civitatis intravi.  
 sed sive hoc est sepulturae suae magna reverentia, pessi-  
 meque additae pectoribus humanis infirmitates, ut esset  
 quod timeret qui non timet mortem: seu decuit innocen-  
 25 tia amore pereuntem tranquillitas magna pereundi, igno-  
 scite, quaeso, cunctationi, patientiae, morae. si me con-  
 tinuo occidissem, tamquam parricida moriebar.

---

2 consumit: consummet *Sch.* ille qui: il *B*, le qui  
*add. b* himagines *V* 3 salute *B* 5 quia: qua *B*, i  
*supr. b* 8 obtionis *B* 11 suffice *V* 12 qua: quam *B*  
 adhuc lex est *om. σ* 14 est quod in utriusque *ασ (M exp. in)*;  
 est quod utriusque *β*; est utriusque *γ*; est quodammodo utrius-  
 que *H. p. 56* iuris *B* 15 u<sup>t</sup> (*t supr. b*) *B* 21 intravi  
*ex -it B* 23 peccatoribus *B*, ca *del. b* 24 seu *Dess.*  
*p. 93*: sed *ω*; sive *ε* 25 preeuntē *B*, *corr. b* 26 conta-  
 tioni *B*, *corr. b*

Neque est, P. C., quod excludi praemium putetis contradictione patris. eximus per magnorum operum reverentiam de necessitate parendi, et aut interim nobis magna venit contra nominis huius potentiam de virtutum favore libertas, aut obsequia peracta demum optione repetemus. 5 non est quod vos resistentis moveat auctoritas. neminem invenias mori volentem qui non habeat aliquem vetantem. ille cui praesto non sunt pignera caritatis, lacrimis tamen audientium et consolationibus et promptissima semper exhortatione retinetur. parentibus vero circa liberos unus 10 adfectus est, favere vitae, timere mortem. non habent patientiam nec iustae orbitatis, et inter supplicia merita poenasque omnes tamen illis innocentes, omnes miseri sumus. ego, P. C., communem hanc impatientiam senis accendo pietate, reverentia. fieri non potest, ut se mori 15 debere persuadeat patri filius, propter quem se videtur occidere. hactenus leges, hactenus merita virtutum. veniamus ad necessitates.

8 Mori volo, ita, ut modo reddidi causas. ita non ex hac destinatione sentitis quicquid dici potest, quicquid dici 20 non potest? viderit, quid nos hucusque protulerit. hinc incipit ratio. quod volo, fingite unum ex populo turbaque petere iussu praemiorum. non debet hoc vetari quotiens habet causas, non potest quotiens non habet.

Scilicet enim verendum est, ne ad hoc inconsulte, ne 25 temere levitas humana prosiliat, et credibile est, ut quic-

---

1 contradictione **B** 5 <sup>o</sup>sequia **B** dem<sup>v</sup>obtionem **B**  
 6 resistentis **B**; resistentes **P** 9 exortatione **B** 11 effectus β  
 12 orbitates **V** subplicia **B** merita *Klotz*: nemo αβ; licet γ; om. σ; merito *Dess. p. 95* 13 poenasque: pen-  
 sasque **B** 17 hoccidere (h del. **o**) **B** merit<sup>ta</sup> (a er.) **B**  
 19 modo *H. p. 56*: non **BV**; nunc **M**; om. βγσ; nunc non *Sch.*  
 reddi<sup>di</sup> **MP** (*supr. mp*) ita om. **M**, vel ita non ex hac *supr. m*  
 20 quid dici potest *sub textu add. o*, om. **B** 21 viderit ω:  
 videritis ε quid: qui *Dess. p. 83* 23 ius **Mβγσ** iussu  
 praemiorum *del. Dess. p. 84* hoc: hic **B**, o *supr. o* 25 consulte **B**

quid apud hominem pro vita dici potest, ipsa sibi vita non dixerit. abite gratulationes, silete blanditiae, quotiens iam putatis noluisse me mori? primum hoc maximum quod pro incolumitate hominis natura commenta est, ut  
 5 periremus inviti, et contra tot adversos casus, patientiae nobis aequanimitate succurreret. inde est quod inter luctus et desperationes foeda vivacitate duramus. an vos me moveri non creditis quod juvenis sim? quod modo vitae voluptates, modo gaudia lucis ingressus sum? quantopere  
 10 mihi blanditur quod publicis ex acie reportatus umeris laetitiam civitatis implevi? quotiens mehercule haec vulnera et rorantia hostili cruore arma conspexi, animum supra necessitates erigo, supra fatum pono. sed omnia mihi iam discussa, consumpta sunt, et honesta pereundi  
 15 ratione victa cesserunt. quid mihi amplius cum corpore quod oderunt oculi sui? cum quo cotidie properans anima rixatur? non sunt mea membra quae possim velut hostis alicuius lacerare, confodere. homini qui semel renuntiavit rebus humanis, non redditur vita, sed tempus, et ipsa cupiditas ratioque pereundi hoc ipso quo vetamur, adcrescit.  
 20 felicior mehercules qui moritur, antequam debeat, antequam velit. paene sero renuntiat vitae quisque sic ad exitum pervenit, ut hoc illum facere nemo miretur. ei tantum debet mors negari, de quo non sufficit hoc poenae genus,  
 25 ut ipse se potius occidat.

Nam quod lex iussit, ut moriturus redderet causas, 9 quod insepultum voluit abici, si sic properasset erumpere, ut non nuntiaret hoc prius, non fateretur, fallitur quisquis ideo factum putat, ut teneremur in vita. illa vero non  
 30 timet pereundi temeritatem, nec secretum doloris alieni libenter inquit. sciebat illos non aliter ausuros proferre

4 in incolumitate (1 litt. er.) **B**    8 movere **BVβσ**    sum **V**  
 9 quanto opere **V**    12 conspexi (t er.) **M**    13 fatum **ε**: fretum **ω**    14 honeste **BM** (vel honesta **m**)    16 cū ( ~ **δ**) **B**  
 21 qui non moritur **B**    22 quisque **αβ**; quisquis **γσ**    sic **om. σ**    27 abici voluit **β**    28 fallitur: i in ras. **B**    29 in vita: inviti **ε**    31 sciebat: ei in ras. **δ**

causas quos sceleris conscientia, quos maioris cruciatus  
metus in suprema compelleret. igitur ne supplicia pro-  
perato lucrarentur obitu, rursus in poenam nocentis in-  
sepulti corporis revocavit iniuria. lex placida, mitis causas  
mortis reddi voluit, non aestimari. possum igitur, P. C., 5  
publica quadam voce generis humani respondere quaeren-  
tibus causas mortis interrogatus. at ego difficiliter redde-  
rem vitae. quid iuvat, o misera mortalitas, animam per  
tot annos, etiam si natura patiat, per infinita temporum  
spatia tristissimo corporis retinere complexu? si cuncta 10  
gaudia nostra, si voluptates et quaecunque ex hac uni-  
versitate mundi vel sollicitant aspectu vel blandiuntur  
usu, diligenter excutias, tota vita hominis unus est dies.  
humiles prorsus abiectaeque mentes quas non implent haec  
eadem semperque redeuntia: ut qui honestis operatus arti- 15  
bus sciat quis finis bonorum, quae vera felicitas, nunquam  
sibi videbitur praematura morte periturus et lucis causas  
ad animum mentemque referentium neminem cotidie vita  
10 non satiat. relaturum nunc me putatis quanto plura sint  
in hac aevi brevitare fugienda, comparaturum gaudiis, 20  
prosperis metus, calamitates. illa, illa aestimemus, propter  
quae fatigamus votis deos, propter quae brevem querimur  
aetatem. nempe sunt vanitas, cupido, luxuria, libido. non  
pudet propter haec ferre debilitates, luctus, spatia mor-  
borum, et, cum liceat evadere, malle pati? finge tibi 25  
velut ipsam proclamare naturam: receptus es in hoc pul-  
cherrimum mundi rerumque consortium et per succeden-

1 quos — conscientia *om. M* sceleris: s *prius in ras. B*

quos — cruciatus *in ras. M* 3 obitur *aJ* (obitur *B*, *supr. b*);  
obiter *M* nocentis: -tes *Vσγ* insepulti: i *alterum in ras. B*  
4 iniuriam *P*, *m del. man.* 3 mitis (t *er.*) *M* 6 quadam *B*;  
quadam *V*; qda *M*, *corr. m* 7 interrogatis *BV* ad *V*  
9 infini<sup>ta</sup> *B* 13 usu: visu *β* (*p in marg. vel usu*) diligenter *B*,  
*corr. b* 14 abiect<sup>q</sup>; *B* 15 qui *ε*: quis *BVβσ*; quisquis *M*  
operatus<sup>///</sup> *B*; operatur *M* 16 bonorum: honorum *ε* vera<sup>///</sup> *B*  
17 primatura *P* 19 me nunc *V* 21 illa *semel posuit M*  
26 es: est *V* 27 succendentium *BV*; succendentium (*i in ras. m*) *M*



tium vices in ordinem mortalitatis natus bona nostra vidisti; admitte posteros, cede venientibus. nescis te, quanto diutius vixeris, tanto magis impatientiam parere? quantumlibet prorogentur tempora, iungantur aetates, quandoque tamen non potest non exitu perire miseri qui moritur invitus. miraris quod suprema mea ipse praecipitem. numquid enim non hoc agunt singuli dies? omnis nos hora per tacitos fallentesque cursus applicat fato, et in hac turpissima perpetuitatis cogitatione districti per exigua festinantis aevi momenta praemorimur. faciamus potius de fine remedium, de necessitate solacium, exeamus sponte, consilio, pleni securitatis, gratias agentes. solus vixit quoad voluit, qui mori mavult.

Indulgete, quaeso, saevae tristesque causae, indulgete 11  
 15 virtutes, ut mori tamquam magno animo velim. ita non sufficit ad maturandos exitus quod fortiter feci? infirmas prorsus terrenaesque mentis est, ut numeretis annos; ego, quae felicissima vel lassitudo vel satietas est, virtute consenui. quid adhuc inter accidentia fragilesque casus ago? 20 homo receptus in publicas gratulationes praesentiae humilitate decresco. minores fiant necesse est diuturnitate quorum initia confirmavere successus, cum iam nec operibus nec felicitati possit accedere. cum fortuna ruere dementia est et aetatem trahere pereuntem. nullos ego senes de- 25 gere turpius puto quam qui fortissimi fuerunt. vultis

10 SCHOL. in LVCAN. 4, 478 (p. 138 Usener) . . . unde Quintilianus: faciamus de fine (fune *codd.*) remedium, de necessitate virtutem. solus vixit, quoad voluit, qui mori maluit.

3 vixeris: viceris β 5 miserē V 6 invictus M 7 agunt: agem M, del. et ūt *supr.* m omnes BM (vel omnis *supr.* m) β  
 8 tacitas β 9 districti BMβσ 11 de fine remedium: definire medium (definire *ex* defenire B) BJ 12 vixit quoad voluit: vixitque advoluit P 14 tristeque V 16 infirmas: inmae M, fir *supr.* m 17 prossus M 19 quid: d *in ras.* B  
 n  
 it B, *supr.* b 23 nec om. P, *supr.* p accidere BVβ  
 ruere: reverē (re vera b) B; vere V an dementiae est?  
 h  
 24 traere V nullus B .

expectem, ut putres artus foedet pudenda canities? ut sanguine membra vacuata vix nitantur ad gressus? ut haec laudatae manus nec ad cotidianae vitae ministeria sufficiant? quam miserum, quam deforme est meminisse quod fueris, referre cicatricum tuarum redundationes et frigidam praeteritorum memoriam! cum iam fidem membra non habeant, supra sua facta rideri! festinato exire de saeculo debeo, dum alacre corpus, dum spiritus viget, dum teneor, dum desideror. et hoc volo deberi manibus meis, animo meo. favete dii pariter atque homines: mortem 10 vir fortis inveni. est haec communis mihi cum multis fortasse causa, sed veniamus ad meam.

12 Si mihi mathematicus denuntiasset damna membrorum, gravem corporis perpetuumque languorem, ignosceres tanta mala vel incerta fugienti. plus est quod expavesco, quod 15 timeo. minatus est mihi manus meas meus animus nullumque voluit esse momentum quo securus intrepidusque requiescerem. iussus sum vitam per anhelitus metusque consumere. quis inter haec spei, quis consolationis est locus? mori debeo tamquam nocens, si mathematicus 20 verum dixit, tamquam miser, si mentitus est. quid, quod me futurum dixit parricidam? en, quem mittamus in experimentum? cui credamus? placet post futurorum incertam tractare rationem. qui ad diversas persuasiones et ad loquacissima humanorum pectorum ingenia variaris? parricidium dictus sum facturus: si possum post hoc vivere, non sum innocens, etiamsi non fecero. interrogare mehercules hoc libet vos, omnes liberi, omnes parentes: quem mihi post hanc denuntiationem adsignetis animum? 25

2 ≡ vacuata **B** ut: vel **B** haec **B** (c del. **b**): he ≡ **P**;  
 hae ceteri 3 cotidianae **B** 4 quod meminisse β 13 damna:  
 danna **M** 15 fugienti: i alterum in ras. **B** 16 meos animos  
 ε; sed confer p. 68, 11 18 anhelatus **B**; hanelitus β  
 19 qui<sup>s</sup> inter **B** consolationis **V** 22 en quem: ecquem **Mβσ**  
 24 diverssas **V** suasiones σ 26 post haec γσ 27 facero **B**  
 mehercule **Mβ** 28 hoc: hic σ loco post hoc add. Dess.  
 p. 87 29 denuntiatione ≡ (s er.) **B**

homo sum cuius corpus iratum fortasse saeculo numen  
 velut aptissimam facinori videtur elegisse materiam cui  
 imprimis continuo natalibus adsignata est virtus pariter et  
 facinus, omnium incredibilium diversorumque pariter capax,  
 5 omnibus difficultatibus novitatibusque sufficiens, sceleribus  
 miser et sine morte sua nocens, in quo debeatis ipsas  
 quoque odisse virtutes.

Nescio quae me prodigiosa feritas in patrem velut te- 13  
 lum aliquod casurumque pondus librat, inpingit. facinus  
 10 me manet quod contra fidem est, quod profuturum mihi  
 negatur, ut nolim, cuius non tempus, non locus, non causa  
 praedicatur. an mori debeam, vos aestimabitis: non debui  
 nasci.

Sentit pater quanta sit praedicti sceleris inmanitas, et  
 15 ideo temptat efficere, ut mathematicam artem non putetis,  
 ac modo contendit non esse fatum, et cuncta casu for-  
 tuitoque decurrere, modo etiam, ut providentia regantur,  
 non posse tamen humana scientia deprehendi. dum utrum-  
 que colligo, interim apud gravitatem vestram depono sen-  
 20 sisse aliquid etiam patrem, cum metuit. ego mathemati-  
 cum probavi dixisse verum, ille credit esse dicturum.

Casune tibi, pater, haec diversitas videtur in corpus  
 unum dissentientibus solidata primordiis, ut summo vertice  
 locatus igneus vigor cuncta gravia calidi spiritus ardore  
 25 suspenderet: profundus umor ad ima demersus, unde co-  
 tidie superpositi caloris alimenta traherentur, terrenum  
 pondus in medio quanto superne spiritu, tanta penitus  
 inanitate subnixum librata mole consideret, ut saeculorum

---

2 facinori <sup>III</sup> **B** vedetur **V** egisse **M**, le *supr.* **m** ma-  
 theriam **M** 4 pariter *om.*  $\beta$  5 *post* omnibus *add.* miser **B**,  
*del.* **b** 11 *ut:* et  $\gamma\epsilon$  nollem **BM**; nollim **V** 14 sentit:  
 senti **B**, t *supr.* **b** 15 mathemacam **V** 16 factum **BM**  
 fortuitoque: fortuito  $\sigma$  21 probavi: vi *in ras.* **B**; conpro-  
 bavi **M** 22 casune: carisime **H**, risim *del.* et su *supr.* **h**  
 24 gravia  $\omega$ : levia  $\gamma\epsilon$ ; non gravia *Sch.*; aeria *H.* p. 57  
 25 *profundeis* **P** ima: una  $\beta$  (*corr.* **S**) demersus esset  
 unde **M** 27 spiritus **M** tanto  $\beta$

infinita series per adsiduas temporum vices sua lege festinet? quid haec fulgentium siderum veneranda facies? quod quaedam velut infixae ac cohaerentia perpetua semelque capta sede conlucent, alia toto sparsa caelo vagos cursus certis emetiuntur erroribus? ista credis passim 5 fortuitoque disposita? rogo quid melius ratio fecisset? 14 deus haec, deus fabricator operis immensi, ex illa rudi primaque caligine protracta posuit in vultum, digessit in partes. postquam dederat universitati parem dignamque faciem, spiritum desuper quo pariter animarentur, inmisit. 10 inde est quod quicquid nascitur, consociata numinis proprietate signatur et in totam aevi sui brevitatem compositum firmatumque sic accipit futura quasi vitam. haec credo, pater, terrori primis fuisse mortalibus, mox admirationem consumpta novitate meruisse. paulatim deinde hoc 15

3 cf. FIRM. MAT. err. p. 101, 5 H. ... alia plurima sidera quae videmus, ex quibus quadam una serie et cohaerentia perpetua simulque (semelque *codex*) capta sede (copulata *exhibet Halmius*) collucent, alia toto sparsa caelo vagos cursus certis metiuntur erroribus. cf. *Weyman, compte rendu du IV. congrès scientifique international des catholiques tenu à Fribourg (Suisse) 1897 miscellanea critica 11.*

13 cf. FIRM. MAT. err. 17, 4 (102, 4 H): haec enim omnia cum essent male composita terrori primum fuere mortalibus, dehinc consumpta novitate quasi ex longa aegritudine convalescentibus hominibus natus est quidam ex admiratione contemptus. sic paulatim quod stupebat animus, ausus est diligenter inquirere et statim in arcana fictarum ac vanarum superstitionum sagax misit ingenium. tunc ex assiduis tractatibus

2 siderumque *BVσ*; stellarum siderumque? 3 velut: t in ras.? *B* coerentia *B* 4 tota *V* spasa *M*, r *supr. m* celo ex colo *V*; caelo  $\equiv$  (s *videtur er.*) *M* 7 immensi: universi *Seldensis 22* 8 protracta *Obr.*: protractum  $\omega$  in *om. P* vultum  $\beta$  10 quo <omnia> pariter *H. p. 57* ianimarentur *V* 11 consociata: o in ras. *B*; a *prius om. M, supr. m* proprietate: propri aetate *B* 12 aevi sui: me visui *B*; evi *om. M, supr. m*; sui *om. P, supr. p* 13 vita  $\equiv$  (m *er.*) *M*; in *margin.* in alio habetur vitam quod melius est. *m* 14 terroris *primi V* primum *Becker* fuisse meruisse mortalibus *P*, meruisse *del. man. 3*

quod stupemus, animus ausus diligenter adtendere, in ar-  
cana naturae sacrum misit ingenium, et ex adsidiis ob-  
servationibus notisque redeuntibus latentium ratione col-  
lecta pervenit ad causas. miraris fatum hominis posse  
5 praedici. defectiones siderum laboresque narrantur, nun-  
tiantur origo tempestatum, lassitudo ventorum, quod sidus  
immodicos solis ardores, quod severas minetur hiemes,  
quid significant sparsi longius crines, quid ardentius solito  
iubar, quid excussa flamma sideribus. non invenio quid  
10 esse possit certius verae artis ingenium quam dicere quid  
futurum sit, fieri deinde quod dixerit.

Quod si esse artem mathematicam probant natura,  
ratio, experimenta, pater quoque qui credidit consulendum,  
superest, ut ostendamus verum dixisse de futuris quem de  
15 praeteritis non possumus probare mentitum. accipite pri- 15  
mam certissimae scientiae probationem. homo qui de partu  
consulebatur, non confudit turbavitque responsum, nec per  
varias ambages indeprehensibilem sparsit errorem, nihil  
ita locutus est, ut illud audientium interpretatio traheret  
20 dirigeretque quo mallet. atquin in eo tota ratio fallendi  
est, non dare consulentibus quod deprecant, sed caligine  
magnaue promissorum vanitate suspensos sic dimittere,  
ut quicquid casus attulerit, putent esse praedictum. an

latentium ratione collecta pervenit ad causas, ut profanarum  
religionum miseranda commenta humanum genus primum dis-  
ceret, deinde contemneret, tertio recusaret.

1 archana β 2 sacrum β: sacro *BVσ*; sacra *M* ingenium  
β: ingenio *BVσ*; ingenia *M* <se> sacro misit ingenio *H. p. 57*  
4 miraris: i alterum in ras. *B* 5 nuntiatum *Mσ* 6 lassitudo *B*  
7 severas ε: serenas ω 8 soliti *B*, corr. in -o *b*  
9 excussa: exclusa *BM* 10 ne *M*; vere *m* ingenium *Sch.*:  
ingenio ω quam: quo *P* 11 si<sup>t</sup> *V* deinde fieri *M*  
12 ē ex ēē *B* natura ex naturae (e er.) *B* 14 ostendamus *V*  
15 mentium *M*, t *supr. m* 17 confu~~dit~~dit (n er.) *B* 19 illud  
ε: illum ω interpretatio: o in ras. *B* 20 dirigeretque *V*  
in om. *M* 21 caliginem *B* 22 vanitate ω: varietate ε  
23 attulerint *V* esse om. *M*

scilicet haec fuerit ratio fingendi quod dicebat usitata, communia quae futurus pater facile crederet, libenter audiret? fortiter, inquit, faciet filius tuus. rogo, ubi magis desinit qui mentitur. sed quibus ille, dii deaeque, signis, quibus impletus est notis qui de parricida dissimulare non potuit, cum quaereret pater? artem tantum mirari me pater putas? ego miror animum, stupeo constantiam. erit, inquit, vir fortis et parricida. rogo quae ratio fallendi est, ea dicere, propter quae nec prioribus debeat credi? in parricidio quod prospiciebat mathematicus, haec sola ratio fuit mendacii, ne praediceretur. fero tamen, ut quis in aliis consultationibus decipi possit aut errare; de futuro parricida non magis mathematicus potest quam pater interrogare.

16 Omnes, sicuti apud sacrae artis antestites satis constat, animae proprietates et futuras mentium corporumque formas ex illorum siderum qualitate quibus in ortu suo cuncta gignuntur, accipiunt. aliquis vagi numinis errore perstrictus est, vitam transigit ille discursibus. placida conceptum stella signavit, erit modesta lenitate conspicuus. ardens nascentis horam sidus accendit, viribus pariter moribusque flagrabit. languet iubar vergentis in proclive mundi, hebescentibus tardior membris similis senectae iuventa pigrescit. iam si cui principalium deorum fulgor inluxerit, in populi consurget imperium. credo meherecules in illum natalem monstri mei diem iratorum numinum conspirasse violentiam sedemque prodigiosi spiritus conlato pariter igne pressisse. Si verum est post vetusta saecula et innumerabiles annos reddi rursus aliis corporibus animas, fortassis in me renatus sit aliquis ex illis

3 faciet: faceret **B** 5 est *om.* **M**, *add.* **m** 9 nec *om.* **M**, *supr.* **m** 11 ferro **V** 13 *ante* quam errare *add.* **Sch.** quam: quo **P** 14 antestites **B** (*corr.* **b**) **V**: antistes **P**, *ti* *supr.* **p**; antitistes *reliqui* 18 transiget **ε** 19 signavit **M**

20 nascentis **M** 21 languet iubar **H.**: languido iam **BVβσγ**; languidi et iam **M** (iam *ex* *corr.* **M**) **γ**; igni languido iam **Dess.** vergentis: *i* *in* *ras.* **M** 23 pigrescet **Obr.** 27 vetustos **M**, vel vetusta *in* *margin.* **m** 29 sit *om.* **β**

quorum scelere violatus dies mundum subito mutavit, quos  
 <per> maria terrasque fugientes furiales faces et ultricum  
 dearum terror agitavit.

Necesse est et maiores notas ventura praemittant quae  
 5 non temere nascuntur. sic futuras tempestates pelagi fragor  
 et conscium nemorum murmur enuntiat, sic periturorum  
 fata populorum ardentis caelo faces et crinita siderum  
 flamma praecurrit.

Praedicebar bello, monstrabar armis, agebat ante se 17  
 10 ventura feritas publicas calamitates, et omnium malorum  
 consummatione parricida ponebar. at si nunc ista putet  
 aliquis fortuito, non arte sentiri, possit fortasse casu eve-  
 nire quod futurum sit, non potest casu fieri quod prae-  
 dictum est. et quando unquam, pater, explicuit mani-  
 15 festius ullius fati necessitatem totus ordo responsi? vir,  
 inquit, nascetur: evenit. educabitur, quamvis <parricidium>  
 praedictum sit: accidit. perveniet ad iuventae robur: ado-  
 levi. viribus erit conspicuus: eminui. aderunt bella: ve-  
 nerunt. ibit in aciem te volente: misisti. fortiter faciet:  
 20 feci. erit parricida: si vixero.

Si, pater, tamen secretae profundaeque artis ratio red-  
 denda est, nonne habere tibi grande consortium praedicti  
 videtur ipsa diversitas? virum fortem dixit et parricidam.  
 vicina sunt haec, etiam ut dissimilia; paria viribus, etiam  
 25 ut mente dissentiant. quid enim me aliud notabilem fecit  
 in bello quam quod non parco caedibus, cruore non satior,  
 exultans super stratorum corporum strages, palpitantibus  
 adhuc cadaveribus alacer insisto? virtutis sunt ista, cum

---

1 violatus est dies mundi β 2 per ε: om. ω timor  
 et u. d. terror *Klotz* 4 et: ut *M* praemittant *Lucas*: pro-  
 mittunt ω 7 faces: feces *P* sed fe in ras. 9 praedicabar  
*BV* 11 consumatione *V* 14 ecquando *Mσ* 15 ullius *Mσ*:  
 illius *BVβ* ordo om. *V* responsi *B*; responsit *V*; respondi β  
 16 parricidium om. ω; add. ε 17 iuventutis *M* rob<sup>v</sup>or *V*  
 18 eminui *H. p. 57*: et armis *ex* et nimis *B*; et nimis *VMβσ*;  
 et minis ε 20 ero, si vixero *Bu.* 21 tamen: tam *my*  
 26 in bello notabilem fecit β 27 palpitantibus *J*

hostis contigit. pax est quae nos deprehendit: et cum iusta grassandi materia consumpta est, in facinus necesse est otiosus ardor erumpat. ecce iam rei publicae praebita est quies, mihi tamen plurimum est cum gladio meo. totis diebus tracto ferrum, ad arma respicio, tela mea laudo, admiror, adloquor. crede, pater, et parricidium tam facile est quam fortiter facere, cum utrumque de fato est.

18 Sed quousque ratione colligam quod exitu iam probatum est, quod nullis mathematicus dixit ambagibus, nullis dissimulari artibus potest? partem responsi futuram in alio opere iam vidisti, et quod praecipue torquet animum, fides sceleris virtus fuit. explicata est auctoritas responsi, cum de duobus praedictis unum factum est. nec possis de veritate dubitare, quotiens cum incertis experimenta consentiunt. In responso cui cuncta cesserunt, fieri non potest, ut hoc solum falsum sit quod novissimum est.

Non potest, inquit, fieri parricidium. vis mirer, pater, si non creditur futurum quod etiam cum factum est, vix creditur? falleris, si adversus praedictas necessitates sufficere credis quod ego bonus filius sum, quod tu optimus pater. tu non mereris scire, credo, ego utique nolle me scire. quid est ergo fatum, nisi quod fit et non habet causas?

Quemadmodum ergo, inquit, istud vitari potest, si fieri necesse est? scilicet hac sola ratione, ut mors inter facinus hominemque ponatur. vincitur, pater, fatum, si resistas; vincit, si contempseris. ago quin immo gratias hoc solo nomine crudelissimis fatis quod maximum facinus non in prima aevi mei parte posuerunt, quod praemissae

2 iusta: iuxta *V* crassandi *V* 3 ociosus ē ardor *V*  
 5 totis viribus diebus *V* 10 nullus *β* 13 explicata: explicata *M*, corr. *m* 17 falsum *om. P*, *supr. p* falsum ē sit *V*  
 22 ego utique *M*, *transp. m* scire *B* 25 <sup>h</sup>ac *BM*  
 (<sup>h</sup> *supr. B et m*) 26 factum *M* 27 ago bis *β* quin immo gratias: inquit immo gratias *B*; inquit gratias animo *M*, vel quinimmo gratias *supr. m* 29 prima aevi: <sup>ν</sup> p̄meuia *P*; <sup>π</sup> p̄mena cui *S* posuerint *β*



sunt ante virtutes, magnorumque operum prior ordo defluxit. potest, puto, caveri parricidium quod et praedicatur et novissimum est.

Fingamus, pater, mathematicum de hac sola vitae **19**  
**5** meae parte mentitum; quid tanti est, ut credam ista et  
vivam? occidi non potest pater. sed quid refert, si diffi-  
cultas ista non est salva animo meo? excedit omnem  
calamitatem, innocentiae suae non credere, diebus ac nocti-  
bus timere, suspectum habere animum suum, calumniari  
**10** manus, incausare visus et parricidalem agere cogitationem.  
maior mihi ratio moriendi est, si parricidium fieri non  
potest, et ego me credo facturum. quem tu mihi, pater,  
imperas laborem? quam asperam exigis patientiam? horreo  
oscula tua, ne seniles artus nimium gravis amplexus elidat.  
**15** non sustineo eosdem expetere convictus, ne quos porrexerim  
cibos, venena fiant. timeo eiusdem peregrinationis  
adire comitatum. omne fugio secretum, ne quid fortuna,  
ne quid afferat casus. quousque timebitur animus? mors  
mihi praestare potest, ne parricidium faciam, mors, ut vi-  
**20** deam nec fuisse facturum. sed me infelicem, quam multa  
sunt quae timere debeam etiam contra animum meum?  
unde scio, an expulsam me repente sensibus meis aliqua  
magni discriminis imago raptura sit? prosilibo fortasse,  
tamquam sequar classici vocantis instinctum, tamquam me  
**25** ruentis patriae fragor et vociferatio captae civitatis exci-  
verit. me sane custodire possum, sed unde scio, quid ad-  
ferat nox, casus, error? mathematicus hoc non futurum  
dixit, ut vellem, sed ut occiderem.

Tu quoque, pater, quanto graviores passurus es ex **20**

---

4 mathematicum: math' **P** 5 mentitum: mentiū **P**;  
menticum **S** ista: istae (i in ras.) **B** 6 pater non potest β  
7 salvo β excedit: expedit **BV** 10 parricidalem: al in  
ras. **B** cogitationem **V** 15 expe<sup>us</sup>tere (c er.) **M** prorexerim **V**  
18 quodq; **B** 22 expulsam **P** 25 excitaverit **VM** 27 fac-  
turum **BV** 28 ut om. β vallem **M**, corr. **m** 29 quan-  
tos **BV** post es add. **P** palam dissimulationem, del. man. 3

ipsa dissimulatione cruciatus? felicius illud prorsus est, palam occidisse quem timeas. cum bene in osculis meis amplexibusque requiescas, subeat necesse est tacitas cogitationes praedicti periculi metus, et, licet componatur ad fortem superbamque constantiam, naturalis tamen hominis infirmitas potest tam percussorem timere quam mortem. explica nos, pater, tam misero tristisque complexu et longissimas sollicitudines brevi recide patientia. minus indignum est, ut moriar, si innocens futurus sum, quam ut vivam, si parricida.

Denuntio tibi, pater, et de suprema necessitate confiteor. iam non sunt meae potestatis hae manus: non regere dexteram, non retinere sufficio. venit ille nescio quis ardor, non sentio, non intuentur oculi. tunc omnia incipio scire, cum gesta sunt. quid tu me lacertorum viriumque beneficio stravisse nuper hostes putas? quantum dicuntur narraſſe captivi? nescio quem in me monstruosi vultus horruere conspectum. non tela iaciebam, non iaculabar ictus, furialibus miser facibus ardebam, et pectus istud non lorica, non ferrum, sed diri serpentium clauserant nexus. non fuit illud pugna, non acies. in bello parricida vincebam, excesserunt opera mea humanarum virium mediocritatem. quicquid factum est, rabies, insania fuit.

21 praedico, testor, non ego parricidium faciam, non ego fortiter feci. quod si ulla ratione casuve effici potest, ut praedicta non fiant, fidem vestram, P. C., ut mihi potius innocentia quam fato debeatur: ego dicar expugnasse constitutionem, fregisse vincula necessitatis meae, ac pietatis meae laudetur integritas. dii non sinant, ut infer me

1 felicius illud *dubitanter scripsi*: felicius ille ω; felicius ε

2 osculis: ocētis V; oculis σ      6 quam: quod P      8 brevi  
 cedi recide P, cedi *del. man.* 3      indignum est bis P      9 ut  
 vivam: vivam P      14 sentit α (vel sentio m)      15 tu om. B  
 20 serpentum J      21 istud σ      aēcies B      27 faſto M  
 28 necessitatis meae ac pietatis meae B: necessitatis mea  
 pietas mea *reliqui*      29 meē M

responsumque decernat exitus. mathematicum vincere malo quam reprehendere.

Quid nunc agam, P. C., quemadmodum me vir fortis ad preces, quemadmodum parricida componam? dicam: miseremini? dicam: succurrite? sic rogari contra mortem solet. novo mihi inauditoque opus est ambitu maiorum. nisi morior, periclitor. ideo videor causas reddidisse, ut contradiceret pater. et si bene novi malignas interpretationes, non exitum captasse dicar sed excusationem. explicare per fidem miseri pudoris aestum, nunquam videbitur mori voluisse parricida, si vixerit.

Ad tua nunc genua porrigo, optime pater, has, si vis, tantum fortes manus. per ego, si fas est, quicquid feci, per hanc ipsam mei caritatem, qua me noudum timere coepisti, miserere, filium pietate pereuntem ne velis exitum facere parricidae. praesta mihi patientiam qua me modo bello credidisti. finge nos in ipso prosperi Martis cecidisse complexu confectumque magnis vulneribus cadaver adferri. relinquo tibi pro me omnes parentes. hunc quo nos retinere voluisses, in suprema mea transfer adfectum, tuis manibus compone corpus, exstrue rogos, funeri iusta persolve. deinde cum iam novissimis oculis supremoque discedens satiatus fueris amplexu, tunc te fas est sublatis ad caelum manibus proclamare: mathematice, mentitus es.

Reddidimus causas, peregimus preces. reliqua vos, manus, vos adiuvate, cives. non ut liceat mihi mori. licet istud etiam, ut negetis. vir fortis commendo vobis exitum meum: si non continuo letale vulnus impressero, si non cum sanguine totam animam properans ictus egererit, adiuvate dexteram, deprimate telum et ante omnia detinete patrem. nescio quam longe manum sparsurus sit

1 que *om. M*, *supr. m* 5 rogari: *i ex e in ras. B* 7 reddidisse *V* 8 patri  $\beta$  si *supr. M* maligna *B* 12 si vis: suus *V*; ad scelus  $\epsilon$  13 perago *a* 20 voluisse *V* 21 componere *B* rogos  $\rho\theta$  funeris *V* 22 dein *V* 24 e<sup>s</sup> *B* 25 reliqua *M*: reliquas *reliqui* 27 negetis *ex negatis B* 28 vulnus *om. B* 30 et *om. M*, *supr. m* 31 quam: *qd' P*

fugientis animae dolor, quo cadat extractus mucro visceribus, in quem se collabentis corporis ruina praecipitet. vultis scire quantum debeam timere victurus? metuo, ne patrem, dum morior, occidam.

## V.

5

## AEGER REDEMPTVS.

LIBERI PARENTES IN EGESTATE AVT ALANT AVT VINCIANTVR.

Quidam duos filios habebat, frugi et luxuriosum. peregre profecti, sunt capti a piratis. luxuriosus languere coepit. ambo de redemptione scripserunt. pater uni-<sup>10</sup> versis bonis in unum redactis profectus est. dixerunt illi praedones, non attulisse illum nisi unius pretium, et eligeret utrum vellet. aegrum redemit. qui dum revertitur, mortuus est. alter ruptis vinculis fugit. alimenta poscitur, contradicit. <sup>15</sup>

V cf. ENNOD. dict. 21. dictio in patrem quendam qui, cum filium a pirata captum redimere non dignatus esset, ab eo tamen ali petebat. actio contra Quintilianum suscepta. ille enim patrem tuetur, nos filium. rogo, ne arrogantiam putes, qui legeris.

3 debeā<sup>≡</sup> (1 litt. er.) **B**

M̄ FABĪ QUINTILLIANI MATHEMATICVS EXPLICIT **B**  
 M̄. FABĪ QVITILIAN̄. MATHEMATICVS EXPLICIT; INCIPIT.  
 AEGER. REDEMPTVS **V** EXPLICIT MATHEM. THEMA  
 Ī EGRV̄ REDĒPT<sup>~</sup> *minio picta* **M** Mathematicus explicit.  
 Incipit corporis proiecti ip̄a est manus cece *minio picta* **P**  
 Mathematicus expl. — manus cece **S**

AEGER REDĒPT<sup>~</sup> *in marg. summo* **B** AEGER RE-  
 DEMPTVS *minio picta* **V** *titulum omiserunt* **M**<sup>2</sup> (*in P lacuna*  
*1 vel 2 versuum*)

7 liberi — vinciantur *om. β* parentis **B** 8 luxuriosum **B**  
 10 caepit<sup>≡</sup> (1 litt. er.) **B** 15 poscitur: poscit **SJ** *post contra-*  
*dicat add. miniator:* INCIP̄ EGER REDĒPT<sup>~</sup>? **M** Explicit

Quamvis, iudices, in tanta malorum continuatione iam 1  
 poteram nihil ex accidentium meorum novitate mirari,  
 nullumque mihi reliquerint impatientiae genus adversa  
 quae de solaciis remediisque creverunt, confiteor tamen,  
 5 hoc solum me prospicere nullo metu, nulla tristium re-  
 cordatione potuisse, ut post piratas, orbitatem, famem hinc  
 quoque calamitatibus nostris pondus accederet, quod rever-  
 sus est filius meus. vivebam miser, ut hunc viderem, so-  
 laque superstitis expectatione suspensus avidissimam mo-  
 10 riendi cupiditatem contentiosa mendicitate fallebam. pudet  
 persuasionis. redisse se iuvenis adfirmat, ut vindicaretur  
 morte fratris, ut patris orbitate gauderet, nec intellegit  
 maiorem se factis meis auctoritatem hac indignatione con-  
 ferre. nunc magis sentio quantum facinus fuerit aegrum  
 15 non redimere. queritur se relictum qui potuit evadere.  
 utcunque igitur, iudices, poteram redemptionis illius red-  
 dere de praesenti iuvenis impietate rationem, et mihi cru-  
 delitas ista praestabat, ut filium viderer elegisse meliorem;  
 non utor tamen occasionis huius invidia, nec quicquid mi-  
 20 serae pietatis impatientia feci, querela malo defendere.  
 ego vero tunc non mores liberorum mentesque tractavi,  
 nec mihi in illa tristissima condicione succurrit de con-  
 paratione consilium. sola quid facerem, necessitas, sola  
 iuvenum meorum adversa suaserunt. ex duobus liberis  
 25 neutrum magis amat qui redimit aegrum.

Illud plane, iudices, ultra omnem malorum meorum 2  
 fateor esse tristitiam quod hac asperitate iuvenis, hoc in-  
 opiae squalorisque despectu famam optimi fratris incessit.

Thema. Sic aliquem sodes dic Quintiliane colorem *minio picta*  
*praeter dic quod add. man. alia P*

1 quamvis — iam *litteris uncialibus scripsit B* quavis V  
 2 ex $\equiv$  (1 *litt. er.*) B 4 que om. M, in marg. add. m 5 tris $\equiv$   
 tium B 6 piratas om. V orbitatis P huic  $\beta$  9 avi-  
 dissiman B 10 contentiosa: io in ras. B mendicitate: te  
 in ras. B; mendacitate  $\sigma$  11 redidisse B se om. BM,  
*supr. b, add. in marg. m*; me  $\sigma$  12 intellegit $\equiv$  B 13 se:  
 sed J 14 fuerit $\equiv$  B 15 potuit om. P, *supr. p* 16 ut $\equiv$   
 cunque (3—4 *litt. er.*) M 19 uthor BV 20 querellam BV

hominem qui piraticum carcerem, qui praedonum vincla  
 discusserat, decuerat, ne voluisset aliter reverti. ex quo  
 se nobis tanto virium labore restituit, poterat eius quoque  
 admirationem mereri qui pretio paulo ante cessisset. dii  
 immortales, quam laudem, quem gloriae favorem imple- 5  
 verat, si pasceret patrem, redemerat fratrem!

Relaturus vobis, iudices, ordine malorum meorum even-  
 tum quem nemo tam crudelis, nemo tam saevus audiet,  
 ut me non pascat, hunc ante omnia qui se queritur in  
 fratris comparatione damnatum, secreti doloris indigna- 10  
 tione convenio. quid agis, impotens, superbe? tu nescis,  
 utrum fuerim redempturus ex duobus sanis, ex duobus  
 aegris.

Habui enim, iudices, filios diversissima mentium cor-  
 porumque qualitate compositos et, sicut mox probavit 15  
 saeva captivitas, in totam dissimilitudinem vitae quoque  
 3 genere diductos. hic namque robustus ac patiens non  
 de voluptatum gaudiorumque contemptu scires parem  
 quandoque fortuitis, traxerat ex firmitate mentis magnam 20  
 protinus et in membra constantiam. ille vero pariter in  
 laetitiam metusque resolutus, alienus a curis, sollicitudini-  
 bus impar, delicatus, impatiens, et iam similis aegro. sed  
 apud patris affectus haec ipsa liberos dissimilitudo iunge-  
 bat, et erat quaedam in inaequalitate caritatis aequalitas 25  
 quod hunc serie laudatumque semper, illum iam quadam  
 miseratione diligerem. quid profuit individua pietas? erat  
 etiam me nolente manifestum, utrius magis colloquiis,  
 magis laetarer aspectu. velit, nolit, iudices, ipsa quoque  
 querela iuvenis quid de patris fateatur animo, probat. 30

4 dii immortales: dum mortales *BV* 6 redimerat *V*;  
 redimeret *M* 7 ordinem namhic malorum *BV*; ordinem ma-  
 lorum *H*; fueritne ordine omnem hic malorum? eventu *Bσ*  
 10 comparationē *B* (ē *δ*?) 15 calitate *V* 19 voluptatum  
*Vσ* 23 iam *om. J* 25 in *om. a (supr. m) J* aequalitatem  
*BV* 26 serie: serium *M*, corr. *m*; sene vel seve *S*; serio *σ*  
 28 etiam: et *P*, corr. *p* 30 quid: qui *M*, d *supr. m* pro-  
 batur *M*, vel probat *supr. m*

irasci quod non sit fratri praelatus aegro, impatientia est hominis qui magis ametur. accipite, iudices, maiorem pietatis aequae probationem. filium nec peregre dimissurus elegi, iunxi fratrum artavique comitatum: et utroque  
 5 patris latere nudato visus sum mihi magis habiturus utrumque mecum, si pariter essent. hanc apud me iuvenum aequalitatem etiam in calamitatibus fortuna servavit. uterque captus est, ambo de redemptione scripserunt. dissimiles licet, iterum tamen et inter adversa persuasionem  
 10 carioris invenio. in captivitate communi puto minus speravit ille de patre, qui languere coepit.

Tu mihi nunc, impotentissime iuvenis, tu, quaeso, re- 4  
 sponde, quid aliud facere debuerit pater duos redempturus? cunctas facultates in pretia collegi: rus, servulos, penates,  
 15 et omnia viliora properantius festinatione perdentis addixi, et ultra quam non potest excogitare summus adfectus, nihil senectuti meae, nihil dubiis casibus — pro inconsulta pietas! —, nihil neque illis reservavi, quos redemissem. quantum, iudices, ad piratas tulerim, scire potestis  
 20 ex hac fame. fuerit pretium licet exiguum parvumque, dum totum; fingite quamlibet divitem, quamlibet pauperem patrem, nemo unquam plus pro liberis dedit quam qui sibi nihil reliquit. utrumne igitur, iudices, nemo mortali-  
 25 feritatis ingenium est in captivorum taxatione solos aesti-

em pietatis

2 maior  $\equiv$  aequae **B** (*supr. b*) 4 iunxi  $\equiv$  **M** fratrem **M**  
 (fratrum **m**)  $\beta$  5 visus sum <sup>mih</sup> magis **B** magis mihi **V**  
 7 servabit **B** 8 raptus  $\beta$  dissimiles **BV** 9 interim **M**,  
 vel iterum *supr. m* 10 invenio **B** (*i supr. b?*) 12 nunc  
 om. **V** 13 debuerint **B** 14 cuncta **J** in pretia om. **V**  
 collegi  $\equiv$  **M** poenates **B** 15 viliora  $\alpha$ : utiliora *reliqui, unde*  
*et m in marg.:* vel utiliora, et hoc plures libri habent properantius  
*Dess. p. 98:* properantibus (prosperantibus **S**)  $\omega$ ; properanti  $\varepsilon$  17 senectuti — nihil om. **P** nihil: *mēchil* **V**  
 proh: *proch* **P** 18 illis  $\alpha$ : illi  $\beta\gamma\delta$  quos **BM** (*os in ras. M*):  
 quem **V\beta\delta\gamma**

mare redimentes? dii immortales, quam arrogans me  
 pirata, quam superbus exceptit? parum, inquit, attulisti,  
 senex, languet alter. quid ego a diis hominibusque merui  
 quod mihi non redditurus utrumque non ipse potius elegit?  
 saevus et humani doloris artifex negavit a me duos posse 5  
 redimi. deinde, ut hoc tristius, ut difficilius esset, reddi-  
 turum se dixit utrum maluissem. vides, iuvenis, quantum  
 pietati meae testimonium reddiderit ipsa crudelitas. condi-  
 cicio non ponitur, nisi duos redempturo. expectatis, cer-  
 tum habeo, iudices, ut in tristissimae necessitatis positus 10  
 abrupto ad aegrum continuo properaverim. quis non putet  
 audita condicione vincula me statim detraxisse languenti?  
 oderitis licet confessionem meam, deliberavi. tenuit inter  
 illos inexplicabiles doloris aestus quam longum, tenuit  
 pietas misera consilium, et quod nunquam satis manibus 15  
 filii, nunquam satis excusabo conscientiae meae, non sta-  
 5 tim mihi ille deficiens unicus fuit. dissimules licet, orbitas,  
 ego mihi plurimum morbis, plurimum videor adiecisse lan-  
 guori cunctationis mora, et sensit infelix, quid in electionis  
 huius necessitate fuerim neutro languente facturus. tan- 20  
 dem, quod solum habebat ambitus genus, desperatione  
 praevaluit. accepi fateor illum qui solutus quoque non  
 sequebatur, quem non gaudium redemptionis, non laetitia  
 praelati, non hortantis erexit patris amplexus. si esset in  
 rebus humanis ulla clementia, merueram etiam de piratis, 25  
 ut mihi duo redderentur. utinam, iudices, iuvenis illius  
 vita praestaret, ut videretur non periculi miseratione, sed  
 caritate praelatus. me infelicem quod bonam habeo cau-

1 dii immortales: dum mortales *V* quam ante arrogans  
 om.  $\beta$  4 non: nec *P* 6 redemi *J* 8 pietati: -tis *VM*  
 reddiderit: red in marg. add. *b*; redderit *M*, di supr. *m* 9 duos  
 redempturo om.  $\beta$  redempturos *M* 10 in om. *P*, supr. *p*  
 11 abruto *M* 12 me statim vincula  $\beta$  14 quam *a*: per-  
 quam  $\beta\gamma\delta$  tenuit om.  $\beta\gamma\delta$  17 dissimiles *B\beta*; dissimilis *M*  
 sit post licet add. *M* 18 morbi *a\sigma* languoris *M* 19 sensi *V*  
 25 illa (*v* supr. *b*) *B* meru<sup>eram</sup> (supr. *b*) *B* 26 utinam:  
 uter *P*; ut *S* 27 non om. *P*, supr. *p*



sam. explicuit iustitiam comparationis qui decessit etiam redemptus, et in perituro filio nihil aliud electum est. in quo fui miser famae periculo? filius meus languore defunctus est. tamen pater occiderat aegrum, si reliquisset. 5 videram continuo, iudices, in carcere illo quantum promitteret constantia hominis quem non captivitas, non expectatio patris, non fratris fregisset infirmitas. nec immerito cuncta de fortissimo iuvene speravi, si fuisset ad omnes conatus explicato languente liberior. tandem mi- 10 seros fortuna respexit, et puto contra praedonum commenta feritatem, ipsa consensit, ut nobis quem negaverant, non abstulissent. non quidem mihi, iudices, arrogo tem- 6 poris illius providentiam, nihil me fateor fecisse consilio, potest tamen utriusque iuvenis exitus necessitatibus meis 15 adsignare rationem. periit quem redemi, reversus est quem reliqui.

Invenisse te putas, iuvenis, patrem cibos et alimenta poscentem? quaerebam pretium tuum: — testor clementiam mitissimae civitatis — haec preces, hic rogantis ambitus 20 fuit: 'miseremini, date stipes, indulgete, conferte, repetendus est ille qui redimi maluit fratrem.' sed et hac te decebat reversum proclamare voce: 'erige vultus, pater, attolle tristitiam: vindicati de saevissimis praedonibus sumus, duos redemisti.'

25 Alimenta posco, poteram non adicere filium pater, sed mendicus hominem, sed iuvenem senex. quis enim magis ex ipsis rerum naturae sacris venerandisque primordiis descendit affectus? quid etiam inter liberos ac parentes tam commune, tam publicum quam ut alicuius famem 30 proximus quisque depellat? voluit nos ille mortalitatis

1 quid **B**      3 fame **B**      5 videram: v. si **B**; v. sic **M**;  
an v. scilicet?      10 commenta: commota *Obr.*      12 abstu-

quidē  
lissēt <sup>n</sup>**B** non mihi **B**      15 perit **V**      17 iuvenisse **B**      19 civi-  
tatis *in ras.* (**b** ?) **B**      22 erigere vultus **B**      26 mendicum  
**V** senes **V**      qui **BV**      ē enim magis **B**      28 eti<sup>a</sup>et **P**,  
etiam **p**      30 depellit **B**

artifex deus in commune succurrere et per mutuas auxiliorum vices in altero quemque quod pro se timeret, adserere. nondum hoc caritas est, nec personis impensa reverentia, sed similibus accidentium providi metus et communium fortuitorum religiosus horror. in aliena fame sui quisque miseretur. sic cibos obsidio partitur, sic inopiam pariter navigantium frequenter unius alimenta paverunt. hinc et ille venit adfectus quod ignotis cadaveribus humum ingerimus, et insepultum quodlibet corpus nulla festinatio tam rapida transcurrit, ut non quantulocunque veneretur aggestu.

7 Parentibus vero liberi non praestatis alimenta, sed redditis: quanto, dii deaque, breviora, quanto minora pro tot infantiae, tot pueritiae sumptibus, tam variis vel abstinentissimae iuventutis impendiis? si mehercules hoc quoque officii genus natura permetteret, bene pro deficientibus aliquid et vita vestra dependeret, iterumque ex illa quam traxistis, anima portio brevis in suum rediret auctorem. vultis scire quantus nomini nostro debeatur adfectus? quanta veneratio? non est beneficium quod pascitis, sed est facinus quod negatis. liberi parentes alant. pudet sacrorum nominum, pudet religionis humanae. hoc ergo lex erit? quid imprecer homini qui primus fecit, ut pietate iuuremur? liberi parentes alant. o crudele factum! o nunquam tristior fames! ita pascit ille qui 25 cogitur?

Non meruisti, inquit, accipere. discede pietas, quiesce paulisper: infirmitas remuneranda sit. primum lex severissima est, ut fortius alimenta poscantur. perdiderunt pulchritudinem sanctitatemque naturae qui putant illis parentibus iura succurrere quibus apud liberos salva est

5 <sup>h</sup> horror **V**     6 <sup>r</sup> patitur **B**; patitur **P**     8 innotis **V**  
 9 ingerimus *vel* congerimus **5**; gerimus **ω**     11 aggestu: ac gestu **V**     17 vestra: nostra **σ**     dependeret **α**: deperderet **βγ**; deprehenderet **σ**     18 in suum *om.* **B**; *add.* **υ**     19 vultis **B**  
 25 pascet **V**     29 <sup>o</sup> pascantur **B**     31 liberos **B** <sup>salva</sup>

de mutua caritate reverentia. collis prospexere pignori-  
 bus et inter tam venerabiles adfectus hoc quoque dignum  
 providentia fuit, ut aliquid et odia praestarent. quereris,  
 irasceris, et ideo iuberis. expectandum est videlicet, ut  
 5 liberorum parentumque concordiam perferant totius merita  
 vitae, et ut pietas, natura, sanguis accipiant cotidie tam-  
 quam amicitiae nexum, et nisi vos promeruerimus obse-  
 quii, adulatione, patientia, natales, ortus et pignora prima  
 perierunt?

10 Si vultis, iudices, ut huic nomini salva sit in omni 8  
 personarum diversitate veneratio, bonum patrem filius alat,  
 lex malum. non faciam hanc rerum naturae, non faciam  
 contumeliam legi, ut excusem vel pessimum patrem, ut  
 sacro nomini temptem gratiam petere de venia. sim licet  
 15 crudelis ac saevus, filium tamen diutius amavi. clausuram  
 paternos penates, de testamento, de spe successionis ex-  
 pulerim, oneraverim vinculis manus, foedaverim membra  
 verberibus, persolvi gratia non potest nec malo patri.  
 arrogans, impotens sum, nolo cotidie mereri, quicquid mihi  
 20 deberi coepit primo die. facilis, mitis, indulgens, voca-  
 bula sunt ista minoris adfectus. propter haec aleretur  
 amicus, pasceret extraneus. vestrum quin immo crimen  
 est quod interdum aliud sumus: et — unde manifestum  
 est diversitatem nostram venire de moribus liberorum —  
 25 non invenias asperum patrem nisi iam peccantis aetatis.  
 quid ais? rigidus, immitis sum: ideo pasce, tantum pasce,  
 non ultra. malo pro reverentia nominis nostri. quicquid  
 praestatis inviti, et cum alitur pater quem quereris in-  
 dignum, accipere mihi videntur omnes parentes. si vis,

---

3 hodia *V* praestarent *B*; praestaret *M*, n *supr. m*  
 5 parentemque *P* perferant: praeferantur *P*; proferant *σ*  
 6 vita β (*corr. S*) ut et β 7 vos: nos *σσ* 8 patientia  
*om. et supr. B* hortus *V* 11 alat: l *in ras. B an b?*  
 15 saevus ac crudelis *B* 16 poenates *B* 18 gratiam *B*  
 19 impotens sive sum *P*, sive *del. p* 21 haec: hoc *S*  
 alentur *P* 26 agis *B* 27 nomini nostro *B* 28 aliter  
*P* queris *P* 29 omnis β

adfectum debes, sin minus, necessitate servitutem, patientiam. non tamquam pater alitur qui tamquam bonus amatur.

9 Sepone, iuvenis, differ querelas, tunc irasceris, tunc obicies mihi, cum prosperitatum, cum secundorum officia deposcam. non talis ad tua genua provolvor, ut aestimandus sim. nulli malus est pater, cum esse coepit infelix. aspicias collapsum et ex omni calamitatum genere miserum et, ultra quod accidentium mensura non exit, in orbitate mendicum. riget squalidi capitis concreta canities, 10 vigor pristini vultus vacuis luminibus intabuit, et per obstantium crinium inluviem tenuis arentium iactus oculorum. haeret adstricta nudatis ossibus cutis et in fame sua homine consumpto, iam membra sine corpore. Iterum bonus sum. in pristinam religionem de calamitatum ho- 15 nore restitutor. adeone non habent haec ipsa supplicia poenas, quod posco, quod rogo, quod mendicus sum filii mei? et quanta, dii deaeque, non possunt pro nobis impetrare leges? quanto plura sunt quae negantur, cum praestant inviti? non exigo, ut tuis *manibus porrigas* 20 *cibos, ut consoleris, ut foveas: proice quod rapiam*, abice quod colligam. genus ultionis est pascere, nec misereri. si tamen, iudices, fas est impietatis huius ulla accipere causas, et filium qui non alit, putatis reddere posse rationem, aestimate per fidem quod sit facinus illud cuius 25 ultionem debeat exigere aliqui de fame patris. captum me, inquit, non redemisti. quis non putet queri de filio patrem? quemquamne dicentem feram: 'nihil tibi debeo,

1 necessitatem *M*, vel necessitate *supr. m* 2 aliter *P*,  
*corr. p* 5 prosperitatum *Vσ* cum: ē *P* secundorum *ex*  
 seculorum *B*; seculorum *β* 8 calamitatum *VMσ* 9 acceden-  
 tium *V* 11 obstantiam *B* 12 crinium: i alterum in *ras.*  
*2 litt. B*; crinimum crinium *V* 14 consumpta *B* 15 cala-  
 mitatum *Vσ* horrore *γσ* 18 quanta *BMγ*: quam multa *Vβσ*  
 20 praestant<sup>†</sup> *B*; praestant<sup>N</sup> *V* 20 sq. *verba litteris inclinatis*  
*exarata in ras. B* manibus exigas porrigas *J* 23 tamen  
*om. P, supr. p* 25 sit: si *σ* 26 ultione *σ* aliqui *Dess.:*  
 aliquid *BVβσ*; aliquis *Mγ* 28 feram *ex fero ut videtur M*

quia mihi vitae lucisque beneficium semel praestitisti, quia hunc spiritum, hoc corpus non ex indulgentia tua rursus accepi?’

Iniquissima magnorum condicio meritorum est, si quic- 10  
 5 quid non fuerit adiectum, de prioribus perit, et pessimo exemplo gratiam praeteritis auferunt reliqua cessantia. non redemi. non tamen ideo minus est quod in hunc te divinatorum humanorumque conspectum de nostra protulimus anima. Maria terrasque, infatigabiles siderum cursus et  
 10 cuncta sacro fulgore lucentia nos, ut fruereris, ostendimus. has quas subtrahis manus, haec verba quae negant, de meo spiritu, de meis visceribus hausisti. gaude potius, exulta quod tibi patris asperitas praestat boni filii iactationem. solus habet quod imputet patri qui queritur et  
 15 pascit. quam multa, iudices, huic querelae respondere poteram, propter quam filium salva pietate non redemissem? quis non acciperet excusationem, si dicerem: impediit quamvis properantem senectus, inopia, languor. pretium non tam festinanter inveni. explicare non potui  
 20 navigationem iuvenibus quoque fratribusque difficilem. solus ac senex non illa qua speraveram, prosperitate direxi. per quos metus, per quae peregrinationis incerta properavi.’ remove, iuvenis, indignationem: nihil plus pro filio factum est quem recepi. non fortunam tibi debeo,  
 25 sed affectum, non exitum, sed voluntatem. pro duobus pretia contraxi, pro duobus maria conscendi, pro duobus genua tenui. rogo, uter magis amaretur, si mihi piratae duos reddidissent?

Age tu nunc, iuvenis, ad faciendam inopiae patris in- 11  
 30 vidiam, si videtur, exclama: ‘famem obtendis, ad quam

1 semel *om.* **VM** (*supr. m*) 5 fuerit *praeter* f—et *er.* **B**  
 et lacunam reliquit perit **M** 7 redemi *er.* **B** 8 huma-  
 narumque **B**, *corr.* **b** de nostra *er.* **B** 13 praestat *er.* **B**  
 16 quam: quae  $\sigma$  18 properantem: prosperitatem **J** 21 di-  
 rexi: dixerim **B** 25 pro — conscendi *om.* **B**, *add. in marg.*  
*superiore* **b** 29 age tu: agere **B**, *corr.* **b**; ageto  $\sigma$  nunc:  
 non  $\beta$

luxuria prodigarumque voluptatum continuatione venisti. exhausti senex census in pretia meretricum.' quamquam et huic iubetur necessitati pietas vestra succurrere, et lex quae inopem, quae patrem nominare contenta est, filium non remisit ad causas. quid vero si in educationem, in discursus, in pretia vacuatus sum? excedit omnem scelerum comparisonem patrem mendicum facere nec pascere.

Temptat, iudices, hoc, quod non est redemptus, ampliare alia iuvenis invidia. 'fratrem', inquit, 'mihi praetulistis.' fateamur paulisper hoc crimen, agnoscamus hoc nefas. impudentissime generis humani, tu non feres, ut frater tuus vel magis ametur? vides enim, praelatus est tibi nescio quis adfectus: possident caritatis tuae locum pignora de minoribus sumpta nominibus. illum nempe cuius aequae spiritus de visceribus his trahebat ortum, qui patrem vel solus implet. pessimus est mortalium qui amari fratrem suum sine sui caritate putat. tu custodies, utrum frequentius osculer, utrum stringam magis artiore complexu? non est hoc impatientia, nec circa patris adfectus sacra de pietatis contentione rixa. eum tantum fratrem putes amari magis quem non ames? falleris, iuvenis, longeque te ab intellectu rerum naturae seposuit prava persuasio qui putas ex paternis adfectibus filio perire quicquid in altero de necessitate praeponderat. par est in omnes liberos eademque pietas, sed habet in aliquo plerumque proprias indulgentiae causas, et salva caritatis aequalitate est quiddam, per quod tacito mentis instinctu singulos rursus tamquam unicos amemus. hunc primus

1 luxuria <sup>u</sup> *B* prodigarum quoque *B*, quo *del. b*; prodigarumque *M*, vel *ga supr. m* voluptatum *Vσ* 2 senis *M*, in *margin.* in alio habetur senex quod mihi melius videtur *m*  
4 quae: qua *P*; que *S* 6 excidit *B* 9 alia *om. B, supr. b*  
locum

11 feres: feris *BV* (*ex fers corr. B*) 13 tuae pignora *B*  
15 aequae: equa *P* 18 artiore  $\epsilon$ : altiore  $\omega$  23 parva *Vm*  
24 altera <sup>o</sup> *V* 25 in *om. P* 26 et: est *vβ*; eat *M* 27 mentis: meritis *P*

nascendi locus, illum gratiorem patri fecit infantia. alium  
 laetior vultus et blandior osculis amplexibusque facies,  
 quosdam magis severitas probitasque commendat. in qui-  
 busdam diliguntur impatientius calamitates. et damna  
 5 corporum debilitatesque membrorum notabilius miseratione  
 complectimur. salva est tamen universitas, cum quicquid  
 in alio cessare creditur, in altero restituit alter affectus.  
 securus sis, non intercidunt ista, non pereunt, sed invicem  
 vincunt, praevalent, cedunt. filio non potest praeferri nisi  
 10 filius. blandiar, iudices, paulisper calamitatibus meis et  
 sic agam, tamquam apud piratas invenerim utrumque  
 sanum. attuli sine dubio pretium duorum, sed utrumque  
 praedo non reddit. offert electionem: suadete quid fa-  
 ciam. quid dicis? 'ita pietas est, abire, discedere, irasci  
 15 scilicet, queri et invidiam facere piratis' vos interrogo,  
 liberi, vos, parentes: non ergo facinus est ideo neutrum  
 redimere, quia utrumque non possis? egregia pietas,  
 aequare liberos iustitia desperationis, et ex hoc quod suc-  
 currere non contingit duobus, orbitatem facere totam. tu  
 20 vero, senectus, accipe quicquid datur, accipe quicquid of-  
 fertur, dum hoc saltem feritati libet, antequam in patien-  
 tiam tam saeva decrescit immanitas. interim multa pos-  
 sunt afferre casus: sperare licet, repeteris; sperare, pater,  
 fortassis evadat. quaecumque explicari coacervatione non  
 25 possunt, per partes vicesque servantur, et facilius est  
 divisa subtrahere quorum magnitudo laborat in solido.  
 quantum intellego, iudices, filius cui profuturum non erat, 13  
 ut eligerem, hoc solum ferre non potest quod redemptus  
 est frater. quis hanc, iudices, impudentiam ferat? obicit  
 30 mihi quod ullum de liberis meis potuerim facere discrimen.  
 deinde queritur non se potius electum, et cum

1 nascendi V patri Bu: prior αγσ; om. β (cf. Dess. p. 83);  
 praefecit ε 8 intercedunt B 9 nisi: rasi B 13 red-  
 didit B 16 ideo om. β 18 hoc om. BM quo b  
 20 vere M 21 patientia M 22 decrescat M 23 repeteris:  
 repeteritis B; repeterere M (vel repeteris supr. m) σ 29 hanc  
 om. B, add. b iudicis B

fratri praeter eiusdem nominis par ac simile consortium reverentia quoque languoris accesserit, indignatur apud adfectus patris non eam praevaluisse partem, in qua tantum filius erat. non invenio, iudices, quemadmodum effugere potuerim criminis huius invidiam, si hunc potius recepissem. patri cui utrumque pirata reddere nolebat, redimendus fuit aut aeger aut neuter.

Quid? quod inquit: 'etiam luxuriosum praetulisti?' parce, iuvenis, maledictis, parce conviciis. reliquistis haec nomina; domi erunt ista vitia, domi erunt istae virtutes, sed cum fueritis reversi. interim nihil aliud estis quam fratres, quam liberi mei, duo captivi, ambo miseri, et diversitas vestra de calamitatum societate consumpta est. vides quam nefas sit alterum ex vobis mihi esse viliores? piratarum non interest uter eligatur. dic nunc: 'luxuriosum redemisti.' comparatione vestra, iuvenis, <si> circa patrimonium honoresve contenderetur, et ego proclamabo: vicisses. sed ventum est illuc, ubi non probitas, non mores aestimantur, et de corporibus sola taxatio est. unde tristes toleraret casus, ferret sordes vinculorum, piraticam famem iuvenis quem torquere solebat nostra frugalitas? unde et in illa solitudine carceris duraret animus convictibus semper comitatibusque laetatus? expecta tu quem decet honesta patientia, laudabilis labor qui tibi difficultatum reddis ipse rationem. tu differis, luxuriosus relinquitur. quid ais? praetuli illum, de quo soli tibi querebar,

---

2 indignatur: in *in ras. ut videtur B* 3 partem: *rtē in ras. B* 6 pirata utrumque *ε* 7 neutrum *P* 9 reliquisti *M*  
 10 domi erunt: dormierunt *bis B* 13 calamitatum *Vσ*  
 15 uter *del. et utrum supr. P*; ut *S* dic nunc *VM*: dignum nunc *Bβ*; dignum *hē dereliquisti σ* 16 si *add. Klotz*  
 17 honoresve: honores vel *B*; honoresne *Pσ*; ve *an ne dubium S* contenderetur *Dess.*: concederet *B*; contenderet *VMβσ*  
 22 et: ut *VPσ*; *om. Sσ* duraret *Obr.*: duret *ω* convictibus: *ē* victibus *V*; conmotibus *P*; *cōuetib; S* 23 expecta tu: expectavi *B*, vel tu *supr. σ* 24 difficultatiū *B*; difficultatum *Vσ*  
 25 differeris *BVJ* relinquitur: redimitur *Mβσ* 26 solo *J*



quem cum vellem castigare, reprehendere, te solebam laudare, mirari.

Exaggera quantum voles, vitia fratris: luxuriosum, per- 14  
ditum voca, dum scias te sic magis probare non animum  
5 fuisse patris sed de calamitate rationem. ille eligit qui  
recipit ante meliorem. sed parce, quaeso, iuvenis, adver-  
sororum interpretationi. non est electio alterum recipere,  
cum pretium attuleris duorum; discrimen illud non ego  
sed pirata commentus est. quicquid inter vos in alterutro  
10 fecero, affectus est quo duos amo. et homo, apud quem  
filius sola praevaluit gratia calamitatis, non fratrem tibi  
praetuli, sed quod in te fratri praetulissem. Consilium  
hoc putas fuisse patris? fortunae est qua capti pariter  
estis, qua decubuit alter, qua non convaluit redemptus.  
15 cum propter duos venerim, quod in altero mihi pirata  
cessit, idem est, ac si mihi neutrum reddidisset. sed quo-  
usque facti mei dissimulabo rationem? aeger electus est.  
respondete nunc, si videtur: 'luxuriosus, perditus fuit.'  
parcamus, quaeso, memoriae, revereamur suprema cineris,  
20 poeniteret me fortasse, si viveret. iterum ac saepius, quod  
necesse est, ipsa criminis mei voce defendar: aegrum re-  
demi. non habent profecto, non habent discrimen liberi,  
nisi de calamitate, et inter homines quos natura pietatis  
aequavit, differentiam nisi de dolore non explices. non  
25 cum usu nunc vestro, non cum moribus loquor. ille an-  
helat, illius sunt lassa suspiria, ad illum serius veni. ex-  
cogitasti rursus, fortuna, quod supercresceret caritati, quod  
posset sacris nominibus accedere. hic solus maior ad-  
fectus est quam filios amare: filii misereri.

---

1 castigare cū reprehendere V 8 abstuleris M 9 alter-  
utrus P, corr. p 10 quo duos: quo vos V 12 praetuli sed:  
praetulisset BV; praetulit sed β 15 in om. BV; an recte?  
pirata om. M, supr. m 16 cessit: ≡cessit M; concessit σ  
idem: idēm V (in alia manus?) reddidissem B 17 fati  
V dissimulabo: differo β 18 viderer P 20 poenitet B  
vivere P quod: quidem M, vel quod supr. m 25 anelat V  
28 possit B hinc β

15 Me quidem, iudices, si quis interroget, condicio illa non fuit vera, non simplex, habuitque piraticae feritatis ingenium. aegrum mihi non licuit relinquere, licuit eligere. an fas fuisse credis, ut iuxta moriturum tu redderis? et homines eius immanitatis, ut possent liberos cum 5 patre partiri, paterentur eum sibi relinquere quem periturum ex hoc probabant quod illum pater non eligebat? temptata est misera pietas, et placuit hoc quoque addi calamitatibus nostris, ut onerarer pudore condicionis partes non habentis. cum in comparatione sani aeger offertur, ideo 10 ponitur, ut eligatur.

Superest, nisi fallor, iudices, ut cum sibi praelatum fratrem queratur, aestimetis, utri tunc magis debuerit pietas nostra succurrere. est quidem, iudices, humanae infirmitatis ista natura, ut ex omnibus accidentibus gra- 15 vissimum putet quisque quod patitur, et, cum aliena cogitationibus nostra dolore tractentur, necesse est apud impatientiam suam vel minora praevalent. languor est tamen, languor cui merito cesserint cunctae calamitates, in cuius comparatione consolari se potest genus omne miserorum. stringat licet manus saeva captivitas, profunda carceris nocte membra claudantur, datur tamen collidere catenas, artus extrahere nexibus, et habet aliquid aequanimitatis cum poena sua posse rixari. saeviunt regna tormentis, bella vulneribus, sed levius adficit quicquid 25 viribus feras, et cum in plenum adhuc sanguinem adversa ceciderunt, repugnantis roboris colluctatione vincuntur. quos cruciatus compares, quem dolorem, cum penitus visceribus immissa tabes cotidie aliquid ex homine praemittit

---

1 me: ne *V* 2 pirate *M*, vel tice *m* feritas *M*, vel tatis *supr. m* 6 patre: e *om. P*, *add. p* 7 ex: et *BM* (*ante et add. videbant M*) probabant ex hoc quod *M* 10 habetis *B* 12 ut: et *M*, *er. et ut supr. m* 14 et quidem *M*, vel est *supr. m* 15 natura est ut *M* 17 nostro *BM* tractentur *ex -antur M* 21 stringet *M*, *corr. m* 22 colludere *M30 (corr. i)* 23 catenas *Vhi*: catenis *reliqui* 25 adficit *P*, *corr. p* 28 visceribus: visionibus *β*

in mortem? cum cibos, haustus et omnia blandimenta vitae fames fastidit et poscit? desiderare adsidentium officia, dehinc ferre non posse? gravari quos appetieris, attactus? per totum cubile corpus velut super ardentes  
 5 exagitare flammās? lux fatigatis luminibus gravis, vox sola de gemitu. cum ex duobus captivis languet alter, una est inaequalitas patris eligere sanum.

Retuli, iudices, usque adhuc in penatibus suis, iuxta  
 16 parentes propinquosque languentem. o carcer, o morbi, quem vos non facitis aegrum? et non ille carcer quem  
 10 severitas legum, quem potestatum iustitia commenta est. non possunt humani metus, humanarum cogitationum ingenia satis habundeque concipere quae vidi. iacet sub  
 15 immensae rupis abrupto tristis et ultra naturalem profundae caliginis noctem mersus piraticis artibus specus quem tota circumfusi vastitas maris et undique minantibus scopulis illisa tempestas terrore ruiturae molis everberat. horrent cuncta crucibus, squalent circumiecta naufragiis, nullus nisi in supplicia mortesque prospectus, et ad in-  
 20 felicium captivorum metum praemissus de simili exitu dolor. spiritus solus intus quem vincitorum trahunt redduntque gemitus, quem tot contulere languentes. hoc erat, ubi iacebat aeger, illud tot annorum, ex quo coepit pirata grassari, idem cubile. corpus quod gravaretur assidentium  
 25 sedulas manus, iacet inter vincula quibus instrinxerat adhuc recentem pirata captivum, et quamvis tenuata de nexibus membra labantur, rursus in modum stringentium tenent quae nullo suspensa nisu velut victo homine sederunt. qualis erat ille sub ferro cuius exsanguis manus vix

2 famis *V*      4 attactus: ac tactus *an* at tactus *dubium V*  
 7 inaequalitas: me qualitas *P*    13 abundeque *Vσ*    14 ultro  
*B*    profundo *BM*    15 mersum *α*; *cf. Neue, Formentlehre*  
*I*<sup>3</sup> 850    16 circumfusi; *V*    19 in *om. σ*    in nisi *sed transp. V*  
 20 permissus *B*    *≡*exitu*≡* *M*    21 vincitorum: innotorum *P*  
 24 crassari *α*    idem: idemque *J*    ad assidentium *β*  
 25 instruxerat *σ*    28 nisu: uisi *P*; uisu *S*    vincto *M*  
       sub  
 29 ille ferro *B*    exanguis (exangu*≡*es *M*) *α*

levia velamenta transferrent? quis inter complorationes  
 gemitusque somnus, quem vix silentia sollicita praestarent?  
 ad quae colloquia tristitia respiraret? undique pares si-  
 milesque miseri, et veteribus captivis adiectus cotidie no-  
 vus aliquis impatiens. compara, si videtur, huic aegro 5  
 17 captivitatem tantum tuam. tu quereris quod cibos pirata  
 non praestet, ille remittit oblatos. te nuda humus, nudum  
 cubile frangit, ille ad singulos ardentis corporis motus  
 insuper supra vincla versatur et quocumque membra las-  
 sata dolore transtulerit, in supplicium redit renovata pa- 10  
 tientia. breviter saevissimi languoris definienda mensura  
 est. non potest ex illo sanari nec quem redemerit pater.

Insta nunc, si videtur, ac subinde, iuvenis, interroga  
 cur aegrum potius elegerim. reddi a me posse rationem  
 cur hoc fecerim, putas? ego vero non possem, nec si te 15  
 redemissem. quid enim si respondere iubeas orbitatem  
 cur in exequias totos exaggeret census? quid sibi velit  
 ille funebrium longus ordo pomparum? cur super fla-  
 grantes iaceant rogos? cur ardenti non divellantur am-  
 plexu? et ego dico, proclamo, fateor, erroris aut demen- 20  
 tia furor est, cum feceris. hoc est ergo, inquit, quod de  
 te praecipue queror, moriturum mihi praetulisti. quaeso,  
 iuvenis, ne nobis putes tantum inesse feritatis, ut illum  
 potuerimus aestimare moriturum. vis non sperem victu-  
 rum filium quem tunc primum aspicio, complector aegrum 25  
 quem pirata non recusat sibi relinqui? si persuasionem  
 patris interrogas, quicquid est quod miser torquetur, ad-  
 ficitur, non languorem credo, sed impatientiam, desiderium,

3 ad quae: atque *a* (ad quae 'et hoc est melius' *m*)  
 tristitia<sup>ci</sup> *V* respirarent *M* 4 veteribus: *er in ras.* *B* 5 si *≡ B*  
 6 quod: quo *M* 7 praestat<sup>e</sup> *M* 8 ardentem *V* corpori *BV*  
 9 insuper *scripsi*: in sua *ω* supra: semper *N*; *om. s* in  
 sua supra vincla tabe *Dess. p. 91* 10 reddit *V* 11 ber-  
 viter *V* languoris *in ras.* *B* 15 hic *P* 17 exaggeret  
*scripsi*: exegerat *B3*; exaggerat *VM* (*ex exaeggerat M*); egerat *σ*  
 18 cum *P* 19 cum *P* 20 aut dementiae: ut dementia *BV*  
 21 furoris *M* 24 existimare *σ*

dolorem. hominis qui apud piratas languet, unum remedium putes, ut redimatur. sed non est, quaeso, iuvenis, quod hoc patrocinium de tam calamitosa pietate concipiam, ut dicam: victurum putavi. exaggero quin immo invidiam  
 5 criminis mei. redemi, fateor, illum qui dilationes, qui 18  
 moras ferre non poterat, in quo mihi pirata vendebat brevia oscula, paucos dies. si mehercules uterque fuisset aeger, illum redemissem qui prior languere coepisset. si duos pariter naufragia raperent, illi porrigerem manum  
 10 quem iam membrorum contentione lassatum fluctus hauriret. si vulneribus confectos remisisset acies, properantius ei clauderem plagas, per quas animam largior sanguis egereret. ignoscite, dii pariter atque homines, non possum de liberis, possum eligere de miseris. gratias quin immo  
 15 fortunae, gratias ago quod adhuc aeger sentit, intellegit. alioquin cadaver acceperam et pretia duorum pro funere tantum supremisque persolveram. nescis quantum pudori, quantum adficiat adfectibus meis inter tam impares aequata condicio. aeger qui tantundem est piratis, plus est patri.  
 20 velis tamen nolis, infelix senectus, fatendum est quod merito, quod summa pietate factum est, quam difficile fecerimus.

Quae tunc mihi cogitationes, qui temporis illius animus fuit, cum inter duos liberos incerta miser electione discurrerem? hunc diutius osculabar, illum putabam desperatione  
 25 moriturum. lacrimas ad languentem gemitusque transtuleram, et tu mihi videbaris futurus aeger. quotiens catenas tuas soluturus invasi? sed mihi commendabat relictum, quod te praetulissem. quam frequenter iam laxata misero vincula rursus imposui, dum mihi tua potius sanitas placet? dissimulare non possum condicionis illius  
 30 secretas difficultates. redimi debebat aeger, ego te volebam.

8 illum *supra ras. add. m* 9 duo *P. supr. p* 11 confectos *ex -us B* 12 per quem *z* largior: larg *in ras. ut*

*videtur B; la<sup>r</sup>gior M* 14 non *ante* possum *add. P, del. p*  
 18 inter tam: incertam *V; inter iam (tam supr.) M* 27 catenas *z* 28 quam: quod *z*

19 Ponere vos, iudices, velut in illa necessitatis meae praesentia volo. ecce, infelix ad primum aspectum patris conatus adsurgere illas pallentes sordibus manus paululum, tamquam amplexus daturus erexit, nec usque in cervices meas spiritu iam deficiente perlatas in suum miser iterum 5 cubile deiecit. totus ille circa nos carceris populus obticuit, et, ne colloquiis nostris terribilis catenarum stridor obstreperet, lassatos artus in sua tenere patientia. ego serius, gravis hinc, si videtur, incipiam: luxuriose, meruisti. ignorat profecto paterni doloris aestus quisquis 10 solacium putat, ut de languente filio queratur, ut moribus mentique maledicat. abite virtutes, ignosce probitas, est ex liberis ille qui moritur. mihi vero fateor hinc aliqua languente filio venisse solacia quod vixit infelix quemadmodum voluit, quod fuit hilaris ac laeta brevis aetas. 15 crede, iuvenis, et pro te iam maluissem, ut luxuriosus esses. cui tu tempori, cui dolori rigorem ultionis, frontem castigantis iniungis? impatientissima res est perdere filium cui videaris irasci. corruptum me precibus putatis ambituque lacrimarum? hoc vicit aeger quod non rogabat. 20 assidebam misero: demittebat oculos, interroganti responsum de lacrimis tantum gemituque reddebat. agebat me deliberante iam victum, cum repente miseris manus velut 20 recidentis amplexus posuit in sinu meo. et cum lassa suspiria per ardentis anhelitus egestis saepe visceribus, 25 cum diu collatis uterque singultibus miscuissemus lassa sine voce lacrimas, tandem spiritu vix in paucissima verba collecto: 'tibi quidem', inquit, 'gratias ago, pater, quod

---

1 illa: illud *BV* 3 pallentes: parentes *B*, corr. *6*; squalentes *Bu*. 4 in cervices: inter vices *BM* (corr. *M*) 6 deiecit *B* 7 nec *B* terribiles *B* 8 tenere *B* 9 serius: serpis *P* an gravius? 12 abice *β* ignoscite *M* 14 quod: qui *P* 17 cui dolori: dolori *S*; cui tu dolori *P* rigore *B*, ~ *supr. 6* 21 assidebat *BM* demittebat *V* 22 gemituque: gemitus *M*, et *supr. m* 23 miseris: miser has *Vσ* 24 reticentis *M*, vel recidentis *m* lapsa *M* 26 lapsas *Sch*. 27 voce *P*

redempturus utrumque venisti; non adeo tamen sensus  
 meos languor hebetavit, ut exitum condicionis huius igno-  
 rem. ego luxuriosus, ego perditus, nunc vero super in-  
 famiam nominis huius emorior. utinam hoc saltem mihi  
 5 sero fata praestarent, ut residuum laborantis animae in  
 tuo poneremus amplexu. sed si mora est longior prope-  
 rantibus expectare pereuntem, ite superstites, ite felices;  
 has tantum reliquias commendate piratis, ne mersus pro-  
 fundo, proiectus in fluctus, exitum faciam hominis, ad  
 10 quem non venerit pater. unde enim sperare possum, ut  
 revertaris, ut facias?' tunc super abrupta verba tota de-  
 fectione conticuit, strictisque circa vitalibus dolorem suum  
 membra riguerunt. exclamavi, fateor: 'quid agis, infelix?  
 cur desperatione conlaberis? attolle paulisper oculos, con-  
 15 firma, dura, te frater elegit.' visa est per hanc vocem  
 meam peracta condicio, continuo pirata detraxit catenas,  
 vincla laxavit. vultis, elegisse me negem? vultis, in lu-  
 cem diemque productus carceri suo reddatur aeger? ego  
 vero non habui verba quibus me deliberare, quibus nolle  
 20 contenderem. vultis scire quid pater, quid pirata praes-  
 titerit? ego duos redemi, sed alterum accepi.

'Ut scias', inquit, 'aegrum redimi non debuisse, de-  
 functus est.' crudelissime generis humani, qui nos putas  
 pretium tuum perdidisse, audi, quam multa nobis in mo-  
 25 rituro filio pirata reddiderit. frater tuus ille inter vincula  
 catenasque deficiens respiravit aliquid in toro tandemque  
 liberis vinculis manus per totius lectuli spatia iactavit,  
 post impias carceris sordes illum cum ferali veste squalo-  
 rem exiit, paulisper aeger vidit propinquos, allocutus est  
 30 amicos, mandavit, exegit, et quamvis suprema sorte con-  
 labens, prius tamen luce caeli libera satiatum est. contulit 21

2 hebetabit *BM* 3 et ego perditus  $\beta$  5 facta *M*  
 6 tuos... amplexus *V* 9 protectus *BM* 12 circa dolorem  
 vitalibus *M*; vitalibus circa  $\beta$  15 per: post *V* $\beta$  $\sigma$  17 vultis *B*  
 18 carceri suo *om. B, in marg. add. b* 20 qui<sup>d</sup> pirata *M*  
 23 crudelissim *B, e add. b* 26 toto *B, corr. b*; thoro  $\beta$   
 31 coeli luce  $\beta$

mihī grande, velit nolit, fortuna in orbitate solacium, filium qui relictus mea fuit moriturus invidia, non occidi, sed perdidī. quid ais, iuvenis? ita si moriturum filium redimere non debui, non sufficit haec tibi de me poena quod ille decessit? irasci patri tantum fortasse fas esset, si viveret frater. tunc alimenta quaerenti respondere posses: 'posce praelatum.' quantum intellego, qui de mendicitate patris vindicaris, aegri es redempti iuvenis inimicus. nescis quid sit invidiam facere patri. melior erat tua causa, si mei misereris.

At quanto, dii deaeque, alius fuit ille infelicissimi iuvenis affectus? nuntio enim et audiente et tota civitate teste proclamo: tibi gratias agebat ille, dum moreretur. credo mehercules hoc miserum dolore consumptum quod sibi videbatur pretium suum mihi perdidisse. non aliter igitur quam si te praesente deficeret, 'per illud', inquit, 'frater optime, natalium nostrorum sacrum venerandumque consortium, per socias peregrinationes, per adversa communia, per hoc quod et tu languere potuisti, si te vel tua quandoque virtus vel satietas secura praedonum piratico carcere emiserit, commendo tibi senem quem facimus uterque mendicum. testor immortalia numina et infernarum sedum deos, pascere patrem, si te redemisset.'

Ego tamen, inquit, mihi debeo, quod reversus sum. non quidem quiddam velim, iuvenis, de virtutum tuarum admiratione detractum; audias tamen necesse est in hac pietate verum. evasisse te putas, ingratus? dimissus es. mea pietas istud, mea fecit electio. unde enim evenit, quicquid ante captivitas tua praestare non potuit? iacta,

6 tunc ε: nunc ω 7 qui de: quidem B 8 patris om. B  
 11 at: ah B 14 hoc me miserum B 19 per et hoc B,  
 et del. b velut B 20 quandoque (2 vel 3 litt. er.) M  
 21 carcerem miserit B; carcere remiserit V; carcere miserit M  
 23 sedum (i supr. b) α: sedium βγσ redemisset V 25 qui-  
 dam M; quicquam Vmβσ iuvenis velim β tuarum om. P,  
 supr. p 26 ammiratione Vβ; admiratione (4—5 litt. er.) M  
 detractum om. P, supr. p 27 pietate: parte Obr. eva-  
 luisse J 29 non (3—4 litt. er.) M



quantum voles, effractum carcerem, ruptas catenas; vis scire quid neglegentes fecerit securosque piratas? acceperant pretium duorum.

Intellegit, iudices, et ipse iuvenis, non esse se calamitatium nostrarum iustitiae parem, et sic agit, tamquam alere non debeat. itaque transfert in hoc defensionem, ut posse se neget. quid dicitis, iudices? feretis hoc dicentem iuvenem corpore atque aetate robustum. non habes opes, sed membra, sed vires. nam neque ego laborem nec difficiles posco conatus, contentus sum, iuvenis, ut velis. cibos me poscere putas? humeros quibus incumbam, manus quas eliso pectori apponam, sinus, in quos egeram exhaustarum reliquias lacrimarum, ut sepelias, ut haec cum miseri illius membris ossa componas. non alimenta quaero, sed filium. quid? quod ne grave longumque supremae pietatis exigimus officium? non diu viverem, etiamsi me duo pasceretis. securus sis, brevi te gemitus mei liberabunt, assiduis planctibus everberata vitalia. quid me remittis ad turbam? quid facis rursus omnibus gravem? consumpsi fletus, clementiam civitatis exhausti. non alit populus hominem quem pascere filius debet. quid sibi vult haec aliena calamitatibus nostris, aliena virtutibus tuis, iuvenis, asperitas? abstulisti mihi malorum quoque meorum verecundiam. quicquid faciebam, mendicitas est, ex quo reversus es. durat in suscepto rigore iuvenis et ad misericordiam non memoria fratris, non patris contemplatione deflectitur.

Exclamaret alius hoc loco: ex tua fide dignus quidem eras, impotentissime generis humani, quem in tormenta mea doloremque redeuntem vincla rursus ac poena carceris exciperet. et insultes huic confessioni licet, alligare non possum. quid mihi miseras ultiones, quid triste mon-

4 esse se: essent *BV* calamitatum *V* 30 10 contemptus *B*  
 11 humeros: numeros *β* post humeros *add.* posco *β* 13 reliquia *V* 14 ossa *supr.* *B* 17 brevi te: brevitare *V* 20 exausit *B*, h *supr.* *o* 23 aperitas *V* 25 ex: sed *α* es: est *σ* 28 tuam fidem *V* 32 mihi *bis* *B* monstrasti *M*, vel tis *supr.* *m*

stratis auxilium? faceret hoc pater qui redimere noluisset. age nunc, vivacissima senectus, redeamus ad preces quod solum vis paternae pietatis agnoscit, hic quoque rogemus. per ego te, iuvenis, illos meos, de quibus nunc quereris, annos, per expertos tibi notosque humanorum accidentium 5 casus, per infelicis illius manes cui nec hoc saltem contigit, ut te reverso, te praesente moreretur, pasce nunc, quod te redimere volui, pasce, quod fratrem tuum redemi. non ego lassitudinem tuam posco, nunquam otium meum, nec ut ipse securus quietusque transigam diem, tuas ope- 10 ribus manus, tuum laboribus adsigno sudorem. iungamus mutuae pietatis officia, par flebile, par omnibus aetatibus nominibusque reverendum. est nobis negotium cum civitate mitissima. quanto libentius dabunt, cum viderint pariter unaque miseros mutua sustentatione conexos? et 15 ego quidem rogabo qui soleo, sed in tuos sinus populus congerat stipes. quicquid preces, quicquid impetraverint lacrimae meae, accipe, tuere, dispensa. pro tua fama, pro tua sum pietate sollicitus. ego mendicabo, tu pasces.

1 noluisset  $\equiv$ ge **B**, in ras. EPILOGVS P CONQUESTIONĒ  
 2 vivaçissima **B**  
 3 vis om. **B**, supr. **o** 4 per om.  $\beta$  ergo **P** 5 exper-  
 tibi  
 6 hoc ex hos **B**  
 7 et reverso **BV** pasce: parce **BM**  
 (vel parce quod melius est *m*) 8 parce **BM** 9 nunquam:  
 tanquam *Obr.* 11 sudorem: laborem **P**, sudorem *supr. p*  
 12 p flebile **V** 15 sustentatione: substantatione **J** conectos **V**  
 17 preces: prae esses **B** 18 fama pro tua *supr. V* 19 pascis  
**B** (*corr. o*)  $\sigma$

M FABII QVINTILIANI AEGER REDEPTVS EXPLICIT.  
 INCIP̄ CORPORIS PROIECTI IPSA EST MAN' CECAE **B** *mi-*  
*nio scripta.* M̄ · FABII · QV̄TILIANI · AEGER · REDEPTVS ·  
 EXPLICIT; INCIP̄ · CORPORIS · PROIECTI · IPSA · EST · MANVS ·  
 CAE CAE **V** EXPLICIT EGER REDEMPTVS **M** Explicit.  
 M. Fabij Quñtiliani eger redimentus (*sic!*) Incipit Vades amici **P**  
*minio scripta.*

## VI.

CORPORIS PROIECTI,  
IPSA EST MANVS CAECAE.

QVI IN CALAMITATE PARENTES DESERVERIT, INSEPVLTVS  
 5 ABICIATVR. Qui habebat uxorem et filium, captus a  
 piratis scripsit domum de redemptione. uxor flendo  
 oculos amisit, filius retinente matre profectus vicariis  
 manibus redemit patrem. idem in vinculis decessit.  
 abiectus in mare et appulsus ad litus patrium est  
 10 eiectus. vult illum sepelire pater, mater prohibet.

Etiam si, iudices, in hac asperrima condicione fragili- 1  
 tatis humanae, in qua nemo prope mortalium impune  
 vivit, haec omnibus natura est, ut sua cuique calamitas  
 praecipue misera atque intoleranda videatur, inter omnes  
 15 tamen hoc constet necesse est, infelicitatem meam tantum  
 ceteras supergressam, ut prorsus haec sit quae fieri debeat  
 usque ad caecitatem. quid enim passus sum tam leve,  
 ut non comparatio mei felices aliorum etiam miseras fa-  
 ciat? grave est a piratis alligari, magis dicat hoc qui  
 20 sciat quam cito capti moriantur. alligatus sum, sed ta-  
 men miser magis queror quod solutus sum. indigna est  
 impietas in suos. quae quanta versetur in hoc iudicio,  
 videtis. sed mihi hoc quoque querendum est quod me et

De titulo *cf. Dess. p. 82. Valla, elegantiae II 58*: Quint.  
 in declamatione de corpore proiecto.

INCIP ARGV̄MTVM CORPORIS PROIECTI **M** 4 *verba*  
 qui — abiciatur *minio pinxit B*, deseruerit — abiciatur *in spatio*  
*quo separantur duae columnae* 4 qui in: quin **M** 5 *habet*  
**B**, *ba supr. b* 9 patria **V** 10 MANVS CECE *minio V*  
 EXPLICIT ARG. INCIP LIBER, *in marg. causa VII M*

11 <sup>hac</sup> in asperrima **B** 19 etiam ante est *add. β; ante a M*

uxor nimium dilexit et filius. quid ego putarem in re-  
rum natura posse reperiri quod orbitate acerbius videretur?  
non contingit mihi — quod ceteris miserrimum est —  
filium efferre. parum est quod iuveni singularis exempli  
causa mortis fui et tam pretiosa redemptus anima senex, 5  
ominosus morte filii mei, vivo. parum est quod mihi luc-  
tum meum fluctus nuntiarunt, et aliud agenti patri subito  
ad litus orbitas appulsa est, quod miserum iuvenem toto  
iactatum mari etiam, si nemo interpellasset, sero sepeli-  
rem: adhuc supremo prohibeor officio, et, ne quid solacii 10  
contingat, perdo etiam maris misericordiam. inicit erran-  
tem corpori manum mulier et piratis et tempestate cru-  
delior; atque, ut accedat dolori meo cumulus quae hoc  
2 facit, uxor mea est. ne quis tamen erret ignotus, non  
est filii mei noverca, sed mater. o facinus, o cladibus 15  
nostris mutata natura! mater ignem ultimum filio negat  
et mulier quae maritum quoque suum debilitata desiderat.  
quis hoc de ista credat? filium non flet, funditus eversa  
fulmen hoc gladiumque non sentit. comparet dolorem!  
quanto minore causa excaecata est. huius, iudices, poenae 20  
ab ipsa morte repetite crimen. ego sum, ego et alligavi  
filium meum et infamavi et, ne non accedat gravissimi  
doloris comes paenitentia, in illum mortiferum carcerem  
mersi. quo fato parentes miser sortitus est, ut illi vitam  
pater, sepulturam mater auferret? nam ut pietatem filii 25  
mei semel indicem, patrem redemit. si quod ego redie-  
rim, uxor irascitur, reddat rationem cur acceptis litteris  
meis fleverit. atquin miserrimus iuvenis quomodo magis

---

1 delexit *P* ergo *M* 2 acerbius *V* 3 contingit *B*,  
n del. *o*; contigit *M* 4 iuveni singularis *B*, *supr. o*; iuveni<sup>s</sup> *V*  
6 ominosus — mei *om. P* in lacuna ominosus: odiosus *M*,  
vel ominosus *m* 7 patri *om. B*, in marg. add. *o* 11 maris:  
mortis *B*; meroris *V* misericordiam inicit erran *om. in la-*  
*cuna P* 14 faciat *B* 17 suum quoque *V* debilita<sup>ta</sup> *B*;  
debilitate *VPm* 22 nec *M*, vel ne *m* non *om. P*  
25 pietate *β*

temperare potuit officia? lex parentibus in calamitate ferre  
 opem iubebat, uterque parens erat calamitate devinctus,  
 unus autem succurrere utrique non poterat, invenit tamen  
 <viam> ingeniosa pietas, et utrique subvenit dispendio sui.  
 5 ipse venit ad patrem, me remisit ad matrem. hoc si de- 3  
 fendendum est, agnosco partis meas, causam planctibus  
 agam. flere enim certe per legem licet. alioquin diu  
 laudare non expedit. diligenter defendere contrarium est  
 actioni nostrae: ut impetremus funus, moramur: dum nos  
 10 litigamus, dum circa cadaver nostrum orbi rixamur, dum  
 agitur causa defuncti, dum sepulcro lege praescribitur,  
 dum dantur legitima dicentibus tempora, putrescit interim  
 corpus nec totum in sicco iacet. cadaver ab incursu  
 avium ferarumque tantum miserantium corona custodit.  
 15 convenerunt etiam alieni parentes, totus in spectaculum  
 populus effusus est, et ignoto quoque corpori publica hu-  
 manitas quasi quasdam fecit exequias. deflent omnes ho-  
 mines, dolent, plurimorum tamen illa vox est: 'iuvenis  
 insepultus iacet. miser nec patrem habet fortasse nec  
 20 matrem.' iam hominis figuram vetustas paene consumpsit,  
 iam lenta tabes in terram defluxit, iam soluta cute ossa  
 nudantur. quamlibet duraveris animo, non ferres tamen  
 ista, si videres.

Sed audire certe potes: ille est filius noster cuius spes  
 25 ipsas amavimus, quem apud omnia templa et surdos votis  
 deos superstitem precati sumus, a quo sepeliri optavimus,  
 ille amabilis infans, ille blandus puer, ille iuvenis etiam  
 ante hoc crimen piissimus, ille, dum par fortuna paren-  
 tium fuit, propensus in amorem tui. mentior, nisi cum  
 30 peregrinatio mea nos diduceret, maluit esse cum matre.  
 me per omnia maria volitantem, ut plus filio relinquerem,  
 circumvenit saevius ipso mari latrocinium. describam nunc 4

2 iubeat  $\beta$     4 viam *addidi*    6 partes *codd. praeter BV*

10 rixamus *V*    11 legi *B*    perscribitur *V*    17 exequias *B*  
 24 potest *BV*    28 fortuna: natura *M*    parentium *B*: -tum  
*reliqui*    30 deduceret *ασ*    31 volutantem *P*    filio *supr. P*  
 32 circōvenit *P*

ego pendentem fluctibus carcerem et catenas macie mea  
 laxatas et detritam lateribus meis consciam malorum cari-  
 nam et obrutam perennibus tenebris feralis loci cruentam  
 caecitatem? ista vero, si quid pudoris habeo, tacenda  
 sunt. alioquin, quis mihi ignoscet, quod vicarium accepi? 5  
 etiam scripsisse paenitet. o litterae fletibus tremulae! o  
 parum alligatae manus! o dolenda uxoris oculis epistola!  
 cur indicavi, cur scripsi quod uxor ac filius ultimum le-  
 gerent? ut incertum sit utrum me carius redimant an  
 lugeant. cognita clade rarissimi uxor exempli et prorsus 10  
 talis filii mater totos efflevit oculos, fontemque illum per-  
 ennium lacrimarum tantum caecitas clusit. si non te-  
 nuisset, filium vicerat. continuus inde planctus, incredibilis  
 maestitia, assidua lamentatio fuit. iuvenem nescio in me  
 magis an in te futurum impium, si non redemisset, quem 15  
 tu sic desiderabas. ergo profectionem apparat, ut, quoniam  
 reddere matri non poterat oculos, redderet virum oculis  
 cariorem. sed videlicet est quaedam ultima calamitatum  
 rabies, et novissime in furorem vota ipsa vertuntur. reti-  
 nuit iuvenem et epistolis meis legem opposuit. o vanae 20  
 figurationes et pectora hominum alto errore confusa! nemo  
 illam non putabat timere de filio. itaque iuvenis quod  
 ad solacium pertinere credidit, commendavit amicis custo-  
 diam matris, substituit vici curae suae propinquos. neque  
 enim aliter usque ad reditum meum caeca vixisset. quic- 25  
 quid humana ratio valet, contulit. si potuisset redimere  
 oculos matris, qua pietate fuit, vicarios suos dedisset.  
 ipse profectus est solo comitatus animo, nec se putavit  
 ire sine pretio, quamvis ad piratas ferret inanis manus.

---

2 mei β 7 delenda *mPσ* 9 ac *B*, e *er.* et n *supr.* *β*  
 10 et *om.* *B*, *supr.* *β* 11 effluit *M*, e *supr.* *m* 13 continuos  
*BV* 15 redimisset *V* 16 ut: et *V* 18 calamitatum ω  
*praeter B* 21 pecora *B*, t *supr.* *β* 24 sustinuit *B*; susti-  
 nuit *M* vici: via *V*; huic *Obr.*; curae *delere mavult Bu.*  
 neque — vixisset *om.* *P*, in *margin.* *add.* *p* 25 redditum *V*  
 26 humanarum *BV* redimeret *V* 27 suos *om.* *B*, *supr.* *β*  
 29 iuanes *Mσσ*

dicat aliquis, adeo domi nihil reliqueras? adeo longa 5  
 aetate sic vixeras, ut ne pretium quidem tui paraveris?  
 si hoc ita esset, testor deos, de redemptione litteras non  
 misissem. fuit unde redimi possem, iudices, fuit, sed illud  
 5 totum filius matri reliquit.

Navigat ergo per horridos fluctus et gementia litora  
 et spumantes scopulos et quacunq̄ miser relatus est in-  
 auspicatum metiens iter, prorsus ominose retentus perversis  
 etiam votis qui optaret alligari a piratis quos vitare quo-  
 10 que miserum est. quaerit haec omnia impius ille filius  
 propter parentes quod non praestitisset frater fratri, non  
 uxor viro, — quid differimus ultra? — non pater filio.  
 dii immortales, caeli, maris, inferorum praesides, uni mihi  
 adhuc omnes male experti, vos tamen solos habeo testes  
 15 quam invitus redemptus sim. miserum me, perit qui  
 sciebat. nam ut primum pervenit iuvenis ad piratas, ad-  
 ferens redemptionis meae se pretium, e ferali navicula  
 avidus exiit, vicarias oblaturus manus, stravit se ad  
 genua singulorum et, ut cupiditas fecerat blandum, obse-  
 20 cravit omnibus precibus, miserabili planctu et lacrimis  
 paene maternis. nemo umquam sic, ut solveretur, rogavit.  
 nec sane difficile fuit impetrare a piratis captivitatem.  
 maior illi pugna mecum fuit. non dignum illud specta- 6  
 culum latronibus erat, cum pater filiusque de vinculis  
 25 contenderent, et sibi quisque carcerem vindicaret. ego iam  
 usu defendebam meum et in his annis iam maturam mor-  
 tem asserebam. at ille contra: 'ego te in calamitate de-  
 seram? ego alligatum relinquam? et quomodo ad matrem  
 redibo, quae misera desiderio tui dies noctesque fletibus  
 30 iungit? quae vivere sine te non potest?' non dicebat

2 nec  $\sigma$  3 deos *om. B, add. in marg. b* 6 horridos:  
 horr- *in ras. P* littora *B* 7 spumantes  $\sigma\sigma\tau\sigma$  scopulos *V*  
 8 ominose: omnino se *B?*; omnino est *M* (vel ominose *supr. m*)  
 9 visitare *M* 12 differimus *V*; defferimus *P* 13 inferorum:  
 miserorum  $\beta$  14 solus *V* 15 sum *J* periit  $\beta\sigma$  17 e fe-  
 rali: efferali *V*; efferalis *M* 18 exiliis *J* 25 vindicaret *B*  
 27 adferebam  $\sigma$  deseram *om. B, supr. b* 30 te *supr. B*

tamen omnia: et cum adsiduos planctus et inrequietas diceret lacrimas, adiciebat: 'iam paene caeca est. fortasse, si redieris, videbit. in summa: non recedo. fas est mihi etiam invitis parentibus pie facere. non recedo. si perseveras, demus piratis lucrum. aut vicarius ero aut comes.' quantum inter haec flevit? quamdiu cecidit oculos suos? si perseverassem, duos excaecaveram. obstupuerunt pietate tanta etiam latrones, et per immobiles ante vultus fletus cucurrit. non tenuissent fortasse iuvenem, nisi redempturos parentes talem filium credidissent. ipse in se transtulit ferreos nexus, et hilarior alligatus est filius quam solutus est pater. supremum tamen et — nefas! — in aeternum me iam catenatis manibus amplexus, postquam mei cura discesserat, 'matrem', inquit, 'tibi per haec merita commendo. tu illam tuere, defende, ama, ne relinque. sic paria faciemus. illic tu eris vicarius meus, si haec feceris. non irascetur mihi fortasse mater quod ab illa recessi.' sic in navim filii mei male permutatus vector, imponor et qua visum oculi dederunt, ad piratas e puppe prospecto; curva litora et immensum sideribus fretum et turritos urbium scopulos retro lego. miserum me, quamdiu a piratis etiam navigatur? mandata tamen tua, fili, perago, assido, sustento. immo mehercules tu assides, fili, tu sustines, propter quem mihi etiam huius propensior cura est. dum recedere ab uxore nolo, filium non redemi. at illum interim cotidie situs carceris strangulat, insidunt ossibus catenae, exemplum saeculi in myoparone moritur. mater, iam satis est, habes poenas super legem. sepelissent talem virum etiam ipsi piratae, nisi eos conscientia scelerum metusque poenarum ab omni

---

1 inre<sup>i</sup>q̄etas **B**    6 cecidit **B**    9 redempturos *ex* -ores **B**  
 12 quam: quod **P**    13 catenatis: catenis **B**; in cathenis (vel in catenatis *m*) **M**    17 irascitur **V**    18 navem *ω* praeter **B**  
 20 curva litora: curvantora **BV**    immensum: remensum *Ascensius*; emensum *Sch.*    23 assideo *ε*    26 strangulat **V**  
 27 in myoparone *om.* **V** in lacuna; in meo patrōno **M**



litore arceret. quod unum poterant, secundis proiecere  
 ventis. excepit mitior matre tempestas, et, si qua dici  
 potest calamitatum felicitas, prospero cursu cadaver tan-  
 tum quod non ad ipsa maiorum sepulcra depositum est.  
 5 narretur res saeculo nostro diversa, et nescio utra parte  
 mirabilior. filii corpus matri maria retulerunt, mater mari.  
 magnam quidem partem agnosco culpae meae. ego uxorem  
 adduxi et, ne miseram matrem dolore fraudarem, ipse  
 meis umeris adversariam meam usque ad litora tuli. et  
 10 sane adversus <cadaver> prima verba orbitatis animo  
 aestimantem fefellerunt. quis autem non dolentis adfec-  
 tum putasset, cum diceret defuncto filio mater: 'quid enim  
 navigasti? quid maria ingressus es? quid piratas pe-  
 tisti?' nam illa quidem vulgatissima orbitatis vox est:  
 15 'fili, cui me reliquisti?' etiam cum tota supra corpus  
 incubuit, amplexam putavi, etiam cum iniecit tollentibus  
 manum, 'et hoc', inquam, 'solent facere matres, ut funus  
 morentur.' at ista legem recitat et in cadaver filii 8  
 perorat.

20 Tace, tace, misera, ita tu istud optasti? sola scilicet  
 calamitatibus nostris adhuc defuit culpa, ut cum saevitia  
 nimiae quoque felicitatis turpis sit, procedat inauditum  
 antea monstrum, misera crudelis: si quid irati dii reli-  
 querunt, si quid infelicitas oblita est, suis manibus per-  
 25 dere cupiat. detracta est fortunae invidia, quando suo  
 quoque iudicio mater post amissum filium parum misera  
 est. lacrimas ipsas novissime perdo, inanis domi libitina  
 plangitur, derisus designator redit, refertur rogos. inter

1 littore *a* secundis: seculis *B* 3 calamitatum *ω*  
 praeter *B* tantum quod non: tantum quod *B*; tantum quo *M*  
 5 res *om.* *V* 6 rettulerunt *BM* (*m exp. t*) 8 matrem *om.* *V*  
 9 littora *VP* 10 adversae *Sch.*; *an* adversa prima *v.* ?  
 cadaver *add.* *Dess.*; eum *add.* *ε* 11 dolentes *P*; doloris *J*,  
 corr. *t* 13 navigasti *na* *millā* quid *P* ingresus *V* pira-  
 tas: piratis *β*; putas *σ* 15 cui: *an* cur ? reliquisti *B*;  
 reliquisti *V* 16 iniceret *β* 18 et: *e in ras.* *M* 20 ita:  
 ista *V* 21 culpa *om.* *B* 22 felitati *V* 23 si: quae si *Sch.*  
 28 refertur: reffectus *V*

haec omnia non gemitus ullus matris, non lacrimae, non questus. putes adpulsum ad litus aliquem esse piratam. unde hunc illi animum? si mala sua ideo non sentit, quia non videt, et hoc boni caecitas habet, eruat aliquis oculos meos. si tenebrae corporis adfectibus non obstant, estne haec uxor mea? estne ille filius noster? liceat dubitare, si fieri potest, et sane vix iam dinoscendam speciem vetustas reliquit, sed adtritae manus et tumida vestigia vinculorum et testis longae captivitatis macies, infelicia argumenta, consentiunt. miserum me! certus luctus 10 est. filium agnosco, uxorem non agnosco.

Ergo quoniam de iure longior pugna est, nobis festinandum est: sint primae precum partes. adeste universi utriusque sexus parentes, dum matrem in exequias filii rogo. per matrimonium te vetus et per mutuam carita- 15 tem quae utrique nostrum magno constat, adicio, per commune pignus, per annos pariter actos, et beneficio filii plures, per meum in te obsequium, iam mei miserere cuius soles. crede mihi, hoc quod patior, carcere peius est, captivitate crudelius. mea ista poena est. quid tibi 20 tantum mali feci? quid offendi? certo ego te non reliqui.

9 Iam si totum adfectum in hunc consumpsisti virum, et omnis per oculos misericordia effluxit, tulerit sane filius noster merito poenas, dederit spiritum supplicio. nihil de praeteritis loquamur; [quod postulavit Cicero etiam ab illo 25

---

4 vidit **B** eruet **V** 5 si: sed  $\beta\sigma m$  8 adtritae: at-  
 tricīae **M** 12 ergo *exp. man. 3 codicis P* 13 precium **P**  
 16 adici  $\alpha\sigma$  18 osequium **B** miserere mei cuius **M**  
 19 soles: solius **BM** (*in marg. vel cuius soles quod melius est m*)  
 21 reliqui **B** 22 consumpsisti: consumpti **B**, consumpsi **b**  
 24 dederis  $\beta$  suplitio **B**; supplicio **M** nihil: n **B**, -ichil **b**  
*in ras.* 25 *sqq. verba inclusa ex Cic. Verr. 5, 117—119 esse deprompta iam monuit Sch., cf. Dess. p. 84, H. philol. Wochenschr., neque credibile declamationis scriptorem ipsum tam inepte Ciceronis verbis usum esse, sed etiam verba tu vende — habeo manus p. 119, 5—7 num sint genuina, aliquis dubitet* 25 cetero **V** etiam *om.  $\sigma$*

crudelissimo Siciliae tyranno,] mors sit extremum. [quod quidem cum permissum non esset, pernoctabant ante ostium carceris pretio redimentes sepeliendi potestatem. quid? tandem hoc Marcus Tullius, patres matresque, promeruit] 5 tu vende saltem quod sub Verre crudelissimum fuit. certe ego filium redimam, nec mihi pretium diu quaerendum est: habeo manus. nihil moveris nunc et debilitatem tuam iactas.

Singulare feminis exemplum ostendi narrarique desi- 10 deras: sepulturam filii maritus a te impetrare non potuit. vade hercule, si libet, et corpus in fluctus repelle. aut si parum celebri loco videtur abiectum, inice manum et, ne minus te satiet alienum ministerium, ipsa potissimum trahe. alteram manum cadaveri impone, altera duc qua 15 frequentissimum rotis iter est et nigra limo via. proterat miserum onustum vehiculum et sanctissimum pectus ungu- lae rumpant. ipsa quoniam defeceris oculis, elisum caput et oppressa ponderibus praecordia manibus tuis pertracta, si quidem istis audeas, etiam dentibus lacera. 20 litigamus, consistimus, in diversum abimus. nempe cum viceris, omnia paria habebimus praeter animum. non se- pelies? vide, quaeso, vide, ne, dum litigas, harenam fluctus aggeret, iniciat humum misericors populus. obsta, si cuius clementia tumulum fecerit, effode, et, cum talis sis 25 mater, aude indignari et exclama: 'magis amavit patrem.' cruces succiduntur, percussos sepeliri carnifex non vetat, ipsi piratae nihil amplius quam proiciunt.

Mater, quamquam hoc nomen profanari nefas est, si 10

1 mors sit extremum *H.*: morsit extremam *BV*; mors sit extrema malorum *Mβσ* 4 patrem *B* promeruit *ε*: misere vel -ae *BVσP*; misere  $\equiv$  (s. *er.*) *M*; marth<sup>2</sup> *S* 5 saltem vende *M* Verre: vire *P*; vere *S* 11 fluctum *BM* 13 sacet *B* ipsa pose<sup>t</sup> potissimum (t. *supr.* *m*) *M* 14 trahes *BV* manum *om.* *M*, in marg. add. *m* 15 poterat *V* 16 honustum *BV* 19 audeas istis *M* audias *J* 21 patria *B* praeter amicum animum  $\beta$  non: num  $\beta$  23 populos *B* obsta *scripsi*: obstas  $\omega$  25 et *om.* *V* 27 qd *P*

perseverat esse filii sui noverca, ut hac crudelitate videatur digna quae orbitatem suam intellegat, si ultra hostium adfectum qui caesos acie saepe tumularunt, ultra tyrannos, ultra latrones, parum habet non sepelire, nisi aliorum quoque officia praeciderit, et tantum quod non petita 5 ex fluctibus aqua restinguit ignem, si adeo non genuit filium sed effudit et illo infelici partu ingratum uteri pondus exposuit: licet inputet nobis, ut volet quod tueri non potest, singulare mariti desiderium, dicam tamen quod sentio, excusatius odisset virum quam filium. quamquam 10 in hoc mutuae caritatis affectu paria fecimus: illa oculos propter matrimonium neglexit, ego filium, vicem caecitatis orbitate persolvi, tamen quo inter haec quoque mala privatim doleam necesse est, omnem illam quam contraxerat, perdit opinionem. iam inimici triumphant, iam passim 15 locuntur: 'illa exempli mulier, illa saeculi decus, virum redimi noluit nec filium sepeliri.'

Equidem, iudices, ut sentio, neminem non mortalium favere hominis sepulturae convenit, quia haec una res est cuius exemplum ad omnes pertineat, ideoque non nisi ab 20 ultimo parricidio exigitur poena trans hominem. etiam si qua sunt iura quae obstant, si tamen angustus saltem detur accessus, per quem intrare humanitas possit, vera 11 clementia occasione contenta est. sive omnis in defunctis sensus perit, et ad operiendam foeditatem subtrahendamque 25 dolori materiam mortui viventium causa sepeliuntur, seu cum ad infernas sedes anima migravit, unus hic luce viduis honos et suprema face, ut vates ferunt, petitam ulterioris ripae stationem contingunt, quae vera esse et credo miser et opto cito iturus ad filium, certe rerum na- 30 tura ut in generandis alendisque hominibus quae neces-

1 haec *a* 2 suam intellegat: non *supr. m* sed in *marg.*

*add.* in aliis habetur suam intelligat 3 cumularunt *BV*

7 illo *om. M* 9 potes *B* desiderium *ex* desiderium *B*

11 effectu *BM* 13 hoc *β* 14 quam: quod' *P* 15 perdat

*M* opionem *V* 20 que *om. BM* 24 occisione *Obr.*

27 hun? *B* (*corr. b*) 28 et: seu *Dess.* petita... statione *BV*

saria erant, ex se ipsa prospexit, ita, cum rursus opus suum resolvit, corpora nostra quam primum reducere ad principia festinat, ut desertis etiam locis circa cadaver tracta imbribus terra concrevit, adgerunt pulverem venti, et liquefacta multa die membra paulatim humus bibit, etiamsi nullus operit. at ipsa longo tempore in terram ossa desidunt. nobis vero adversus exanimes genuit non solum miserationem quae cogitationi nostrae subit, sed etiam religionem. inde ignotis quoque corporibus trans-  
 5 euntium viatorum conlaticia sepultura, inde iniecta ab alienis humus. facinus indignum, cum haec ita sint: sepultus esset filius meus, nisi incidisset in matrem.

Et haec, iudices, non ideo ego dico, ut adfectu iura corrumpam neque vobis praecipio, sed adversariae exprobro.  
 15 legem quidem istam quidni horream, cum id unum miserimo iuveni sit obiectum quod in calamitate non deseruerit patrem? sed quatenus luctus nostri in ius vocantur, et flenti disputandum est, et orbitati suae mater irascitur, superemus quam exorare non possumus. et quando  
 20 duorum hominum miseriora vota vidistis, ut de his pater, si vicerit, filium suum efferat, mater, si vicerit, abiciat? quae tamen lex est? qui parentes in calamitate deseruerit, insepultus abiciatur. omnis nobis in hac prius causa, iudices, de scripto et intellectu legis contentio est, utrum verborum ambiguitate an voluntatis fide  
 25 standum sit.

Pars enim diversa id nititur parentem fuisse in calamitate eam quae deserta sit; cuius rei poena est abici insepultum. quid tum fuerit in causa, quid sit postea

---

4 tractata *J* 5 humus *B* 6 at: ad *B*; et *M* 7 vere  $\beta$   
 8 quae in cogitationi *M* nostra *M* 14 exprobro legem:  
 exprobro  $\text{lo}$  legē *B* 15 quidam *M* quidni horream: quid  
 inhorream  $\beta\sigma$  horrea *V* 20 de his: deis *BV*; dehis<sup>i</sup> (*i supr. m*)  
*M* 21 afferat *V* 25 fide standum  $\epsilon$ : fide statutum *BM\beta\sigma*;  
 fides tantum *V* 27 pās *P* diversa: a *in ras. m*

consecutum, quomodo legem intellegere conveniat, subterfugit dicere, neque a vestigio scripti recedit, sed nuda recitatione contenta est. nos neque omnibus personis neque omnibus caecis scriptam esse legem, et iuveni iustas ac necessarias recedendi causas et, cui rei semper ius satis plenum est, bonum animum fuisse, postremo non hoc esse deserere contendimus, atque eo causam dimittimus, ut non sit absolvendus adulescens, nisi etiam laudandus. qui autem dubitat, an scripti voluntatem sequi conveniat, is mihi videtur quaestionem temptare incertus qua de re. 10

Ideo pauciora adiciam quod nobis quoque, si ita pergitis, adferet quandam cavillationem ista sermonis ambiguitas, ac videri potuerit omnem actionem partis adversae prima statim recitatione subvertere. nam lex cum dicit: qui parentes in calamitate deseruerit, rursusque cum dicit: insepultus abiciatur, non utique id significat, ut non liceat eum sepeliri, postquam proiectus est. quare aut mihi quoque permittite sic agere, quomodo volo, aut, quod magis vestram religionem decet, indignam sanctissimis auribus verborum captionem ex utraque parte praecidite et, cum filium singularis exempli probavero, fortiter sentite, nullam unquam a maioribus nostris poenam scriptam esse pietati.

13 Atque in eo quod primum proposueram non ad hanc rem pertinere legem, non diu versabor, neque dubitatione quam non habet, adferam moram. neque enim puto, si aetas impedit infantem, valetudo aegrum, res legatum, dux militem, nihilominus obstricta crudelitas non accipiet

1 conveniã  $\beta$  2 nulla  $V$  8 quis  $BV\sigma$  qui — incertus  
*l.* 10 *om.*  $M$ , *add. in marg.*  $m$  9 an *om.*  $BV$  10 videtur:  
 videre  $\beta$  12 adferret  $\sigma$  quandam *ex* quandam  $B$  13 ac:  
 hanc  $B$ ; *om.*  $M$ , *supr.*  $m$  poterit  $\beta\sigma$  pars adversa  $V$   
 14 retractatione  $BM$  (vel recitatione  $m$ ) 15 qui — dicit *l.* 16  
*om.*  $V$  17 eum *om.*  $\sigma$  18 autem  $BV$  permittite: per-  
 mittit et  $BV$  19 indignam *om.*  $V$  21 praecedite  $\sigma$   
 filii  $M$  exempla (vel filium singularis exempli *in marg.*  $m$ )  $M$   
 24 at  $\beta$  25 dubitationem  $BV$  26 habent  $BV\beta\sigma$ ; habetis  
*Dess.* 27 impediatur  $\beta$  validudo  $M$

rationem necessitatis, et cum semel apparuerit patere in  
 eiusmodi causis defensionem, potero plane esse securus  
 nec timebo, ne teneri videatur filius meus, si non potuit  
 omnibus succurrere, dum in ipsa lege occupatus est. pater  
 5 alligatus, mater caeca est, unus utriusque filius, magna lo-  
 corum distantia, habet lex in medio debitorem. duc ad  
 utrum mavis, ad utrumque non potes, nisi hanc condicio-  
 nem misero inponimus, ut quicquid fecerit, prociendus  
 sit. si exierit, mater sepeliri vetabit: si remanserit, pater.  
 10 non dubito fore dubium, quin ius in hac lege fuerit et  
 mihi, nisi forte, ut omnia inique iniusteque conquiritis,  
 hic quoque unius occasione verbi aliud putatis iuvare  
 parentes, aliud non deserere. id est, de hoc dubitare  
 vultis utrum parentibus ubique ferri oporteat auxilia, ut  
 15 ego aestimo; an vero non mereatur adiutorium, nisi qui  
 praesente filio miser est. nam si deserere in calamitate  
 nil aliud putamus esse quam a misero discedere, duo  
 simul scelera permittimus. primum illud, ut etiam qui  
 aderit, possit inpune nihil praestare, siquidem absolutus  
 20 est hac lege qui secundum miserum stetit. quo quidem  
 modo non adiutores calamitosis parentibus filios damus,  
 sed expectatores.

Accedit illud vel gravius quod, cum rerum necessitas 14  
 cotidie nos dividat, si quaedam fortuna parentes nos de-  
 25 prehenderit, quamvis exiguo divisus spatio, inpune opem  
 non feret, non succurret, ut hac saltem se calumnia de-  
 fendat non reliquisse <se>: 'non abscessi neque pede.

---

3 ne **B**; nec reliqui 5 alligatus est  $V\beta\sigma$  7 utrum  
 mavis ad *om. P*, *add. in marg. p sed scripsit maius* potest **V**  
 8 prociendum **V** 10 quin ius: qui nimius **BV**; quinid (*ex*  
*correctura?*) **M** 11 conquiritis **V**; conqueritis  $\beta$ ; conquiratis  $\sigma$   
 14  $\equiv$ ubique (3—4 *litt. er.*) **M** 15 existimo  $\sigma$  16 praesente  
*ex praesente B* 17 nihil **BM** discere **B** 18 quia deerit  
**BV** 21 parentibus ubique filios (fi li- *in ras.*) **M** 22 specta-  
 tores  $V\beta\sigma$  23 accedit *Dess.*: accidit *a*; dehinc accidit  $\beta\gamma\delta m$   
 quod: quo **V** necessitas *om. V* 27 reliquisse se *scripsi*: re-  
 liquisset **B**; reliqui sed **V**; reliqui  $M\beta\gamma\delta$  accessi **BV**

quod aiunt, uno a parente discessi.' erit solutus omni auxiliandi necessitate, quando vestra interpretatione absentia impietatis occasio est. hoc voluisse legum latorem putamus, ut natus ex nobismet ipsis in rebus adversis praesidium parenti labore atque praestantia solveret lucis 5 usuram ubicunque, nisi forte non sumus parentes nisi palam. quid est ergo non deserere? 'opem ferre, non deesse.' omnia haec enim eo spectant, ut auxilio liberorum tuti sint parentes. quod cum ita sit, tam ad me lex ista pertinuit quam ad matrem. 10

Duo unum vocabamus: videamus quo ire debuerit. poteram quidem fortiter dicere: 'pater ei iussi.' hoc nomen omni lege maius est. tribunos deducimus, candidatos ferimus. ius nobis vitae necisque concessum est. si non fecerit quod iubeo, non deferam illum ad sepulturam. ne- 15 cesse habuit parere. non deseruit, sed abductus est. crede, 15 non contemptu tui venit in carcerem. sint sane iura paria, sedeatque medius inter duos filius iudex, non comparabo personas, quamvis apud omnes gentes plus iuris habeat pater, sit sane natura communis, non inputabo 20 quod nomen dedi, quod familiam, quod inpensas, quod, dum illi adquire, captus sum. non indulgentiae discrimen excutiam, de qua iam lite concessum est.

Fuerint quidem ista facienda, sed ego ius meum re- primo: inter duos parentes caecus adfectus est. exorabit 25 qui prior rogaverit. tempore certe vinco, ante miser esse coepi. tu adhuc integra es, ego iam alligatus sum. tu sana in domo, ego iam paene defunctus in carcere. tibi

1 discessi erit solutus *scripsi*: discesserit solutus erit **BV**; discessi  $\equiv$  (1 *litt. er.*) et solutus erit *om.* (*supr. m*) **M**; discessi solutus erit  $\beta\gamma\sigma$  4 natos **BV** praesidium: praeditum **BV\sigma** 5 praestantia: praesentia **VJS** solvere **J** 7 ergo est **M** 10 quam: quod **P** 12 ei iussi *Klotz*: eius si **B**; eius si **V**; eius sum **M** (vel iussi *supr. m*); iussi  $\beta\sigma$  13 didicimus **BV** 17 contemptu tui: contemptui **B** carcere **BV** 18 patria **M** filios **M\sigma** 20 inputatur **M**, *corr. m* 21 familia  $\beta$  22 indulgentiae: vel intelligentiae *supr. m* 23 litem **V** 25 effectus **M** exorabit **N\gamma\sigma**: exoravit  $\alpha$ ; exorabis  $\beta$  28 defunctus **P**



adhuc non opus est filio, ego iam rogo. nempe calamitas tua nata est post epistolam meam. nisi te flentem consolari filius voluisset, ante caecitatem tuam exisset. noli mirari, si te gratia vinco; ante exoravi filium, quam tu  
5 rogares.

Si quisquam figuratione quadam in hac malorum con-  
dicione iudicem ponat, fortuna quaeso absit cuius tanta  
calamitas fuit. abstulerat quidem tibi oculos nimius ad-  
fectus, et de quinque rerum sensibus pars una cessabat,  
10 et tenebras, etiam salvis luminibus alternans, continua nox  
duxerat. maius est tamen malum quod sic fletur. nam 16  
ut merito queri possis ablatas videndi voluptates, impe-  
ditos rerum actus, tamen, si non iniqui iudices sumus  
nec ambitiose miseri, sunt quae his mederi possint. re-  
15 feram, non solum quia vincenda mihi, sed magis etiam  
quia consolanda es. nam quando omne tormentum cor-  
poris abest, dolorque membrorum qui totam cogitationem  
in se rapit, feliciter cessat, superest, ut cruciet nimium  
otium et assidua quies: res, si non sint necessitate, io-  
20 cundae. nam visus damnum sarciunt reliquae voluptates,  
odor, gustus, tactus, auditus; quibus tamenetsi deesse sum-  
mam fatendum est, non est tamen maximae calamitatis  
loco numeranda parum plena felicitas. domus certe pro-  
pria lectusque genialis, conventus propinquorum, sermo  
25 amicorum, ipsa — quod raro contingit — honesta cala-  
mitas et in quacunque fortuna beata libertas: tot volup-

---

4 quam: qd' **P**    6 malor<sup>v</sup>om **B**    8 oculos tibi **M**  
10 alternas **V**    14 ambitiose: ambitio ne **J**, n in s t; ambi-  
tione **ε**    quae *Dess. p. 97*; qui **ω**    his mederi: his ederi  
**BV**; insideri **M**β; misereri his ederi **σ**; mederi γ̄̄̄    possint  
**V**β̄̄̄: poss̄ **B**; possunt **M**    quibus mederi possit *Ascensius*;  
quibus mederi possimus *Bu.*; qui sibi mederi possint *H. p. 57*;  
quae mederi possint *Dess. p. 97*    quae referam *Sch.*  
15 quia: qui **S**    etiam — nam *om.* **S**    16 consulanda **B**,  
eō solanda **P**    es **VP**: est **BM** (vel res *supr. m*) **σ**    18 cru-  
ciat **M**, *corr. m*    19 assidua *ex* atsidua **B**    iocundae α:  
iucundae β̄γ̄̄̄    20 visu **M**    21 post tactus *add.* odoratus β̄  
tametsi β̄̄̄    deesset **BV**    25 rara **J**, *corr. i*

tates obruere possunt unum dolorem. nam lucis desiderium, si malis meis compararis, etiam delicatum est. non enim aliquid rerum natura genitura est spectaculo nostro novum, ac non quicquid speciosissimum pulcherrimumque visuri sumus, vidimus. tenebrae nempe cotidie: nox oritur, 5 et aequam temporum portionem involvit obscuritas, et ex parte sui ipsa quodammodo caeca natura est. cui alienis oculis uti licet, audire, imperare, cuius ministeriis officia non desunt — non enim defuerunt — nisi se erigit, et fortunae suae rationem reddit, et praesertim in tam bona 10

17 caecitatis conscientia, animi vitio miser est. non debet dolere quispiam qui potest gloriari: quamquam cuiuslibet et quaecunque causa hunc incursum passae levius est tamen malum feminae. non enim navigatis, non legationem obitis, non frequenti peregrinatione variatis aspectus, non 15 militaris vos, non forensis ratio deducit. alioquin semper estis intra domum, uno plurimum loco, levibus officiis adfixae. tuum quidem adfectum si bene novi, nulla magis causa caecitatem doluisti, quam quod ad redimendum maritum ire non posses. 20

Haec tua calamitas erat. aestimemus meam. nulli quidem gravior visa est quam tibi. audi tamen quam multa in illis epistolis non scripserim. o fili, in quibus te malis reliqui? iam illa principalis ac maxima dono deum concessa libertas, nec hominum solum sed ferarum 25 volucrumque sensibus fixa et ingenita, primum spoliolum fuit. me ipse perdidit, teneor venale mancipium, et civis Romanus merces fio, et libertatem senex dedisco, et natus ingenuus venire opto. minimum est: habitamus in fluctibus, hiberni nos ferunt venti. non statio, non sedes, non 30

---

2 compararis *scripsi*: comparares *BVσ*; compares *Mβ*  
 etiam *om. B* 4 hac *B*; h *del. b*; an *Bu.* 5 tenebrae *om.*  
*Mβγσ* nempe *om. M* 10 reddidit *B*; cedit *Bu.* 12 quip-  
 piam *βσ* 13 passa *α* (vel *passe supr. m*) 14 femininae *B*  
 16 miliaris *B*, t *supr. b* 19 maritum: virum *β* 20 possis *V*  
 23 o: et *M*, o *supr. m* 28 mercis *V* didisco *P* 30 fe-  
 riunt *γϵ*

quies, sed, quod malorum meorum maxima portio est, tam  
 miseri sunt etiam domini mei. cito praetereunda est  
 memoria propter me uxori gravis, mihi propter filium.  
 transeo hirsutos hostium vultus et immanium barbarorum 18  
 5 feros fremitus, tantumque mihi cotidie esse metuendum  
 quantum pati captus, audere pirata potuisset. nihil est  
 desiderio suorum gravius: timui, ne quem ex meis vide-  
 rem. nihil tempestate minacius: cotidie naufragium optavi.  
 nam mortem, confiteor, senili inertia una causa minus cu-  
 10 piebam, ne defunctum nemo sepeliret. quam vestem re-  
 lictam captivo putas nisi quae praeda non erat? quales  
 epulas cibosque praebent qui ipsi rapto vivunt? nam illa  
 quidem satis digne quis dixerit: udum carcerem et inun-  
 data sentina vincula et impositum nuda trabe inrequietum  
 15 latus, revinctas pone tergum manus, alligatos, tamquam  
 esset qua fugeremus, pedes? solae in carcere tenebrae  
 iuvabant. saepe de auribus questus sum quae sonum fla-  
 gellorum gemitumque caesorum quamvis impexis obrutae  
 comis acciperent, dura metus sui exempla. miserum me,  
 20 fili, nempe morbo peristi. compara terram mari, domum  
 navi, lectulum carceri, libertatem servituti, desiderium ocu-  
 lorum totius corporis damno. quo nos longius ducit ca-  
 lamitatum nostrarum misera contentio? caeci etiam liti-  
 gare possunt, captivi nec vivere.

25 Verum haec etiamsi in aequo ponerentur, multum ta- 19

---

1 sed: et *Sch.* 3 gravis  $\epsilon$ : gravius  $\omega$  4 hirsutos *V*  
 ostium *B* 5 gemitus *V* 6 audere: vel audire *M*, corr. *m*  
 8 nihil nisi tempestate *BV* 9 confitebor *V* $\beta$  $\sigma$  seniles *V*  
 13 digna  $\alpha$  udum: nudum *VS* carcere *S* inundatam  
*M* $\beta$  $\sigma$  14 sentina vincula *V*: senti navicula *B*; sentina navi-  
 culam *M* $\beta$  $\sigma$  inrequietum: -etum *ex correctura M* 15 pone  
 tergum *Parisinus 1618*: ponet ergo *B*; pene tergo *V*; post ergo  
*M*; post tergum *m* $\beta$  $\sigma$ ; pone terga *Dess. p. 71 sq.* 16 tene-  
 brae *om. V* 17 iuvabant *V* quae *om. BV* solum  $\beta$   
 18 implexis *B*; implexis *M* $\sigma$  (vel impexis *m*); impexit *S*; am-  
 plexis *V* obrutae: -rutae *in ras. M*; obruptae *S* 21 nave *B*  
 22 calamitatum *VM* $\sigma$  23 caeci: certe *P* litigari *V*  
 25 etiamsi in aequo: etiam sine quo *V* poneretur *BV*

men in alteram partem debuissent habere momenti, quod plus mihi poterant prodesse quam tibi. ei labori oportet incumbere, ubi effectus promittitur. stulta cura est quae spem non habet. ego redimi poteram, tu sanari non poteras. qualiscunque ista calamitas, inemendabilis cecidit: 5 non remedium accipere, non vicarium potest. assedisset scilicet lectulo inefficax sedulitas et acceptis epistolis meis iuvenis filius nihil aliud quam cum matre flevisset. quia profectus est, alterius tamen parentis calamitas emendata est. si remansisset, et matrem caecam haberet et patrem 10 captivum. adice <eo> quod tibi non necessaria filii praesentia fuit. adsidere enim, cibos ministrare, manum porrigere quilibet poterat. mentior, nisi factum est, me ab illis captum tam dura condicione venalem, quod utique in confessione est, nemo alius redemisset quam filius meus. 15

Et ego sic ago, tamquam hoc tantum filius propter me fecerit, quamquam in hoc litigatu quodammodo tibi ipsa excidisti: et quamquam id agas, ut merita tua iniuria vincas, novum induisti rigorem, non prohibeo tamen testimonium. ad redemptionem meam filium ipsa misisti, 20 cum sic plangeres, cum mortem precareris, cum te omni viduatam voluptate clamares, cum saepius gemeres captivitatem meam quam caecitatem tuam. non erat illi ferreum pectus nec cor silice concretum, ut haec pati posset

23 sq. cf. HIER. epist. 14, 3 (p. 30): non est nobis ferreum pectus nec dura praecordia.

1 habere *ex* hebere **B** monumenti **BM** (vel momenti *m*)  
 2 poterat *Obr.* quam: quod **P** eo **BV** labore **VP**  
 3 quae: quam **V** 4 ego **B** (*supr. b*) 6 non remedium —  
 assedisset *om.* **V** 7 scilicet e lectulo **BV** epistolis: epulis **σ**  
 8 quam: quod **P** 11 adice eo **BV**: adicio **Mβσ** 15 aliud **P**  
 16 *supra verba ago sqq. in B aliena manus scripsit* et eo ag<sup>o</sup>ocū  
*sed paulo oblitterata sunt* haec **σ** 17 hoc: hac **B** liti-  
 gato **BV** quodammodo **ε**: quodam meo **ω** 18 quamquam:  
*alterum quam ex correctura M*; qd'qd' **P** 20 vel versus in-  
 cipiatur in filium et post meam finiatur *m in marg.* 22 volup-  
 uo  
 tate **B** (*supr. b*); volantate **V** 23 illi *om.* **V**

aequo animo. tu filium prima docuisti sibi non parcere  
 potius quam plus flere, potius quam ipsam rescindere  
 caecitatem. profectus est, maritum tibi reddidit. o crimen<sup>20</sup>  
 grave! si hoc ante fecisset, videres. at retinere non po-  
 5 tuisti. non dicam tibi: habet pietas impetum suum, nec  
 ullum dominum novit adfectus: nec ille potuit te retinere,  
 ne fleres. audi quod est verius, aliud putavit. non erat  
 credibile obstare te redemptioni meae. interpretatus est  
 maternum metum, et maris domui nostrae male experti  
 10 periculum credidit, timens, ne, si tibi non paruisset, nemo  
 non vos putasset concludere. ceterum me poterat non re-  
 dimere, cum tu clamares: 'caeca sum, oculos desiderio  
 viri perdidit, solitudinem ferre non possum.' ita ille ad  
 redemptionem meam excusatus profectus esset, si me  
 15 minus desiderasses? dubitabitur, an tua causa fecerit? et  
 filium et virum habere non poteras. reddidit tibi quem  
 magis amabas. siste iam lacrimas, maritum reducem in-  
 columem accipe. quid irasceris? quae tanta mutatio est?  
 quis hoc crederet? quereris discessisse quem odisti, cum  
 20 eum nolis redisse quem diligis. atquin si, ut supra pro-  
 bavimus, is parentes in calamitate deserit qui opem non  
 fert, et, ut nunc ostendemus, optimus filius corpore suo  
 adiutoria matri redemit, profecto opem tulit, id est, non  
 deseruit. nam si, ut ante dixi, si ne vestigio quidem abisse  
 25 a miseris licet, ne ipsorum quidem causa qui adiuvantur,  
 discedere fas erit, ne cibos saltem petere aut alia usibus  
 necessaria parare continget. si vero, dum adiuvatur pa-

2 plus *om.* **P** fere **B** 3 caecitatem **V** 6 te potuit **V**  
 9 nostram **B**; nostra **V** experti **J** 10 si<sup>3</sup> (*t videtur er.*)  
**M** non *om.* **BM** (*in marg.:* in alio habetur ne si tibi non  
 paruisset *m*); ne nisi tibi paruisset *Dess.* 13 solitudinem **V**  
 15 minus: minim **B**, *corr.* **b** dubitatur **σ** an id tua **M**  
 18 mutatio **V** 20 atquin: atq; **B**; atq; **M** si ut: sicut **M**;  
 si *om.* **σ** 21 his **V** 23 redimit **B** 24 si ne: ne **M****σ**  
 25 amiseris **B** qui: quia **B** 26 discere **M** ne cibos **V**:  
 negi hoc **B**; nec cibos **M****σ** perē<sup>te</sup> **B** 27 continget **γσ**: con-  
 tingat **α**; contingit **β**

rens, nihil refert, ubi sit ille qui adiuvat, quia praesens cura exhibetur, quidquid tibi ego praestiti, ad auctorem muneris, id est, ad redemptorem meum transferendum est. non adsedi, non consolatus sum, non ministravi, non tuli, non denique totus tibi redivi.

21 Verum fatendum est, si desertam te putas, mea culpa est. sed iam tempus est ista quae non excusata debent videri, verum pulchra atque magnifica, animo maiore defendere et, cum iudicium agatur exempli, tandem causam suam intellegere. hoc saltem habebis, miserrime fili, quod 10 honoratis contingere funeribus solet, defunctus laudaberis. omnia licet huc revocemus praeterita, et ad canendas unius laudes universorum vatum scriptorumque ora consentiant, vincet tamen res ista mille linguas, ipsamque, si sit aliqua corpore uno, facundiam materia superabit, 15 etiamsi nihil dixerò, nisi quod obiectum est. lucem libertatemque patri filius reddidit, et, quod ante inauditum est, magis me amavit quam vellem. ingressus est maria, in quibus iam minimum periculi tempestas habet, et, quod inter ista difficillimum est, amore mei vicit etiam matrem 20 suam. tace, nefaria lingua: ergo tu ista laudas? obtulit se captivitati, quia sciebat grave esse alligari: malis patris successit. subit libens poenam pietas etiam sceleribus gravem. tu melius, uxor, quae facturum retinebas. compare nunc, si quis patrem per hostes solus tulit, qui 25 cum venientia in patrem tela excepisset, simplici tamen morte defunctus est. unum legimus qui vicarias pro patre non quidem piratis aut mari manus obtulerit, sed ubi

---

2 cura  $\equiv$  *M* ante ad add. filio *B*; filii *V* ad om. *P*,  
 supr. *p* 4 non tuli: num tuli *M* 5 redibi *B*, b del. *b*  
 7 ista om. *M*, supr. *m* accusata *M* 10 hoc — contingere  
 om. *B*, in marg. superiore add. *b* saltim *V* 11 defunctum  
 laudaveris *V* 15 superavit *V* 17 patri: i in ras. (2 litt.) *M*  
 18 quam: qd? *P* 19 minimum: vel nimium vel minimum,  
 utrumque est bonum *m* in marg. periculum *P* 20 me *B*  
 21 non laudas *M* (in aliis non habetur non *m* in marg.)  
 26 patre *BV*

redimi posset. me miserum! dicendum est, quod hoc ipso admoneor exemplo, in honore pietatis etiam damnati sepeliuntur. haec alii laudant, ego queror.

Te quidem, iuvenis, omnia saecula loquentur, et ad- 22  
 5 mirabile exemplum tenaci memoriae traditum in ipsa astra  
 sublimem pinnata virtus feret. sed mihi ista laus tua  
 caro constat. non erat satius lectulo matris incumbere  
 et in huius ministeriis deditum secura otia inpendere?  
 soli tibi contigerat, ut posses patrem excusate non redi-  
 10 mere. me interim, ut coeperat, tabes lenta consumeret.  
 me quae debebat sola, senem mors redemisset, et, cum  
 exanime corpus in fluctus esset abiectum, si contigisset  
 similis tempestas, quod aequius erat, tu me, fili, sepelisses.  
 fefellit te ingenitus honestis animis gloriae amor, spes tibi  
 15 perpetuae laudis inposuit. ubi virtus? ubi pietas? peristi,  
 miser, et male audis. non morienti pater adsedi, non  
 aegri caput molliori sede composui, non fatigatum latus  
 mutavi, non spiritum excepi. absens, exstinctus, eversus,  
 mortem tuam inveni. nemo aegro vincla laxavit, nemo  
 20 manus ferro sordidas ad accipiendos remisit cibos. tantum  
 catenarum causa solutus est neglectus, despectus. quidni  
 vilis senis vicarius? inter tot ardentissima febrium desi-  
 deria non habuisti quem posceres. quomodo te vincula  
 composuerant, iacuisti. matrem, patrem, propinquos tan-  
 25 tum cogitasti. numquid indulgeo mihi, quod te puto ex-  
 spirasse in carcere meo?

Nondum matri satisfactum est. quoniam poenas a  
 cadaveribus exigis, audi sequentia tempora. mors ipsa 23  
 filii tui naufragium fecit, per tot fluctus volutatam corpus

2 amoneor *V* honore *B*; honorem *reliqui* 4 ammi-  
 rabile *BV* 6 sullimem *M* pinnata *BV*; pennata *BM̄σ*  
 9 possis *BV* excusate: excusa *V*; excusare *MJ* non te  
 redimere *V* 11 me quae: meq; *V* debebatur *BM* 14 spes  
 σ; spem ω 17 molliori *ex* mollieri *B* 18 excepi *om.* β  
 19 aegra *V* 20 sordidas ferro *V* 21 est: es σς 25 ex-  
 spirasse γ: inspirasse *BM̄σ*; spirasse *V* (*et sic Dess.*)  
 29 filii *ex* filium *V* volutatam *M*; voluptatum *J*

intumuit tot inlisum scopulis, tam spatiosis tractum ha-  
 renis, nunquam tamen infelicius quam cum venit in ter-  
 ram. o quam grave est mori! quanto gravius quod ego  
 vivo superstes filii mei! vivo omnibus diis hominibusque  
 sed ante omnes mihi et invisus et infestus, et ut uxoris 5  
 quoque pietatem perderem, in funere filii divortium fecit.  
 video haec rerum naturae bona quae filio abstuli. omnis  
 me aetas mei admonet luctus: senectus ad quam non per-  
 venit, misera pueritia quam nunc transivit, adulescentia,  
 in qua periit. supersum, ut, si felicissime cesserit, rogam 10  
 meum videam et edacis circa corpus filii mei flammam.  
 si hoc non contigerit, nigrum cadaver et deforme etiam  
 ignotis spectaculum. inter haec mala credetis, puto, si  
 dixero: 'vellem oculos non habere.' quid nunc amplius?  
 ad te, uxor, preces convertam inritas, male temptatas? 15  
 tu vero perge et bono tuo utere. felicem te, quod in hac  
 24 fortuna tua irasceris. ad hoc confugiendum est. per com-  
 munes casus, per calamitatem meam, humanae calamitatis  
 exemplar, ita vos coniuges vestrae sic ament, non sic de-  
 siderent, ita hoc orbitatis meae ultimum exemplum sit, 20  
 ita vobis habere tam pios filios non necesse sit, misere-  
 mini. si vicarium accipitis, me proicite. non invidiosae  
 preces sunt, nihilominus imprecor. non laeta sententiam  
 vestram sequetur gratulatio, non ad templa deducar, sed  
 ad sepulcra. etiam cum vicero, flendum est. si vero 25  
 vincimur, ibo in litus miser, planctibus aves abigam aut

2 quam: quo **P** cum *ex* con **B**; con **Vσ** 4 suprestes **B**,  
 corr. **b** filio meo **β** vivo *om.* **V** 5 omnis **B** et ut  
 Dess.: et **BMβσ**; ut **V** 6 perderem **V**: perdere **Bβσ**; perdo **M**  
 7 vide **β** 8 me: mea **B** 9 nunc: non **α** 10 perit **V**  
 11 edacis: laces **B**; edaces **VM** 12 contigerit *ex* contegerit  
 (corr. **b**?) **B** 13 creditis **α** 14 dixero: dicerem **J** 16 per-  
 gis **β** 17 tua *om.* **ασ** 19 coniuge **V** sic *om.* **M**  
 20 exemplum ultimum **V** 21 filios pios **M** 22 si: (fol. 48<sup>a</sup>)  
 librarius alter codicis **V** scribere incipit accipitis: non acci-  
 pitis **V**; accepistis **Bm**; accepitis **M** 23 imprecor Dess.: im-  
 pero **ω**; impetro **Gr.** letam **BV** 24 vestra **V** sequetur  
 gratulatio: gratuletur **M**, corr. **m**



me corpori filii mei velut tumulus imponam. iacebimus  
 duo insepulta cadavera. me feris obiciam aut circa sin-  
 gulorum domos ad genua praetereuntium ibo: et recepto  
 tam miseris more supplex non cibos petam, non stipem,  
 5 mendicabo terram, et conlatas miserantium manu glebas,  
 aut, quod certe licet, filium in mare proiciam. iam cru-  
 deles aquae et venti male secundi, reddo vobis vestrum  
 beneficium. ferte quo libet, licet ad barbaros, licet ad  
 hostes, licet ad piratas. fortasse aliquis iubebit sepeliri,  
 10 certe, quod sciam, nemo prohibebit.

## VII.

## TORMENTA PAVPERIS.

LIBERVM HOMINEM TORQVERI NE LICEAT. Pauper et dives  
 inimici. pauperi erat filius. nocte quadam pauper cum  
 15 filio revertebatur. interfectus est adulescens. offert se  
 pauper in tormenta dicens a divite eum interemptum  
 dives contradicit ex lege.

1 tumulum **M** 3 domus  $\omega$  praeter **B** 4 iam  $\sigma$  su-  
 plex **B** 7 secundi: saeculi **P**, corr. in marg. **p** 8 bene-  
 ficium **V** licet ad hostes licet ad barbaros **V** 10 scio **H**

EXPLICIT FELICITER **B** M. Fabij QVINTILIANI · COR-  
 PORIS · PROIECTI · EXPLICIT (*atramento*). Incipit Tormenta  
 Pauperis (*minio scripta*) **V** MARI · FABII · QVINTILIANI ·  
 CORPORIS · PROIECTI · EXPL̄ INCIP̄. ARGVMENTV̄ INTOR-  
 MENTA PAVPERIS *minio picta* **M** Feliciter Explicit corpis  
 proiecti. Incipit tormenta pauperis **P** sequitur proximo versu  
*sine subscriptione et titulo declamatio VII in S.*

12 M. FABII QVINTILIANI TORMENTA PAVPERIS **B**

13 liberum — liceat om. **M** 14 erat om. **V** 16 a divite:  
 d diuuet **V** eum ex cum **B** 17 post lege add. **M**: lex:  
 liberum hominem torqueri ne liceat. Opus *minio scrip-*  
*tum* **V** EXP̄ ARḠ ÎCIP̄ TORM̄TA PAVPIS (*in marg.*  
 CAVSA VIII) **M** Paup agit (*in P minio scriptum*)  $\beta$

- 1 Sentio, iudices, plurimum detrahi calamitatibus meis  
 miserationis, quod ad vos detulisse videor nimium fortem  
 dolorem, et tristissimae orbitatis mihi quoque accessisse  
 novitatem quod, cum adversus me tam gravia et crudelia  
 deponcam, patior invidiam hominis exigentis aliena tor- 5  
 menta. non possum tamen vel in vobis approbare quid  
 patiar, quod mihi non est relicta miseri patris infirmitas.  
 percussorem filii mei vidi et miserior sum, quam si nesci-  
 rem quis occidisset. fateor igitur, iudices, ipse miror  
 unde ad hoc probationis genus repente confugerim. vene- 10  
 ram tamquam nuntiaturus indubia, manifesta, nec alium  
 spectaveram publicarum suspicionum de filii mei morte  
 consensum, quam si percussorem videretis omnes. hic, hic,  
 ut torquerer, inveni. postquam satis non videbantur ex-  
 plicare verba quod videram, confugi ad fidem doloris. 15  
 quid faciam, si temeritates quoque nostras conscientia  
 reorum non potest pati? intellexi miseratione factum,  
 qui ut torquerer exegeram, ex quo me dives non putat  
 aliud in quaestione dicturum. neque ego, iudices, quem-  
 quam vestrum dubitare crediderim, ex qua conscientia, qua 20  
 trepidatione descendat, ut quis torqueri nolit inimicum.  
 quos nunc putatis cruciatus divitem pati, quem dolorem,  
 quod hoc mihi negat? quam vellet ideo tantum filium  
 meum non occidisse, ut mihi posset indulgere tormenta?  
 an hoc creditis, iudices, divitem facere legum libertatisque 25  
 respectu, et reum pro exemplo esse sollicitum? ille vero  
 2 nunc laceratur et sic magis nostro dolore fruitur. operae  
 pretium est inimico negare tormenta, cum feceris, ut velit  
 ipse torqueri. illud igitur a vobis, iudices, infelicissimus

3 tristissimae: tissime V mihi ω: inde ε 6 vel in  
 vobis *scripsi*: vel in nobis ω; vel inde vobis *Sch.*; ut velim  
 vobis *Obr.*; hinc vobis *Bu.* quod M 8 quam: quod P  
 12 exspectaveram *BM* 13 quam: quod P vidissetis ε  
 hic *alterum om. M* 16 conscientia reorum: conscientiar eorum  
*B*; conscientia eorum *H*; conscientia quoque reorum *J*  
 18 ante exegeram *add.* ut σ 19 iudices unde quemquam β  
 25 an γσ: ad α (*recte?*); at βσ que *om. P*

omnium mortalium peto, ne cum inaudita, incredibilia passus sim, misereri velitis corporis mei; crudelius et indignius est quam torqueri, non impetrare tormenta. est adversorum meorum et ista novitas quod necesse habetis  
 5 ea mihi ratione succurrere qua odissetis alium: nec quicquam est homine infelicius, pro quo tormenta sunt. percussorem a me filii mei visum esse contendo. facinus est hoc vos non deprehendere, si mendacium est. facinus est hoc me non probare, si verum est. quod ad me quidem,  
 10 iudices, pertinet, orbitatis meae repeto praesentiam, et noctem illam rursus ante oculos meos cogitationes repouunt. iam mihi videor et in tormentis esse confessus. **filium**, iudices, habui sicut erecti ac sublimis animi ita qui nondum suos haberet inimicos et quem nemo adhuc  
 15 nisi causa tantum mei doloris occideret. o parentum misera condicio, quam novis inusitatisque patemus insidiis! nos exasperamus, nos offendimus, inimici tamen liberos nostros oderunt. quis hoc unquam, iudices, simultatum timuisset ingenium, ut eodem aliquis excogitaret animo et  
 20 quod parcit et quod occidit? reliqua, iudices, non debebam nisi in quaestione narrare. felices illos in mei comparatione patres qui perisse liberos suos nuntiis credunt! ego sum inaudita malorum novitate percussus cuius unicus ideo tantum occisus est, ut viderem.

25 Revertebatur nocte pariter, sicut omnia nos vitae ministeria iungebant, et homines quibus non servos praestabat fortuna custodes, tuebatur pauperem mutua pietate comitatum invicem sustinentes, invicem innixi nec nisi magna percussoris diligentia separandi, cum dives medio  
 30 noctis horrore stricto mucrone prosiluit et stupentibus attonitisque miseris confodit illum fortiorem, illum qui

4 adversoriū **P** 8 est *om.* βγ 13 sullimis **M** 15 causa mei tantum doloris *sed additis signis transpositionis* **V** occideret acciperet o **P** 16 quam: quod **P** 18 simultatum **MS** 19 eosdem **M** excogitare σ 20 debeam **Vσ**  
 30 noctēs **V** prosiliuit **V**

fortassis aliquid in mea morte fecisset. confiteor, iudices, nihil tunc oculorum meorum diligentia, nihil egit cura miseri patris. percussor voluit agnosci.

Vos nunc, cives, vos, omnes humani generis adfectus, miserrimus interrogo pater. suadete quid faciam. hunc 5 quem videtis circa me sanguinem, de filii vulneribus excepi. his manibus labentis unici membra sustinui. in oculis adhuc vultus ille morientis, haerent auribus verba super cadaver habita exultantis inimici. fidem tormentorum! quousque percussoris filii mei conscius ero? aperite 10 pectus istud et totum de visceribus meis latronis egerite secretum. vidi, et mihi non creditur. vidi, ita possim et in tormentis idem dicere. aut si conpono, si fingo, urar, lacerer, et non probem. si videtur, torquendus sum, iudices, ut hoc desinam dicere. nec me, iudices, fallit 15 quantam molem accusationis etiam in manifesta veritate susceperim. divitem detuli reum pauper inimicus, occisi pater, et postulo, ut mihi credatur testimonium in mea orbitate dicenti. itaque non deprecor, quominus mihi velitis irasci, donec probem. torquete tamquam mentientem. 20

4 Lex, inquit, liberum hominem torqueri vetat. per fidem, iudices, quis non hoc eum respondere credat cuius tormenta poscantur? nemini, iudices, credo dubium, legem quae torqueri liberum hominem vetat, hoc prospexisse tantum, ne quis torqueretur invitus, et iura quae nos a ser- 25 vilium corporum condicione secernunt, impatientiae tantum succurrisse nolentium. omnium beneficiorum ista natura est, ut non sit necessitas, sed potestas. quicquid in honorem alicuius inventum est, desinet privilegium vocari posse, si cogas. cuncta, si videtur, iura percurrite, nusquam adeo 30 pro nobis sollicita lex est, ut quod praestat, extorquat.

---

3 miseri patris: mei patris  $\beta$  7 labenti **B** unici: unio **S**  
 8 ille: illius **V**; filius  $\beta$ ; illi  $\sigma$  11 latrones **B** 13 si con-  
 pono: si *om.* **P**, *supr.* **p** 20 torqueri  $\beta$  tamquam *om.* **V**  
 30 percurrite **B** 31 praestat torqueat extorquat **P**, torqueat  
*del. man.* 3

dedit caeco talionis actionem. num manus recusantis impellit? iniuriarum, caedis agere permisit, sed non cogit invitos. adeo paene levius est ultionem perire quam potestatem. genus servitutis est coacta libertas et eadem  
 5 iniquitas, quicquid de invito homine facias. vis scire quid lex ista prospexerit? non exigo, ut torquearis. quam multa, dii deaque, non minus sunt iusta, quam lex, exigit quarundam invidia rerum, ut vinci se magnitudo patiatur. et quicquid accidisse mireris, tantundem poscit in ultione  
 10 novitatis.

Filius in conspectu patris occisus est, torque te securi: nihil iniquius fieri potest. ignoscant persuasiones, si facinus istud omnium inlicitarum rerum consumpsit invidiam. et unde tormentis salva iustitia est, plus est de quo quaeritur, quam quo modo quaerendum est. nullum debet  
 15 iniquum videri genus probationis esse quod solum est. et quicquid potuit prodesse severitati, nunquam nocuit exemplo. sufficit libertatis reverentiae quod torquetis inviti, quod contra me non alius invenit.

Liberum torqueri non licet. hoc est, iudices, 5  
 propter quod filium meum dives coram me non timuit occidere. filium igitur meum in conspectu meo occisum esse contendo. quid dicitis? ita non erat contra proclamationis huius fidem, si nunc agere possem quietum  
 25 modestumque miserum? vultis, cum hoc viderim, tantum testimonium dicam? mirum hercules, si scindo vestes, nudo corpus, ignes, flagella depono? insaniat necesse est

1 tallionis **B** (1 del. **b**) **V**; penam tallionis **M** post tallionem praebent libri hanc glossam ipsis verbis contextus immixtam praeter **M**, ubi eam in margine add. **m**: talio dicitur quasi tali poena, id est simili, ut cui oculus auferatur, oculum auferat, vel si quid tale actionem om. **M**; num om. **M**; etiam num **mP**; etiam unde **S**; non  $\sigma$  impellat **S** 2 caedes **M** 3 ultione **B** quam: quod **P** potestate **B** 7 iuxta **B** quam: quod **MP** (vel quam que *supr.* **m**) 8 invidiae **BM**, corr. **m** vinciſ **B** 15 quam: qd' **P** 16 iniquum *Ascensius*: inimicum  $\omega$  17 quicquid **B** (*exp.* **b**) 19 non om. **B** 21 non om. **M**, add. **m** 27 ignes ex isnes **B**

pater, cum solus hoc sciat. fallitur, iudices, quisquis hoc quod postulo, contemptum, quisquis audaciam vocat. filius urit, exagitat, et inter tormenta fugio dolorem. si mentientis est velle torqueri, invenite quid facere debeat qui verum dicit et non probat.

Mentiris, inquit. bene quod et tu fateris non esse mihi sine quaestione credendum. et quas, per fidem, mendacio meo causas dives adsignas? ignoro percussorem. deinde te potissimum, de quo quererer, elegi. an scio, et simultatibus nostris occasionem orbitatis indulgeo? decipi me non potuisse manifestum est. filius meus, cum pariter rediremus, occisus est. an dinoscere percussorem nocte non potui, cum percussor potuerit eligere, fugere? quid ais? iuvenem meum alius occidit, et tu mihi solacium ultionis imples? te accuso scilicet, ut interim nescio quis ille fugiat, evadat. quod tu mihi genus furoris adsignas, ut maximi sceleris ultio pereat falsae accusationis incerto? homo qui me vidisse contendo, cum occideres filium meum, nisi de te vindicor, non reliqui mihi, ut hoc de aliis probarem.

6 O te extra omnes humanorum pectorum adfectus, inimice, sepositum, nunc qui me putas posse mentiri! perdididi infelix illum cariorem pauperibus adfectum. succurrere mihi putas, quod aliquando dissedimus? falleris, deciperis. hominis cuius occisus est filius, unus inimicus est. sane possit aliquis hanc doloris dissimulationem mendacio perferre verborum: 'torqueri volo.' nihil est tanti, nisi verum. videlicet inter ignes ac flagella sufficit mihi, si dixero: 'hic est inimicus, anime, qui nobis subinde male-

7 quas per  $\epsilon$ : qua spe  $\omega$  8 adsignas **B** 12 an: n *in*  
*ras.* **B** 13 potuerit: potuit **J** 14 agis **B** 15 te: t *in*  
*ras.* **B** 17 occasionis **B**, *corr.*  $\delta$  18 homo: non  $\beta$  vi-  
 disset **B** 19 ut *om.* **P**, *supr.* **p** 23 succurre<sup>re</sup> **M** 24 dis-  
 cedimus **V** 27 proferre *vel* praeferre **Bu.**  $\equiv$  nisi **V**  
 28 ignes: <sup>i</sup>ignes (e *ex* i) **B**; omnis **H**; omnes **J**  $\text{C}$  flagella **B**  
 29 animae **B**

dixit, hic ille contumeliosus, ille inpotens.' ego nescio, an mihi possit in quaestione sufficere, quod vidi, et quod inimicus me contendit ideo velle torqueri. tormenta postulo. en ad quod confugiat homo qui se sciat posse  
 5 mentiri. nulla est ratio quaestionum relicta mortalibus, si adiuvant contra veritatem, et sublata est de rebus humanis necessitatis huius utilitas, si iam ultro tuetur explicatque fingentibus. hucusque durant artis ingenia mortalium; et licet sit aliquis secreti firmitate compositus,  
 10 hominem tamen ultra non sequitur animus. non vacat adserere quae finxeris, tunc cum vix prodest et verum fateri. et nemo non contra id torquetur, quod dixit ante tormenta. non refert cuius ad eucleum nominis persuasionem, quas silentii adferas causas. in quaestionibus tan-  
 15 tum corpora sumus, et nemo non contra aliquem torquetur adfectum. exigam quaestionem, an recusem, quid interest? tormentorum <vi> brevi futurus similis homini qui fateatur invitus. novum, iudices, inauditumque rebus humanis aperitur exemplum.

20 Nemo umquam ideo torqueri non debuit, quia mentiretur. sed etsi fas est, iudices, dubitare de fide quaestionum, alius debet esse suspectus, ille scilicet, in quo servilium pectorum recessus, in quo verniles excutiuntur artes. quotiens tortori est rixa cum membris, cum cruciatus agnoscit adsiduis supplicii durata patientia. et homo cui omnino est nova res dolor, corpus applicui quod scissa lacerataque veste primum ferre non potest pudorem, quod nescit ad flagellorum vices membra componere nec ullo verbera frangit occurso. nos, inquam,

---

3 en tormenta *M* 5 ratio est *sed transp. V* quaestio-  
 num ratio  $\beta$  7 si iam: suam *V* tuetur *B* 9 si *BV*  
 11 finxeris *B* 12 non *om. BM* (i alio *h̄r* nemo non contra  
*in marg. m*) antedixit *M* 17 *vi add. s* 21 si  $\beta$   
 24 artes *Bu.*: artus  $\omega$  cum  $\epsilon$ : tum  $\omega$ ; dum *Dess.* 26 homo  
 cui omnino *Dess.*: homini non  $\omega$  corpus: corporis *M*; corus  
*S* applicui *Sch.*: appliciti *as*: applicitum  $\beta$  28 ad *om. J*  
 componere membra *M* 29 accursu *M* unquam *P*

sumus quos leges supervacuum putavere torqueri. unde nobis inter ista secretum? in tormentis libero homini opus est patientia, ut verum dicat.

Sed, inquit, ideo torqueri non debes, quia exigis, ut torquearis. aliud sunt, inimice, tormenta, aliud velle torqueri. felices illos, qui recusare voluerunt! meretur clementiam et favorem quisquis ad illa tremens exanimisque perducitur, quem vix a genibus tortor abducit, cui iam scissas quoque difficile possis eripere vestes. ego quem admodum vultis deprecer qui videor provocasse tortorem? 10 ille, ille sine ulla miseratione laceratur cui ad singulos ictus dicitur: 'ipse voluisti', quem non decet rogare, qui creditur fingere proclamationes, simulare gemitus, de quo primum videntur vindicanda tormenta.

8 Non invenio, iudices quid sperare possit qui mentitur 15 et exigit quaestionem. homini qui vult torqueri, diu non creditur nec verum dicenti. nec est, iudices, quod putetis adeo mihi tristissimam orbitatem omnes humanorum pectorum rapuisse sensus, ut non intellegam petere me quod dives possit evadere, et paene magis pro percussore tor- 20 queri. sed quid me facere vultis? non debeo posse mentiri, homo qui cum filius meus occideretur, interfui. veritati tantum praesto patientiam, exigo quaestionem, in qua quid dicturus sim, nescio; quid debeam dicere, vidi, scio. vultis post hoc argumentis suspicionibus agam? breviora 25 tormenta sunt.

Non invenio, iudices, cur renuat tantopere dives quaestionem, postquam supersunt adhuc incerta ac dubia. facinus est tamen me non torqueri, si mihi torto utique credendum est. quousque me, crudelissime mortalium, 30 metus simulatione deludis? ego magis qui postulo tormenta, timeo, ego qui nihil facere potui, cum viderem

---

1 quos: quod **B**; in quos **V** se per vacuum **V** 9 <sup>s</sup>cissas  
 (s *supr.* alia manus) **V** 18 omnis **B** 20 percussore **B**  
 24 quid dicturus: quid *om.* **P**, *in marg. add.* **p** 27 renuat **P**  
 29 toto **P**



suspecta tibi est nostra patientia. vides enim, hortatur nos contra dolorem primae robur aetatis solidum plenumque corpus. quam facilis, quam expedita res est torqueri miserum? adfero ad quaestionem iam planctibus membra  
 5 liventia. quantum animae, quantum sanguinis orbitas traxit. quanto inbecilliora sunt haec cotidianis lamentationibus everberata vitalia? quicquam ergo fingere potest hic pallor, haec macies, haec iam torto similis infirmitas? adice <eo>, quod nihil minus in quaestione diu possis dicere,  
 10 si mentiaris quam quod oculis scias, et brevissimum confessionis est genus destituisse quod videris. felices, dives, 9 quos tortor interrogat, qui non habent in sua potestate credentes. impatientissima res est posse, cum velis, desinere torqueri.

15 'Quin potius', inquit, 'probas?' fiduciam hominis qui sciat, hoc me vidisse solum. sine dubio, dives, multa te poterant argumenta convincere, si deferret alius, et eras manifestissimus reus, si mihi percussor quaerendus esset. quis enim credibilior in caede pauperis quam dives ini-  
 20 micus? aut de quo facilius constare posset scelere quod non habet <testem>, nisi de sola ultione? non invenit multa verba, vidisse. nec mihi debet perire probatio ista, quia poteras et accusari. exigit probationes, cum facinus sic disposuerit, ne possit probari. quem mihi nox testem,  
 25 quos praestare potuit oculos nuda, semper incommitata paupertas? tibi servus a conscientia sceleris summovendus fuit. et ista ratione quis interesset quem putares posse torqueri? et totum facinus in has angustias redegisti, ut

---

1 <sup>f</sup> vides **B** (f *supr.* **b**)      4 miserum **B**      5 liventia  $\beta$ :  
 labantia **BM**; libentia **V** $\sigma$       6 imbelliora **M**, ci *supr.* **m**  
 8 haec *Klotz*: et  $\omega$  torto: tormento **V**; tortor **P**      9 adice  
 eo *scripsi*; adice **V**; adicere *reliqui*      12 interroget **V**      13 credentis **B** $\beta$ ; desinere *ex* desiderare **V**      17 poteram **V**      20 quod causam non habet  $\epsilon$       21 testem *add.* *Dess. p. 89*      22 vidisse: vidisse ibi est nominativus casus *in marg.* **m**      probatio perire ista **M**; probatio ista perire  $\beta$       23 accusari: i *in ras.* (ex e) **B**  
 24 deposuerit **M**, vel disp. *supr.* **m**      25 et incommitata  $\beta$ **J**; incommitataque **M**

illud soli scirent, qui faciebant, et cui non crederetur. numquid dubitaretis credere, si alius sciret hoc scelus? facinus est, ideo filii mei perire vindictam, quia pater vidi. ego vero, iudices, et ex hoc quod recusat dives quaestionem, partem probationis implevi. accusatoris tormenta nunquam timebit reus, nisi de quo credi potest et ante tormenta.

‘Cur’, inquit, ‘si mihi causae sceleris simultates nostrae erant, non te potius occidissem?’ saeve, crudelis, ego te hoc maxime argumento percussorem probo, quod mihi percisti. tuum fuit hoc, inimice, commentum, occiso filio servare patrem. parcendi tamen mihi vel haec fuit ratio quod defendi non poteras, si duo perissemus. audire mehercules mihi videor illas cogitationes, illa scelerum secreta consilia: ‘quid mihi cum vulneribus, quid cum cruore consumptae et iam paene abeuntis animae? occidatur potius ille iam iuvenis, iam inimicus, de sene vindicabitis me patris oculi.’ vis mirer, quod me nolueris occidere? queri mehercules te puto quod in senectute magni doloris vita brevis est. pepercisti mihi, quomodo excogitant artes detinere supplicia, et de pereuntibus magis saevitia fruitur dolore suspenso.

Agnosco noctis illius, inimice, clementiam. quod me torqueri non vis, ex hoc venit, quod neque occidisti. temptat, iudices, efficere dives, ut incredibile videatur quod occisum ab eo contendo filium. dicturum nunc putatis magis interesse securitatis, ut quis facinus sibi tantummodo credat, et id tutius esse inimico patre quam conscio. plus est quod adfirmo. filium in conspectu patris

1 illi  $\beta$  2 numquid non dubitaretis  $M\beta\sigma$  credere  $\beta$ : credi quaerere  $B$ ; quaerere  $V\sigma$ ; creditorquere  $M$ , del.  $m$  et in marg. add. quaerere 3  $\equiv$ vidi $\equiv$   $M$  (1 vel 2 litt. cr.) 5 post tormenta repetit numquam timebit reus, sed linea del.  $B$  9 occidissemus  $\beta$  saeve Dess.: ve  $a\beta$ ; ne  $\sigma$ ; vere  $\epsilon$  te om.  $B$  10 quo  $M$  12 hoc  $P$  18 miser  $P$  21 detinere om  $V$  fruitur Gr.: eruit  $V$ ; eruitur reliqui 23 inimice  $V$  24 venit: evenit  $\sigma$  28 totius  $B$  quam: quod  $P$  alio ante conscio supplevit Dess. p. 86

occidere sic operae pretium est, si illud ipse facias. perdit plurimam de sceleribus voluptatem qui mandat, et minus gratiae rebus ex nuntio venit. occidet alius te iubente, sed vulneribus illis non fruuntur oculi, sed plus est, ut  
 5 singultibus abeuntis animae, ut cruore satieris, ut conlapsum palpitantemque videas, ut me vidente. convenit, iudices, quod ipse dives hoc fecit, et quod ego vidi: ratio saevitiae est, ut aliquis coram me occidatur, propter quem occiditur.

10 Fidem vestram, iudices, ne me ideo non putetis vidisse, quia nihil feci. servulorum iste libertorumque dolor est occiso homine statim scire quid facias, exclamare, procurrere, fidem deorum hominumque testari; postea cum lacrimis veni. vultis percussorem invadam? vultis fugientem sequar?  
 15 interim deficientem quis excipiet? cui se morientis inponet infirmitas? scis profecto, percussor, facinus ordinare, disponere. filium occidere coram patre secretum est.

Miseremini, iudices, igitur, ut hinc quoque velitis aestimare divitis conscientiam, quod contentus est, ne de scelere quaeratur. non habet fiduciam hominis qui me sciat mentiri? et quod non minus debetis attendere, quam si fateretur, non putat sibi salvum, ut iterum neget. dissimules licet, non est innocentiae metus, cum timentur aliena  
 25 tormenta. quid ait dives? orbitatem meam in tale genus usumque convertet, si paterni doloris auctoritas facinus <tibi> inpingit alienum? deinde non ipse affers eculeos, non ipse disponis ignes? dicerem mehercules te velle torqueri; ego scindo vestes, tu intremiscis, ego ad flagella nudo  
 30 corpus, te facit pallor exanimem, ego eculeos, ego posco

2 plurimum *BV*βσ *Dess. p. 97* voluptatum *Dess.*

3 gratiae gratiae *V* 6 convenite *V* 8 saevitia *B* occidat *V*  
 11 dolor est: dolorem *M* 14 venire *V* 16 facinus: *in marg.*

*sub voce a B* 19 <sup>e</sup>stimare *B* 25 meam: meum β in tale: vitale *P* 27 tibi *add. Dess.; om. ω* aufers *J* 28 dicerem *Dess.:* dicere α (in alio h̄r dic me *supr. m*) σ; discere β; diceres γ 29 intremescis *B*

flammas, tu non habes in meo dolore patientiam. rogo quid aliud faceret qui occidisset?

Quid nunc agam miser? gratiam confessionis ante tormenta consumpsi. scio quanto credibilius fuisset, si hoc statim inter ignes, inter flagella dixissem. et multum de auctoritate primae proclamationis amisi. non est tamen quod supervacua putetis esse tormenta, quamquam  
 12 dixerim quicquid sciebam. habeo adhuc ex illo multa referre secreto quae argumenta faciet dolor. non refert, an me vidisse dixerim, tormentis hoc probaturus sum debuisse  
 10 mihi credi ante tormenta.

O quantopere nunc, inimice, torqueris, quod te coram iudicibus interrogo, quod hoc non potes mihi fateri. sed si bene gaudii tui perspicio secretum, non putas te negare, quia vidi. adrogantissime percussorum, evasisse te  
 15 putabas, quod illud duo tantum sciebamus? meis, meis hoc ignibus nega et, dum me per singulos artus tortor interrogat, perfer saltem non credendi patientiam, cum ego me vidisse proclamem, tu nullam adferas innocentiae probationem. non potes aliter absolvi quam ut illud ego  
 20 negem. nec tamen, iudices, putetis solo me calamitatum ambitu petere quaestionem, dabo, propter quod me torqueatis irati. filium meum, illum singulis vobis universisque laudandum, iuxta quem felix, iuxta quem adrogans eram, occidit mea nimia libertas. ita ego te non eculeo  
 25 efferam, non super ardentis exuam flammas? nunc me vindicas, nunc tueris. modo, modo coram me filium meum dives occidit fiducia tui. concurrите omnes liberi, omnes parentes, urite, lacerate hos hos primum patris oculos,

---

5 hoc om. *M*, *supr. m* ignis *P* 7 quamquam: quod-  
 quod *P* 9 an *ex am*, *rasura B* 10 debuisset *Bu*.  
 12 quanto opere *B* 14 mihi non putas *Dess.* putes *V*  
 15 percussorem *V* 18 tamen saltem *V* 19 ignoscentiae *P*  
 20 quam: quod *P* 21 calamitatum *Vσ* 22 ambitu querere  
 petere *V* 25 occidit—libertas: occidi nimium mea liber-  
 tas *B* 26 ardentis *Mβσ* 27 vindicas o libertas nunc *M*  
 28 tua *V* cucurrite *P* liberi omnes om. *B*

distrahite has manus quae nihil pro pereunte fecerunt, hoc corpus, haec membra quae de complexu latronis vulnera nulla retulerunt. sive hoc poenam sive vultis esse clementiam, debeo tam miser esse, dum probo, quam cum  
5 viderem.

Miserum me, si fas est in quaestione mentiri. sine **13** dubio dives hoc captavit recusando quaestionem, ne crederetur. sed dura parumper, anime, vidisti. nunc infelix ad nos, misera pietas, redi quod fieri in ipsa orbitate non  
10 potuit, et vires quas improvisus abstulit dolor, probatio restituet. cum flammis urentur nuda vitalia, nox illa occurrat, cum membra fiduculae, flagella laxaverint, rursus ante oculos sit morientis unci vultus, haereant verba percussoris, mandata pereuntis. filium spectasse morientem  
15 longa praesentia est. nescis. infelix senectus, quanta tibi opus sit veritatis contentione, ut paeniteat divitem quod non duos occidit. iam nunc tamen vobis, iudices, infirmitatem meam allego, commendo. si me forte fiduculae, flagella mutaverint, ego tamen vidi. si vocem in eculeis  
20 ignibusque perdidero, ego tamen vidi. si totus undique dolor pariter admotus occiderit, ego tamen vidi. alioquin, nisi hoc animo meo, nisi licuerit oculis, morerer hoc dolore quo puto me posse torqueri.

2 hoc: hos β 3 rettulerunt **B** 6 mentiri — quaestionem *om.* **P** 7 aptavit **BM** ne: non σ 8 anime: anima é **V** vidisti: *an* vicisti? 12 fiduculae βσm 14 mandata: mei data *vel* mens data **B** 17 iudices vobis β 18 alligo **BM**β fiduculae βσm 22 nisi *ante* licuerit *om.* **B**

M. FABII QVINTILLIANI. TORMTA PAVPERIS EXPLICIT  
INCIPIT GEMINI LANGENTIS. **B** MARCI FABII QVINTILLIANI TORMENTA PAVPERIS EXPLICIT (*atramento*). Incipit Gemini Languentes (*semiuncialibus miniator*) **V** M. FABII QVINTILLIANI TORMTA PAVPERIS EXPLICIT (*atramento*)  
INCIPIT ARGVMENTVM Î GEMINI LANGVENTES (*minio*)  
**M** Explicit tormenta paupis. Incipit infamis in mre. Argumētū **P** Explicit tormenta pauperis. incipit infamis in matre. argumentum **S**

## VIII.

## GEMINI LANGVENTES.

Gemini, quibus erat mater et pater, aegrotare coeperunt. consulti medici dixerunt eundem esse languorem. desperantibus reliquis promisit unus se alterum sanaturum, 5 si alterius vitalia inspexisset. permittente patre executi infantem et vitalia inspexit. sanato uno accusatur pater ab uxore malae tractationis.

1 Quamvis, iudices, plurimum infelicissimae matris adversis miserationis abstulerit quod ex duobus liberis pari 10 desperatione languentibus alter evasit, et plerisque maximum dolorem prima fronte tractantibus videatur aviditas gaudiorum, ut modo ad totius orbitatis redacta patientiam iam non sit unius salute contenta, non possumus tamen adfectibus vestris non hanc primam tristissimae 15 calamitatis allegare mensuram, quae ex ipsa quoque solacii sui condicione descendit. minus misera quereretur de marito, si sanari nec ille potuisset, pro quo est frater occisus. nunc infelix par non est dolori, nunc non invenit ulla solacia, ex quo sibi videtur filium perdidisse victurum. 20 super impatientiam tristissimae orbitatis increscit quod intellexit illum non sine sanitate fuisse languorem, nec persuaderi miserae potest perituro laborasse fato, in quo inventum est quod sanaret alium. captet licet crudelissimi-

---

3 gemini languentes quibus v erant B 5 se om. B; post alterum collocavit M 8 post tractationis add. M EXPLICIT ARG ICIP LIB GEMINI LANGVENTES (minio) in marg. causa VIII. Quintiliani declamatio (minio pictum) P

9 adversus M adversis in miserationis B 13 atotius (ato in ras. B) reducta patientia M 14 posumus B 16 alligare (i in ras. B) 17 minus supr. B 19 occisus est P nunc non infelix B 20 victurum est P 22 intellegit v3dm

mus senex parricidii immanitatem metu maiore protegere, non inuenio unde colligi possit, utrumque fuisse moriturum. ex duobus aegris non periiit, nisi qui occisus est.

Ante omnia igitur illud a vobis infelicissima mater **2**

5 petit, ne maximi sceleris ideo decrescat inuidia, quia pati videtur et reus orbitate tantundem. non perdidit filium, quisquis occidit. explicat a dolore patrem quod sibi videtur fecisse rem maximam et in locum iuuenis amissi substituit de vanitate solacium. alia est, alia condicio  
10 matris quae medico non credit, apud quam saevissimae condicionis immanitas fidem non potuit impetrare temptandi. pro utroque timuit, pro utroque speravit. facinus est eum maioris pietatis videri qui de morte filii putavit alterius vel certa salute transigere. sic debetis odisse  
15 patrem, tamquam duos occiderit cuius non interfuit uter occideretur. est tamen, sanctissimi iudices, quod de crudelissimo parricida queri possit non sola mater. adiecit humanis calamitatibus ipsam sanitatem et morborum languorisque violentiam medicinae concessit. filium occidit —  
20 si ipsi creditis — fortasse moriturum et hominem cuius caritas debuerat ipsa desperatione crevisse. in hoc solum inpendit, ut tantundem superesset incerti. non exonerat, iudices, immanitatem saevissimi patris quod hac ratione credit. de languente filio rem inauditam, rem facere  
25 crudelem unam rationem habet, si ipse sanetur.

O tristior indigniorque semper mensura calamitatum, **3**

magna felicitas! huncine fecit exitum illa modo civitate tota conspicua mater, ille indiscretus ab utroque latere comitatus, ille gaudentium dulcis error oculorum? quid  
30 mihi mortem nuntiatis unius? perdidit misera geminos.

3 perit V 7 explicat a dolore: explica tam̄ dolore V  
sibi: si J 9 alia est conditio V 11 fidem non; dem n̄ in  
ras. V impetrare: -rare in ras. b 13 eum: cum P  
15 patre del. P, in marg. add. patrem p 17 parricida (2 vel  
3 litt. er. initio primi versus fol. 45<sup>r</sup>) B 19 violentiam B  
20 ipsum σ 22 exonerat V 23 de hac ratione Dess.;  
hac curatione Obr. 26 que om. B. supr. b

Passi sunt enim languorem miserrimi iuvenes, sine dubio pariter unaque, non fraternitate, non animae corporumque consortio, sed condicione fragilitatis humanae qua sic extranei quoque duo languere potuissent. non negaverim terribilem, gravem et parentibus utique metuendum, de cuius tamen adhuc, ut parcissime dixerim, remedio quaereretur. quid refert an medici consenserint utrumque periturum, cum eundem dixerint esse languorem? manifestum est, de duobus non dixisse verum, quos de altero constat esse mentitos. iam tamen, indices, de tam perdita pronuntiatione non querimus quod aegros quos sibi videbantur explicare non posse, parentibus crediderunt. innocentior est simplicitas desperare, si remedia non noveris, et hanc ignorantiae malo probitatem, ut languorem quem nescias, tantum neges posse sanari. maximi tamen virorum et quibus artis suae solvendo non sit humanitas, si sciebant hoc genus curationis et illud non indicare voluerunt. vultis, ut illos mentitos breviter probem? desperaverunt de languore cuius remedium, si patri creditis, alius invenit. sive enim, iudices, vanissimus nescientium vidit hanc patris in periculo liberorum rigidam nimiamque patientiam et hominem in filiorum languore sollicitum de remedio generis humani, sive captavit ex hoc vultu quandam artis imaginem imitari, quod sanare non poterat et ignorantiae pudorem tegere magno temptavit incerto, sive ut aliud videretur dixisse quam reliqui, verba desperationis

1 miseri  $\beta$  2 non fraternitate: infirmitate  $\mathbf{M}$ , corr.  $\mathbf{m}$   
 4 qua sic: quasi  $\mathbf{B}$  5 negaverem  $\mathbf{P}$  6 tamen: tum  $\mathbf{P}$   
 10 mentitis  $\mathbf{P}$ , corr.  $\mathbf{p}$  vel *man.* 3 11 querimus  $\mathbf{M}$ , vel  
 querimus *supr.*  $\mathbf{m}$  quod:  $\tilde{\mathbf{q}}$   $\mathbf{P}$  14 probitatem malo, *sed*  
*transp.*  $\mathbf{V}$  malo: o *in ras.* 2 vel 3 *litt.*  $\mathbf{M}$  15 sanari *ex*  
*re*  $\mathbf{B}$  tamen: tum  $\mathbf{P}$  16 *post* suae *inserit* secretum *Dess.*;  
 quorum arti *Gr.* 17 indicare non voluerint  $\mathbf{V}$  voluerunt  
 vultis: unt vultis *in ras.*  $\mathbf{B}$  18 ut  $\mathbf{B}$ ; et *reliqui* breviter:  
 presbiter  $\mathbf{P}$  21 patri<sup>s</sup>  $\mathbf{B}$ , s *add.*  $\mathbf{b}$  librorum  $\mathbf{P}$  22 lan-  
 guorem  $\alpha$  24 imaginem *om.*  $\mathbf{BV}\sigma$ ; industriam  $\mathbf{M}$ ; mutationem  
 vel effigiem  $\mathbf{s}$  26 videretur: diceretur  $\mathbf{V}$ ; *quo deleto supr.* vide-  
 retur, *sed dubium, an eadem manus* verba  $\equiv$  (a *er.* videtur)  $\mathbf{V}$



incredibili vanitate variavit magnaue miseros parentes  
 ambage suspendens tutissimum putavit promittere quod  
 deberet nemo experiri. causas quidem se dixit ignorare  
 morborum, sed salutem spondit unius, si licuisset alterum  
 5 occidere, lacerare, perspicere. en, cui pietas patris, cui  
 credere sollicitudo debuerit: dixit se scire remedium quod  
 nesciebat. vultis intellegere, iudices, nihil inpatientia cari-  
 tatis fecisse patrem? non retulit ad matrem, adacta est  
 a morte filii vel sanitate discedere. non propinquos con-  
 10 sult, non amicos, sed sua tantum persuasione medicique  
 contentus, quod nocentius est quam si ipse occidisset, alter-  
 utrum potuit eligere. dicat nunc parricida quid fecerit  
 illud quod etiam de similibus, tam paribus aegris in alte-  
 rum desperatio illa praevaluit? si medici non interfuit,  
 15 utrum occideret, constabit vivere utrumque potuisse, si  
 interfuit, constabit non eundem fuisse languorem. qualis  
 fuerit illa curatio, quid passus sit iuuenis in morte, qua  
 medicus parabatur, omnium adfectibus, omnium cogitationi-  
 bus liquere crediderim. ideoque parcimus auribus matris.  
 20 breviter tamen longae crudelitatis explicanda saevitia est. 5  
 ex omnibus quae pertulit, levissimum fuit quod occisus  
 est. non est quod veniam tristissimae curationis paret,  
 quod videtur in alio fratre explicata promissio. an alterum  
 medicus sanaverit, fortuna viderit; quod negari non potest,  
 25 alterum medicus occidit. erumpit hoc loco mulier infelix  
 et tota libertate proclamat: redde mihi, inquit, marite,  
 filium quem tibi pariter medicoque commisi. hic est ille  
 vester insanabilis, recipe quem mihi credidisti, ille mori-

1 variavit: ariavit *in ras.* **B**; vanitate *ociliçe* variavit **V**

3 nemo deberet  $\beta$  quidam **BJ** ignora<sup>ra</sup> **M** 4 morborum  
 ex verborum **M** spondit **B** 6 sollicitudo debuerit cre-  
 dere **V**, *sed transp.* dixit — nesciebat *om.*  $\sigma$  quod: et **V**

8 patem **B** 9 discedere: d *alterum in ras.* **B** ppropinquos **B**  
 13 etiam: et **P**, *corr.* **p** de tam similibus **Bu.** 19 liquere  
*om.* **S**; relinquere **P** 21 quae: quod **P** quod: qui **P**  
 26 reddi **B**, *corr.* **b** 27 filium meum  $\sigma$

turus, hic quem permiseras medico, si maluisset occidere. vides quid profecerint anxia vota pietatis, sollicitae preces. dum iam frigidi pectoris calorem superpositis revocamus uberibus, dum frigentia membra continuis osculis et spiritu trepidae matris animamus, dum labentes oculi ad nostras 5 exclamationes nostrosque planctus ammissa paulatim luce laxantur, dum multa mentior, multa promitto et fratrem dico sanatum, respexit ad vitam, convaluit, evasit. non tamen iacto pietatem, non arrogo mihi prosperae curationis eventum. quid hunc sanaverit, vis scire breviter? 10 quod potuit utrumque sanare.

6 Pudeat vos, o iura legesque, quod miserrimi sexus dolorem his clusistis angustiis. ita maritum quod occisus est filius, malae tractationis uxor accusat? perdiderunt legis huius auctoritatem quae ad illas uxorias querelas 15 matrimoniorum solent deferre delicias. ego illam datam miseris tantum matribus puto potestatem. <potest> ab iniquo coniuge explicare divortium et contra maritales tuetur iniurias, ut nolis praestare patientiam. illis succurrit quas nefas est abire, discedere, quas in pessimi con- 20 iugii durum perpetuumque complexum communium pignorum nexus artavit, quae malos maritos pariter et patres nec relinquere nec ferre sufficiunt. facinus est ideo evadere maritum, quia damnaretur, si de illo minore dolore quereretur. itaque impudenter facit quod pro detracto 25 matrona cultu negatoque comitatu, fastiditis noctibus, pulsataque facie filium complorat occisum? sileo adhuc illa, per quae parricidii crevit immanitas. occisum filium

2 profecer̄ **V** 5 matris: is *in ras.* **B** 6 ammissa **ε**;  
 amissa **aSσ**; amissi **P** 10 breviter: pater **β** 13 clusistis **ε**;  
 elusistis (elusisti **B**, *supr.* **6**) **ω** 15 leges **MJ** (in alio h̄r legis  
*in marg.* **m**) 17 potest *add.* **Dess.** p. 87; *om.* **ω** 18 in-  
 qua **B** explicat et **Obr.** 19 ut  $\equiv$  (1 vel 2 *litt. er.*, *sed non*  
*erat ubi, quod praebent γσ*) **V** succurr̄eri **B** 20 abire: ab  
 viro **ε** 21 dirum **ασ** 22 malos *bis scripsit* **V** 24 dolore  
 minore **M**, *transp.* **m** 25 pro detracto: de protracto **VJ**  
 26 matrona *ex materno* **B** cultu  $\equiv$  **M** 27 adhuc **B**  
 28 quae: quē **B** filium *supr.* **B**

obicio, puta luxuriosum, perditum, nocentem, fingite hoc patrem ira, indignatione fecisse, quantum facinus sit filium occidere, nemo magis fatetur quam qui vult videri [se] illud fecisse pro filio.

5 Ecquid, iudices, vel ex hoc totus animus mariti, tota tristissimae coniugis calamitas perspicui potest quod se negat matri communium liberorum debere rationem? placet ergo, mortales, ut de hominibus, in quos plus ex harum sanguine, ex harum transit anima, non habeant partem  
10 nisi tantum doloris? solos ergo communicabit misera planctus et ab omnibus consiliis quibus ordinatur iuventa, vita disponitur, extranea vilitate seposita, circa maerores tantum lacrimarumque consortium orbitate iungentur? si  
7 meherecules fas est aestimare, utri plus parenti debeatur  
15 ex liberis, non improbe totam potestatem sibi vindicabit adfectus qui decem mensibus ante vestram incipit diligere notitiam; et cum vos patres gaudium primum faciat oculorum, ante sunt conscientia matres. facinus est ideo tantum illis minus licere, quia minus facere sufficiunt. vos  
20 estis qui crescentes adhuc in peregrinationes, qui iam adultos in castra magnorum parentum vanitate dimittitis. erubescitis desideriiis tamquam infirmitate et, unde velocissimus transitus est in rigorem, liberos vultis amare patientia. quam multa ideo tantum de filiis facitis, quia  
25 licet: et frequentius potestatis vestrae iactatione, tamquam aliquo gravitatis genere delinquitis. non habet orbitas

1 abitio *M*, in aliis h̄r obicio *supr. m* innocentem *V*?

fingite *ex* fugite *B* 2 ire *M* 5 ecquid: hecqui<sup>d</sup> *B*; hecquid *V*σ; equidem *M* 7 liberorum: or *in ras. B*; librorum *P*,  
*corr. p* rotioem *M* 10 nisi: si *B* 12 vita res disponitur *V* utilitate σ sepo<sup>ss</sup>sita *V* 13 iungentur *BV*β; iunguntur *J* 14 uti *V* 15 vindicabit *V*; vindicabis *J* 18 conscientia<sup>a</sup> *B* (*supr. b*); conscie *M*, vel conscientia *supr. m*  
19 minus licere illis *V* 20 credentes σ 23 patientiam *Ascensius*; potentia *Bu.* 25 iactatione *B* 26 gravitatis (vita *in ras.*) *B* derelinquitis *B* non — lacrimas *in ras. B* orbitatis *B*

vestra lacrimas, super ardentis rogos tenetis inconcussam rigidamque faciem, itis obviam consolationibus, et, quod omnem modum feritatis excedit, captatis in magna calamitate laudari. quidquam ergo erit quod de communibus pignoribus non pari mente, pari impatientia, vel si necessitas postulet, pari rigore faciatis? mali tantum patris interest, ut matri minus liceat.

Sane cedat vobis circa regendas communium pignorum mentes sexus infirmior, vos mores, vos vitae genus, vos matrimonia ceterosque actus vestra persuasione firmetis, numquid arrogans consortium, numquid impotens societas est liberos communes esse languentes? si quis immo pudor est, cede nunc tota potestate matri, illius sit in aegri toro primus locus, haec adhibeat fomenta, porrigat cibos, si quid impatientia, si quid flagrantium viscerum poscit infirmitas, mater neget, mater indulgeat. illas quas immodicus ardor discutit vestes, haec super fatigatos reponat artus, illa iactatas toto lectulo manus sedulo contineat affectu.

8 Frustra captas videri ultionem magnae caritatis ab omni curae ratione sepositus. cum circa curationes liberorum non consentiunt parentes, curationis est culpa, non matris. quid? quod filium occidit innocentem cui nihil obicere, nihil poterat irasci? filium, si ipsi creditis, pro fratre mori paratum cuius suprema ferre non poterat. novum, iudices, et incognitum rebus humanis audite facinus. iam parricidium pietas, caritas et impatientia orbitatis admittit. malo odium, querelas, execrationes quam ut quis liberos affectu quo servantur, occidat. quid re-

2 mitis **B** quod *supr.* **B** 5 si *om.* **B** 6 postulāt **B**;  
 postulat **J** mali *ex* malum **B** 8 regendas **P** 10 nostra **P**  
 11 bis numquid: non quod **J** 14 thoro **BVP** 15 flagran-  
 tium: flagitium **σ** 18 illas **BVP** (s. *del. man.* 3) **σ** iactas  
**P**, ta *supr.* **p** 20 ultione **M** (vel ultionem *supr.* **m**) ab  
 omni curatione me sepositam **Bu.** 23 quicquid (d *supr.* **B**,  
 † *supr.* **o**) **B** 25 suprema **V** 26 cognitum **B**

fert, an per hoc alterius filii anima redimatur? si parricidium fas est ullas accipere causas, filius propter se tantum debet occidi.

Adicite, iudices, immanitati quod occidit aegrum. omnibus equidem mortalibus maiorem crediderim de languore venire reverentiam, et illorum quoque quos inter supplicia pereuntis avido spectamus adsensu, iuxta valetudines tamen morborumque violentiam quodam innocentiae favore miseremur. in carceribus et in illa profunda nocte poenarum religiosius ille anhelus pectoris pallor inspicitur, non sic confundunt obvios gravibus catenis colla stridentia et diutino squalore concreta facies ut ille quem ad singulos conatus gressusque labentem vix trahit impellitque longus ordo victorum, et inter tot destinatos totque perituros omnium tamen in se retorquet oculos unus aeger. quid ais? tu illum quem nunc nefas est castigare, reprehendere, cuius auribus parcere debuerunt saeviora verba, quem si quid negares, videreris occidere, ferro, vulneribus aggredieris?

Non potest hinc tibi venire defensio, ut hoc sis pro alterius salute commentus. inter duos liberos pari desperatione languentes, da bonum patrem, non praeponderabit. alterutrum non eliget, sed, ut incertum orbitatis evadat, ipse morietur.

Temptat hoc loco, iudices, crudelissimus senex excusationem temeritatis suae de medicorum trahere consensu. 'desperaverant', inquit, 'de duobus.' sepono paulisper immanitatem patris qui credidit, et de arrogantissimae per-

1 parricidium **B** 2 illas **P** 3 debes **P** 7 pereuntes **M**σ expectemus **V**; spectabamus σ valetudines **BV**β  
 10 anhelus **V** 11 obvios *ex* oblivios **B** stridentia **P**, r *supr.* **p**  
 16 agis **B** 17 quem *om.* αγσ 18 egredieris **B**; agredieris (i videtur *er.*) **M**; aggredieris σ 20 defensio: offensio **J**, *corr.* i  
 22 praeponderabit: pond *in ras.* **B**; praeponderat **P**, *corr.* **p**  
 23 eliget *ex* eligit **B** 26 temeritatis <sup>suae</sup> de **B** 27 post duobus legitur sed ut incertum orbitatis evadat *repetitum ex l. 23 in* αγσ seponoπονο **V** 28 persuasis (*corr. man. 2*) σ

suasionis hominibus queri [de] totius generis humani nomine volo. quam multas artes misera mortalium sollicitudo fecisti? fato vivimus, languemus, convalescimus, morimur, medicina, quid praestas, nisi ut iuxta te nemo desperet? dicturum me putas: 'non credo renuntiantibus, non accedo, cum deserunt relinquuntque languentes.' ego vero medicis non credo sperantibus. aspice maiorem partem generis humani et, si me interrogas, illam robustiorem, illam adhuc in prima rerum naturae veritate viventem, nullos artis huius novit antestites: nec minus tamen bellorum vulneribus morborumque medetur incursibus, non disputationum vanitate sollerti, sed experimentis, et invicem per similes dissimilesque casus observatione ducente, tradita ratione succurrit. non medicina sanat, sed **10** quicquid videtur sanasse, medicina est. quo vultis animo **15** feram quod ars, quantum dicitis, inventa pro vita, si displicet, auctoritatem formamque captat, ut longe ventura suprema prospiciat, ut adesse fata denuntiet quae nec timeantur, et maximae scientiae pars esse coepit sanare non posse? quisquamne ab homine qui adhuc loquitur, spirat, **20** intellegit<sup>1</sup>, sic recedit quemadmodum relinquitur exanime corpus, et ibi finem vitae putabit, ubicunque scientiae substiterit infirmitas? si fragilitatem mortalitatis incertosque velimus aestimare casus, tantundem periculi habet omnis aeger. iniquissimum est desperationes vocari, quotiens **25** remedium medicina non invenit, et angustias sive artis seu mentis humanae ad invidiam referre fatorum. nihil magis interesse omnium puto, quam ut spes pro homine

1 quiri **P** 7 ante sperantibus *er. de M* 9 veritatem **B**  
**10** nullos  $\sigma$ : nullus  $\omega$  antestites **V**: antistes **BM**; antistites  
 $\beta\sigma$  tamen: tum  $\beta$  11 que *om.  $\sigma$*  13 dissimiles *om. V*  
<sup>†</sup> <sup>od</sup>  
**16** ferainquid **B** (*supr.  $\delta$ ?*) pro inventa *sed transp. V* dis  
placet **V**: displicet *reliqui* 18 suprema **B** denuntiāt **B**  
<sup>b</sup>  
**22** sustiterit **V** 24 tantunde **B**; tantādē **P** omnes **P**  
**27** sive **M** 28 magis nihil **M**, *transp. m*

tam longa quam vita sit. unde putatis inventos tardos  
 funerum apparatus, unde quod exequias planctibus clan-  
 gore magnoque semper inquietamus ululatu, quam quod  
 facinus videretur credere tam facile vel morti? vidimus  
 5 igitur frequenter ad vitam post conclamata suprema red-  
 eunt. plerique convaluerunt neglegentiae bono, quosdam  
 explicuit quicquid alios fortassis occideret, hos indulgentiae  
 temeritas, illos adiuvit desperationis audacia. detur **11**  
 fortassis huic arti perspicere morbos, profutura meditari:  
 10 sed unde sciret quantum inter viscera latentesque pectoris  
 sinus unicuique animae natura concesserit, quam proprietatem  
 spiritus, quam corpus acceperit? non tam variae  
 mortalibus formae, nec in vultibus nostris sedet tanta di-  
 versitas quanta latet in ipsis dissimilitudo vitalibus. in-  
 15 enarrabile, indeprehensibile est quicquid nos elementorum  
 varia compago formavit. et prout in nos plura seu rari-  
 ora de terrenis seminibus caelestibusque coierunt, ita vel  
 duramur tacita ratione vel solvimur. an desperantibus  
 credi debuerit, vos aestimabitis. qui negarunt aegros posse  
 20 sanari, nec in hoc probaverunt qui evasit, nec in illo  
 quem non languor occidit. iustas mehercules haberet  
 mulier causas querelarum, si nova incognitaque ratione  
 vel utrumque servasses. nunquam ex magno venit affectu  
 incredibilia vel profutura temptasse, et in re quae plus  
 25 de incerto habet, temeritas experimenti solam probat de-  
 sperationis audaciam. quid refert cuius sit condicionis  
 aeger, quantum adhuc spei, quantum videatur habere de  
 vita? sacrosancti sint parentum metus. dii non sinant,

---

1 lingua (o *in ras.*) **M** 2 faenerum **V** clangore  $\beta\gamma$ :  
 plangore  $\alpha\sigma$ ; ploratu  $\epsilon$  5 redeuntis **B** 7 occideret **V**  
 8 datur  $\beta\sigma$  11 concesserat **V** 13 nostris:  $\tilde{n}$ tis **V** sedet:  
 sed **J** 14 vitalibus nostris enarrabile **B**, nostris *del. et in in*  
*marg. add. b* 15 indeprehensibile **V** in nos *dubitanter*  
*Dess.* 17 que *om.* **B** 23 servasset **V**; servasse<sup>s</sup> **P** (*s supr. p*)  
 24 in re *in lacuna 4 vel 5 litt. om.* **P** 25 incerto **P**, *del. p*  
*et supr. merito* 27 videtur **V** 28 sinunt *ex sinant* **B**

ut ex liberis vilior incipiat esse periturus. medici desperaverunt. quid istud ad patrem? spera tu, iube sperare matrem, tuis potius affectibus, tuis crede votis. et hoc de parricidii facilitate est circa filiorum languorem ad desperantes potius accedere. fidem habes hominibus quos 5 mentiri alius affirmat, contra quos iterum credis uni praesertim? severissime hercule de tua feritate sentirem, si in quacunque filii curatione non adhiberes propinquos, non interrogares amicos, non respiceres ad matris animum, non hanc primam impatientiam, non hunc consulis timorem? 10 de nullo filio minus debet soli sibi permittere pater quam qui videtur utique moriturus.

12 'Fratres', inquit, 'et gemini erant, ideoque credibile est, illis eundem fuisse languorem'. rogo, quis in ullo mortalium ferat ignorantiam pariter et adfirmationem? 15 quisquis nescit quod genus languoris sit, non potest scire an idem sit. nihil, iudices, in rebus humanis voluit esse rerum natura tam simile quod non aliqua proprietate scerneret. quid refert, an ex isdem prima illa duorum corporum animorumque compago seminibus oriatur? sibi 20 quisque firmatur, sibi quisque componitur, et duo pluresve fratres nascuntur fato singulorum. hanc ipsam indifferentiam quam mirantur occursus, stupent civitatis oculi, parentum tamen agnitio dinoscit, separat notitia nutricum, et fallentibus notis est rursus quod faciat ipsa similitudo 25 dissimile. in plerisque, quamvis sit indiscreta facies, invenitur tamen alius oris sonus, habitus, incessus, sed, ut ipsa consentiant, diversa mens, contrarii mores et vitae genera rixantia. quid quod non eandem esse naturam

---

2 iubes **BV** 4 facultate **B**, facilitate **b** desperantes: te in ras. **B** 7 severissime *Dess.*: si me  $\omega$ ; pessime  $\epsilon$   
 11 pater om. **B**, *supr.* **b** quam *omissum supr.* **V** 13 in-  
 credibile **V** 19 hisdem **BM** 21 formatur *Sch.* 22 facto  
**BH** 24 dinoscit *ex* dinoscat (*ras.*) **B** 25 qui **P**, quod  
*supr.* **p** 26 quam iussit **M**, vel quamvis sit *supr.* **m**  
 27 aliis **B** sed: seu *Dess.* et  $\epsilon$  28 ipsa: ita  $\sigma$ ; ista  
*Francius* 29 non: etiam **P**, *del. et in marg. add.* non **p**



geminorum probat etiam fortuna dissimilis? hunc pressit  
 paupertate perpetua, illum insperatis opibus excoluit, illius  
 per titulos, honores, illius per ignobiles obscurasque sordes  
 totam duxit aetatem. simile est quicquid accipiunt ex  
 5 homine gemini, dissimile quicquid ex fato. nec enim tam  
 pariter in lucem de maternis exiluere visceribus, ut illos  
 eadem origo signaverit. quantum putas interfuisse tem- 13  
 poris, dum primum uteri pondus egeritur, dum parumper  
 exonerata vitalia altero rursus homine laxantur, breve for-  
 10 tassis exiguumque videatur immortalibus oculis, sed, si ter-  
 rena mente perspicere velis orbis huius vastitatem, scies  
 multum esse quod inter duas transcurrat animas. volvitur  
 super nos haec caeli siderumque conpago, et praecipiti per  
 proclive decursu <sol> totius dei noctisque brevitatem emen-  
 15 sus orientis occidentisque cursus, demersis siderum <igni-  
 bus> in primo statim ortu rotato se rursus axe consequitur.  
 hoc tu parum credis esse spatium quod diversis pariter  
 rebus impletur? quantum inter illa transeuntis horae  
 momenta nascitur, perit? igitur quando umquam pere-  
 20 grinati sunt una, militavere pariter? quid non diducti se-  
 paratique fecerunt? quando illos languor, quando suprema  
 iunxerunt? et quandoque sit, necesse est <et> alter <ex-  
 tinguatur> ex geminis, quod pariter languerunt, non sic ac-  
 cidit quomodo fratribus, sed quomodo duobus. non eodem  
 25 fato languere geminos quemadmodum vultis brevius probem,  
 quam quod nec uterque occisus est nec uterque sanatus?

Sed fingamus hoc esse verum quod desperaverunt me-  
 dici, relinque nobis, pater, innocentiam calamitatis, salva

1 etiam: non *P*, *del. et in marg. add. etiam p* dissimiles *B* nunc  $\beta$  6 illas *P*, *corr. p* 9 exonerata *V*; exonerata *P*, *corr. p* altero *om. M, supr. m* 10 videatur *om. V* terrenam *B* 12 transcurrit  $\beta$  14 sol *Francius: om.  $\omega$*  15 demersis *Dess. p. 99: diversi  $\omega$  (diversi  $\equiv$  *M*); diversorum  $\epsilon$ ; demersus *Parisinus 7801* ignibus *Dess.: om.  $\omega$*  18 transcurretis *B* 20 deducti *VM (corr. m)*  $\beta\sigma$  21 illis *B* suprema iuxerunt *B* 22 et quandoque: quando *VM (m* quandoque *in marg.)* et *add. Dess. alt<sup>v</sup> V* extinguitur *addidi; exspiret Dess.; ab aliis varie temptatus locus* 25 fato  $\equiv$  (*6 vel 7 litt. er.*) *M**

solacia sint de liberis quos tibi videris non perdidisse nisi fato. quis ex parentibus nescit, in hac se mortalitatis procreare lege? sed indigni exitus supra orbitatem sunt. ideo magis flemus illos quos bella rapuerunt, hausit incendium, naufragia merse-  
 runt. fortius feras inter adsidentium manus, inter suorum officia labentes, cum se invicem oscula, cum se satiavere sermones, cum [data] suprema mandata sunt, et se scit pietas omnia fecisse pro vita. igitur verum dixerim illos mori credimus, hos perire.

14 Non inveno, quemadmodum excusationem pater de 10  
 consensu possit accipere medicorum. hoc est quod omnem  
 comparationem feritatis excedit. occidit filium pater propter  
 hominem quem non putavit posse sanari. quod tu monstri  
 portentique genus es! habes parricidii patientiam, non  
 habes orbitatis. ita demum potes ferre filii mortem, si 15  
 facinus adieceris. tu occidis, quia desperavere medici.  
 quererer mehercules, si reliquisses, si quid de continuatione  
 curae sollicitudo laxasset. nihil ergo plus facies quam illi  
 qui nunc plures circumeunt fortassis aegros, quos detrahit,  
 quos avocat alia curatio. filios saltem committe vel matri. 20  
 de fortuna queratur, diis faciat invidiam. mulieri quae  
 ferre non potest quod videris desperasse, nunquam ex hoc  
 rationem reddas quod occideris.

Quis hanc, iudices, inpudentiam ferat? temptat pater,  
 ut et huic rei credatis quod desperaverint omnes et quod 25  
 speravit unus. nostrae quidem querelae sufficit non con-  
 venisse medicis, et cum inventus sit qui contra sensum  
 desperantium genus aliquod sanitatis adferret, fas erat,  
 iudices, ut adhuc inveniretur alius qui laetiora, utiliora

1 nisi ex fato V 2 hanc V 3 legem a 6 inter B  
 11 posuit B 12 occidit ante quem β; post sanari ε; om. αγσ;  
 transp. Dess. p. 78 13 quem<sup>non</sup> putavit V 14 portentique om. V  
 15 potest B 16 desperaverunt V 19 fortassis om. V  
 distrahit V 20 advocat σ saltem: em in ras. B; saltim β  
 21 queratur B; quiratur P 24 iudices om. V 25 ut om. σ  
 desperaverunt βσ 26 querellae Bβ 28 adfert B 29 lae-  
 tiora et utiliora ε; l. aut u. Dess.

promitteret. hoc nunc me queri putatis quod in re, de qua credere nec omnibus debuisset, accessit uni? non interest, an supersit remedium quod temptare non debeas, et ubi tantundem periculi speres quantum desperatio habet, 5 melior exitus est qui facit miseros innocentes. quid invidiam prioribus medicis paramus? nemo magis desperat quam si negat nosse languorem.

Quid ais, pater? ita tecum quisquam sic audet agere 15 de duobus filiis, tamquam de duobus aegris? tu ex geminis alterum occidendum dabis? non ferrem, si separare expositurus auderes, si contentus esses educaturus alterutrum, non ferrem a piratis captum filium alterius vicaria servitute redimentem. tu de orbitate facies vices et casum singulorum per utrumque diffundes? parricidium vocarem, si promittente medico quod sanaret unum, posses eligere periturum. paene crudelius est geminos dividere quam perdere. en scientia cui debeat credi! negat se scire causas languoris, deinde promittit quicquid licere non deberet nec intelligentibus. 'occidam', inquit, 'deinde sanabo.' 20 memineris, pater, in hac condicione prius esse, ut occidas. non est tanta pietas servare filium quantum facinus occidere. tu nunc hoc putas profundae artis esse secretum? verba tantum desperationis involvit, et homo cautissimae vanitatis captat illam novissimam circumire brevitatem. 25 vides quanta promissum suum experimentumque caligine medicus involverit? numquam constabit, an fuerit languore moriturus aeger qui aliter occiditur. non novi, inquit, languoris genus. post hanc vocem mehercule non deberes committere aegros, etiamsi vellet experiri potionis haustus,

3 interest *ex interesse* **B** (*corr. b*) quod: que **P** 4 periculis **B** periculi *habeas* speres **V** 6 desperant **B** 11 auderes — educaturus *om.* **P** esses educaturus: *ēē* se ducaturus **B**; esses seducaturus *sed* se *er.* **M** 14 singulorum **B** utrum **J** 17 *≡* quam **V** conscientia **V** credi cui debeat **V** 18 *dein* de **B**; *dein* **V** haberet **P**, deberet **p** 19 nec: non **σ** 23 desperationis: *rasura ex* -es **B** 26 constabit *ex* -at **B** 28 mihercule **V** 29 etiamsi: etsi **P**, *corr. p* vellet **ς**: vellent **ω**

ciborum fomentorumque novitates. 'nescio', inquit, 'sed si permiseris alterius aperire vitalia, pectus effringere, remedium fortassis inveniam.' iam excusatus es, medice, matri; sperasti, ne tibi crederetur.

- 16 Differo paulisper quod de fratribus, quod de geminis, quod pater hoc facit non consentiente matre, publico potius mortalitatis contendo nomine non debere genus istud curationis admitti. peractum est velut de genere humano, si nobis pro salute aegri opus est morte hominis alterius, et paene ratio sanitatis intercudit, si consumit medicina tantundem. ego quemquam dicentem feram: 'ut inveniam valetudinis causas, date mihi corpus aliud, alia vitalia, occidam. deinde salutaria quaeram, profutura meditabor.' ita non facilius est nosse languorem? quae haec est impudentia crudelissimae vilitatis? aegrum placuit occidere, ut inveniretur, cur non debuisset occidi. nullum, sanctissimi iudices, natura morborum genus solis visceribus abscondit, et quicquid causas valetudinis de vitalibus trahit, in corpus emanat. inde pallor, inde macies quod ad interiorum dolorem superposita consentiunt. non invenio cur hominem vulneribus exquiras, cur remedia quoque vitalibus per corpus inmittas et in latentes meatus <per> haec quibus tegimur, medicina descendat. cur ergo non eadem ratione languor admittit intellectum qua sanitatem? prodit abditos profundosque morbos aut citatior clausi sanguinis cursus aut crebrior anhelitus laborantis animae. crede de his ante omnia sensibus, oculis tuis, et ipsos, de quibus agitur, modo singulos, modo pariter interroga cui potissi-

4 me *P*( $\beta$ ?) 6 facere *P*, corr. *p* 8 peractum: pactum *P*; factum *S* humano si nobis: -os in *in ras.* *B* 9 hominis: opus *J* 10 interdicit *B*, corr. *b* 12 valetudinis *BV\beta* aliud corpus *M* 15 utilitatis *S\epsilon* 16 cur: cum  $\beta$  (corr. *p*) 17 solis *ex solus (ras.) B* 18 valetudinis *V\beta* trait *V*  
 19 iteriorem *V* 22 per *add. \epsilon*; *om. \omega* 23 <sup>er</sup>go *B* 24 qua: qui *BM*, corr. *m* 25 aut citatior: aut *om. V* clausis *B* 26 crebrior: brio *in ras. B* hanelitus  $\beta$  laborantis ostendit animae *M*; l. a. indicat  $\epsilon$  28 singulis <sup>o</sup>*P*

mum parti grave tacitae pestis pondus insederit, unde  
 prorumpat in gemitus conscius dolor. medicus qui per  
 haec non potest invenire languorem, non invenit nec re-  
 medium. quid? si aliquid sanato medicina potest prae- 17  
 5 stare. rationi sufficit, quod aliquando iam facta ex unius  
 hominis inspectione ad totius intellectum naturae medicina  
 profecit? quid adlaturus huic aegroto est quod non tot  
 saeculorum, tot languentium experimenta deprehenderint?  
 vis tu potius hac audacia qua secreta languoris exquiris,  
 10 remedia temptare? brevior via sanitatis humanae, propior  
 nostrae salutis utilitas est. si viscerum nimius ardor  
 stricta circa se membra duravit, adhibe remedia laxantia.  
 si fluitat nimis aeger humoribus, praesto sint, per quae  
 pressis clusisque venis in novas vires corpus arescat. si  
 15 parum prodest abstinentia, rursus ciborum qualitate fo-  
 veatur. si spiritus receptis premitur alimentis, ad puriores  
 meatus ieiunio fameque tenuetur. contigit tibi magna ex-  
 perimentorum materia, medice, aegri duo et languor idem.  
 non est opus, ut expectes quando super unius hominis  
 20 patientiam explicet profuturorum magna diversitas. potes  
 experiri pariter eadem, consentanea, diversa, pugnantia.  
 nulla ratio est vulnerum, sanguinis, supremorum. quem-  
 admodum sanari debeat alius aeger, scire non possis nisi  
 ex homine sanato. quid? quod etiam, ut idem sit vale-  
 25 tudinis genus, necesse est tamen duorum corporum diver-  
 sitate varietur. nunquam in alienis visceribus invenias  
 totum quod de altero quaeras, et alius languor est, alius  
 aeger. cur maximum nefas alterius filii salute defendis?  
 homo, in quo sola quaeritur causa languoris, propter me-

2 conscius *corr. ex contiis (?) B* 4 quid *del. Dess.*

5 rationi *scripsi: rationis ω* quod *del. Dess.* 7 est *ante*

huic *V* 9 hac adacia audacia *P*, adacia *del. manus 3*

13 aeger languoribus humoribus *V* 14 nonas *P* 15 qualite  
 (-te *in ras.*) *B* 17 contingit *J* 18 aegri duo: aegritudo *V*

19 super: se per *ε* expectes: inspectes *Dess.* 20 potes

(*t er.*) *B*; potest *M* 21 consentanea: conscia *J*, *corr. t*

24 valitudinis *V* 26 aliis *B* 28 *en* cur *V*

dicum occiditur. adice, quod nec deprehendi ex sanato  
 18 potest ullius causa languoris. quicquid nos in vitia mor-  
 borum a naturali sanitate commutat, facit aut nimii san-  
 guinis pondus exaestuans aut superfluens calor aut ultra  
 naturalem modum humor exundans aut spiritus per tacitos 5  
 meatus non solita laxitate discurrens. quid horum, si  
 vitalia ferro vulneribusque resecentur, salvum potest esse  
 languentibus, cum compressi spiritus laborem protinus ille  
 reserati pectoris meatus emittat, sanguis isdem pariter de-  
 prehendatur egrediatque vulneribus? an fas putatis, ut 10  
 suam servent viscera nudata faciem, ut nihil perdat ex  
 priore natura illud pectoris vitaeque secretum, cum ad-  
 misit oculos? plurimum in nobis etiam timore mutatur.  
 quantum aufert sollicitudo, gaudium, dolor et aliquis  
 subitus adfectus? quotiens, dum ad curationem prae- 15  
 paratur aeger, dum componitur ad sua remedia corpus,  
 medentium manus anima destituit? iam vero ad singulos  
 ictus et longissimas vulnerum moras quantum ex toto ho-  
 mine convertitur clamore, gemitu? necesse est omnis  
 perire quibus continetur vita, causas quotiens ipsa vita 20  
 consumitur, et cum homine qui propter intellectum lan-  
 guoris occiditur, ipse quoque paulatim languor emoritur.  
 differ saltem, pater, hanc crudelitatem. quicquid ex filio  
 facis, facies ex cadavere. si potest deprehendi languor,  
 dum occidit, facilius, cum occiderit. 25

Interrogare mehercules hoc loco libet, utrumne peri-  
 turum pater an medicus elegerit? negavit sua interesse  
 quem occideret. hoc, si et alter perisset, probaverat utrum-

---

1 potest ex sanato V; ex non sanato potest ε 2 potes  
 B ullius: unius σ 3 committat P sanguis M, corr. m  
 9 peccatoris B idem σ 13 et P, corr. p timore ≡ (m er.)  
 V mittatur P 14 aufert V: offert Bσ; affert Mβ soliti-  
 tudo J, corr. i 15 effectus M, corr. m 19 omnes VMσ  
 20 casus M 23 differ ≡ V ex filio om. V 25 occiderit  
 bis B 26 periturum: periculum M 27 negavit: nequivit  
 J sua om. B interesse: inter om. M, supr. m 28 oc-  
 cidis P, corr. p

que fuisse periturum; cum convaluerit, probat utrumque victurum. ad saevissimam curationem potuit aegrum facilius mehercules explicare, si esset unici pater. sufficit ergo comparare, decernere: non iterum ille tibi pretiosior, 5 ille melior incipiet esse victuro.

Vbi est <im>patientia qua vix dimittitur cadaver in ro- 19  
gos, qua corpus exanime detinetur amplexu? dii immortales, quam saeva, quam crudelis est ipsa cunctatio! dum deliberas, dum unumquemque detrectas, parricidium in utro-  
10 que consumis. duorum vilitate fit, ut ex fratribus possit alteruter occidi. nunquam, iudices, res tam horribilis inauditae feritatis admissa est. filium pater propter eum occidit quem etiam ipsum poterat occidere. transfert, iudices, reus in medicum electionis invidiam. 'ille', inquit,  
15 'aestimavit, ille decrevit.' ergo manifestum est non parem fuisse languorem. ex duobus aegris plus habuit spei, propter quem debuit alter occidi. recede paulisper, mulier infelix, filii tui nobis referenda curatio est. felices aegri qui languore moriuntur, qui supremos anhelitus inter  
20 suorum amplexus, inter suorum adloquia posuerunt. ut erat iuvenis primo ipso comparationis incerto, mox electione cruciatus, abacta est a perituro prima mater, et modo sedula ministeria servorum repente mutata sunt in mortis officia. detrahuntur trementibus velamenta mem-  
25 bris, et, ut grassaturas manus totum corpus admitteret,

1 fuisse: fuis *B*; esse *V* cum: *om. B*; si *M* convaluit  $\sigma$ ; vel cum valuit et tunc non praecedit si *supr. m*  
2 putavit *BM* (vel potuit *supr. m*) facilius aegrum *sed transp. V* 4 num *P* 5 incipire *P*; incipite *S*; incipiet *ex inciperet H* 6 impatientia  $\varsigma$ : ē patientia  $\omega$  qua: quia *B* vixit *VM* $\beta\sigma$  7 quo *M* $\beta\sigma$  detinetur *om. V* di $\equiv$  *V* 8 crudelis: *cr in ras. B* 9 detrectas *B*; detractas *M* 11 alteruterum *B* $\beta$ ; altūt *V*; alter  $\sigma$  inauditaeque *M* $\beta$  13 et *P*, *corr. p* transfer *V* 18 fili<sup>1</sup> *B* 19 anhelitus  $\beta$  20 amplexus: -xu- *in ras. B* 21 electione $\equiv$  (4 vel 5 *litt. er.*) *M* 22 perituro: aperitur ut *BV* 23 servulorum *M* 24  $\equiv$ officia *V* 25 totum *ex tutum B*

nudatur miserabilis ac deflenda macies. toto deinde tenditur toro et ad immobilem rigidamque patientiam per omnia lectuli spatia duraturus exponitur. accipit carnifex ille telum, non quo dextera statim totum vulnus imprimeret, sed quod leviter paulatimque descendens animam in confinio mortis ac vitae librato dolore suspenderet. haec exoratio, hoc fuit perituri iuvenis adloquium: 'fortiter dura, patienter admitte, sanabitur frater. non est quod exanimeris metu, dolore deficias. cave viscera exclamacione ne lasses, anhelitu gemituque concutias, ne remedium pereat alienum.' passus est miser discurrentem per omnia reserati pectoris improbum vagae artis errorem.

20 Contentum fuisse medicum toto homine discentem primo putatis aspectu? egesta saepe vitalia, pertractata, diducta sunt; fecerunt manus plura quam ferrum. stat iuxta medicum pater apertis visceribus inhians stillantem animae sedem cruentis manibus agitantem, ne festinet, hortatur, iubet altius diligentiusque scrutari, interrogat, dubitat, contendit, adfirmat et accipit de filii morte rationem. at mulier infelix clusis advoluta foribus cruentumque secretum toto corpore effringens velut super busta tumulosque clamabat: 'audi, miserrime iuvenis, si quis adhuc tibi superest sensus, exaudi: non permisit hoc mater, crede orbitati meae, crede lacrimis, nec frater hac vellet ratione sanari.' inter haec reficiebatur miser haustibus, detinebatur alloquiis, conprimebatur residuus cruor, cludebantur aperta vitalia. nemo unquam tam nova pertulit commenta saevitiae. tamquam sanaretur, occisus est. ite nunc et quaerite, an potuerit medico sanante vivere

21 qui tamdiu vixit, dum occiditur. vos tunc putatis illius 30

1 deflenda **P** 2 thoro **Vβ** 4 quod<sup>≡</sup> extera **V** 5 discindens (*ex discensens*) **BV** 6 librator **V** 7 haec: nec **P**

exhoratio **S** 8 santibitur **B** 9 exanimeris **V** 10 lasse **B**  
12 secreta *post omnia add. Dess.* 13 fuisset **B** 15 deducta

**BVβσ** 20 clāsis **B** 24 lacrimis: *cr in ras.* **B** 26 opprimebatur **J** 30 nunc **BM** (vel tunc *supr. m*)



tantum languoris medicum quaesisse causas? quaesivit  
 quicquid nesciebat et usus occasione rarissima in omnem  
 voluit proficere novitatem. dii immortales, quantum infelix  
 iuvenis animae, quantum sanguinis, quantum habuit ex  
 5 vita qui pertulit ordinem longissimae curationis? vix  
 aegre misero licuit mori, vix a cruciatibus suis anima  
 dimissa est. inventum putatis esse languorem? inventum  
 est illum potuisse sanari. agedum commento tuo, senex,  
 superbus exulta, habes quod liberis, quod parentibus, quod  
 10 inputare saeculo possis, fecisti medicum parricida meliorem.  
 libet mehercules intueri par illud. aegrum videtis ho-  
 minem qualem non salutare medentium manus, non ars  
 inventa pro vita, sed diri ferarum rabadique morsus et  
 animalium fames satiata destituit, hinc alium in novas  
 15 vires recensque robur reddito vigore surgentem. vultis  
 scire, iudices, unde venerit tanta diversitas? illum pater  
 curavit, hunc mater. 'quantum', inquit, 'misera pertuli  
 laborem, dum tam magnam foveo tristitiam? non fuit  
 mihi rixa cum morbis nec cum repugnantis valetudinis  
 20 rigore contentio. totus in lacrimas maeroremque resolutus  
 oderat lucem, respuebat cibos, fastidiebat haustus et vitam  
 parricidii pudore fugiebat. in omni proclamatione gemi-  
 tuque frater, ille diebus ac noctibus cogitationes, ille tor-  
 quebat oculos.' de quibus tu aegris impotissima medicina  
 25 mentita es? non fuit, non fuit solo languore periturus  
 quem non potuit nec mors fratris occidere. 'quid igitur',  
 inquit miserrima feminarum, 'saevisissime senex, ex hac re-  
 cordatione tristissimae orbitatis ad hos vultus faciemque  
 converteris? sine dubio filius est et post gravissimas de-  
 30 nuntiationes redditus vitae.'

Sed ignoscat natura, pietas, non est solacium matri 22

---

5 curationis: -ationi- *in ras.* **B**      6 suis: -ui- *in ras.* **B**  
 9 superexulta **BM**      quod: qui **P**      libris **P**      11 partem  
 illuc **V**      13 rapidique **J**      17 pertuli **B**      19 repugna-  
 tis **P**      valetudinis **V**      22 pudore **B**      23 torquebatur **J**  
 24 impotentissima **σ**

unus ex geminis. felicior ille dolor est qui transigi saltem cum oculis potest, renovatur, accenditur et in his vultibus illum cotidie putat videre pereuntem. sed et ipse gaudio redditae vitae laetitiaque non fruitur nec se credere potest caritate praelatum quem medicus elegit. sentit infelix cuius orbitatis unicus sit, quibus lacrimis perfundantur oscula, quam magnis profundisque suspiriis concutiantur amplexus. misera verecundia sanitatis ingratae pretium sibi videtur fratris occisi.

Convertitur hoc loco, iudices, mulier infelix et velut ad quandam praesentiam amissi iuvenis, 'sive', inquit, 'tandem securitate mortis explicitus in aliquo sedis aeternae pudore requiescis, sive exclusus ac vagus et inter fabulosa supplicia metuendus adhuc laceratione per stupentes horrentesque manes umbra discurrens, audi miserrimae matris iniquissimam conplorationem. non quidem licuit mihi in illud [conditorum] cubiculum tuae mortis intrumpere nec supra carissima membra prostratae meis vulnera tua tegere visceribus. quod solum tamen potui, corpus quod medicus, quod reliquerat pater, hoc sinu misera collegi ac vacuum pectus frigidis abiectisque visceribus rursus implevi, sparsos artus amplexibus iunxi, membra diducta composui et de tristi terribilique facie tandem aegri cadaver imitata sum. hoc est tamen quod de tristissima orbitate praecipue ferre non possum: propter fratrem videris occisus, nec tamen unquam constare poterit an tu sanaveris fratrem.

1 transigi **B** 3 cotidie *om.* **V** 4 fruitur: -ruit- *in ras.* **B**  
 7 superiruis **P** 11 admissi **J** 12 explicitus *ex -atus* **B**  
 aeterno **B** 15 manes sub umbra **B** 16 deconplorationem **J**  
 17 conditorium *deleto* cubiculum *Sch.* 18 prostratae — membra *linea* 22 *om.* **V** 21 adiectisque **B**; adiectisque *ex ab-* **J**  
 23 tantem **B** 24 inimitata **B** trissima **B**

M. FABII QVINTILLIANI GEMINI LANGENTES EXPLICIT  
 INCIPIT GLADIATOR **B** M. FABI QVINTILIANI. GEMINI  
 LANGVENTES EXPLIC. (*atramento*) INCIP GLADIATOR (*minio*) **V** *eadem M sed minio pinxit* INCIPIT ARGVMENTVM

## IX.

## GLADIATOR.

ABDICARE ET RECUSARE LICEAT. Pauperis et divitis inimicorum filii iuvenes amici erant. filius divitis cum  
 5 in piratas incidisset, scripsit patri de redemptione. illo morante profectus pauperis filius, cum amicum apud piratas non invenisset, quia lanistae venierat, pervenit in civitatem, in qua munus parabatur, sub tempus ipsum quo pugnaturus erat divitis filius. pactus est cum munerario pauper adolescens, ut vicariis operis redimeret amicum, petitque, ut, si egeret pauper pater, alimenta ei praestaret. ipse in pugna occisus est. divitis filius reversus egentem invenit pauperem. palam coepit alere. abdicatur.

15 Neminem unquam, iudices, intra tam breve aetatis 1  
 suae spatium plura terra marique perpassum quam quae proxima peregrinatione vel tuli vel timui vel vidi, facilis, ut opinor, fides est, cum ex omnibus quos novimus, mortalibus unus nominari me miserior possit quem in-  
 20 felicem ego feci. tamen in hac quoque omnia excogitantis in me fortunae violentia confiteor nunquam hunc me concepisse animo metum, ne post redemptum per alias

(omisso gladiator) Explicit gemini languentes. incipit eger redimentus *minio picta P subscriptio deest in S*

2 Gladiator S 3 post liceat Argumentum add. β

4 iuvenes V dives filius J 8 unus B, m *supr. b*; minus H

11 petiitque σ 12 ei B 14 post abdicatur add. M EX-

PLIČ ARG INCIP CLADIATOR *minio picta, in marg.* CAVSA

<sup>a</sup>X (*miniator*); Divitis filius agit β (*minio P*)

15 neminum B; nemo M unquam om. B iud unquam σ 16 marisque perpassus M 19 mortalibus ne unus

M, m. u. m 22 animo meo metum J mecum P post

(1 litt. er.) V

manus filium displiceret patri meo misericordia. illas ve-  
 rebar magis iam non tacitas vulgi opiniones quibus cru-  
 delitatis atque saevitiae reus peragor apud plerosque  
 sanctos et graves homines. nondum excusare potui quod  
 redemptus sum; obicitur mihi orbatu senex et ille qui 5  
 modo salvo filio etiam contra divitem steterat, amissis in  
 uno iuvene omnibus bonis inimicae domus supplex. licet  
 enim totas advocemus in odia fortunae vires et unum  
 egentem senem universa gratiae mole calcemus, confiten-  
 dum est tamen: plus amici nocuimus quam inimici. quin 10  
 ipsa prorogatae cotidiana stipe infelicis animae videtur  
 quodammodo maligna clementia. quod enim beneficium  
 est efficere, ut vivat orbus? unum tamen vel gravius  
 crimen infelix haec abdicationis meae fortuna defendit  
 quod vix ad sustinendum spiritum sufficientes cibos, prorsus 15  
 tantum mortis impedimenta, avara manu dederim. puto  
 iam ignoscetis omnes, si plus praestare non potui invito  
 patre.

2 Quamquam, iudices, oboritur animo meo nonnumquam  
 et illa suspicio quod patrem non alimenta uni seni parce 20  
 vivere adsueto nec liberaliter data nec diu danda, in  
 offensam meam compulerint. quantulum est enim facul-  
 tatibus divitis quod sub patre sane tenaci filio familiae  
 superest? ac si foret maius forte momentum, quis tamen  
 parens tam durus est, ut propter aliquam inpensam ca- 25  
 rere filio velit? <an velit> quod ipse celatus sit, quod  
 non suae misericordiae pauperem commiserim, non roga-  
 verim, praesertim qui quicquid umquam petii a patre,  
 exoravi? sed neque haec ultimo fulmine castigari meruit

---

1 displiceret **B**, 1 *supr. sed er. b* 3 vel in apud sit ini-  
 tium versus **m** in marg. 5 redemp **V** 7 suplex **B** 8 ad-  
 vocemus totas  $\beta$  9 senem *om.  $\sigma$*  10 tamen est **V** nocuimus  
 plus amici  $\beta$  quin: qui in **BV**; quoniam **P**; quam **S**  
 11 prorogata **M** cotidiana $\dagger$  **B** stipe — maligna *om. J*,  
*add. i* 12 quod ad modo **B** 15 sufficientis **BV** 22 est:  
 abest **Bu**. 26 an velit *add. Dess.; om.  $\omega$*  28 qui *om. VM*  
 petii $\dagger$  **B** 29 flumine **M** (vel fulmine **m**)

in differendis precibus verecunda cunctatio. qui dum  
tempus opportunum, faciles aditus, hilariorem animum  
capto, interim volui superesse cui ignosceret. neque infitior  
tamen fuisse me lentiolem quam oportuit: tametsi hoc  
5 praecipue habere videor patris simile. sed si ulla emen-  
datio paenitentiae est, hic in publico vobis adhibitis ro-  
gabo. non ego aes alienum luxuria contraxi nec profusus  
in vitia fortuna nostra male usus sum. redemptionis  
meae pretium debeo. si impetro, intellegam verum esse  
10 quod quidam opinantur: ambitiosum patrem publicare vo-  
luisse domus suae misericordiam, ne viderentur pauperes  
tantum vitam inimicis suis dedisse. si perseverat, ut por-  
rectos egenti cibos mea fame rependat, expulsus ab omni-  
bus bonis filium similem faciat inimico, vereor, ne iniquis  
15 aestimatoribus inexpiabilis illius et saepe reprehensi odii  
culpa videatur penes patrem qui tam facile irascitur.

Verum enim, si placet, fortunae magis moribus disse- 3  
dere quam suis; nam et paupertatis est proprium, quando  
alia deficient, exerere libertatem et, dum contemptus fama  
20 vitatur, potentiores vel ambitiose offendere, et naeta bonam  
conscientiam magna fortuna indignius imparem adversa-  
rium patitur. ergo conseruit, ut solet, casus duratura  
longius a parvis initiis odia, dum contumeliam humilitas  
facilius intellegit, dignitas gravius. neque ulla fuit aemu-  
25 latio — quae enim esse inter inpaes potest? — sed fato  
quodam similis ex diversis causis contentio. hic irascendo  
pertinax erat, ille in cedendo contumax. quamquam, nisi

---

2 oportunum **B** aditus *om. P, supr. p* 4 tam si **M**,  
*corr. m* 5 illa **M**, vel ulla *m* 6 poenitentia *Obr.* 13 egen-  
tis **J** et expulsus  $\epsilon$  15  $\equiv$ illius **M** et saepe:  $\equiv\equiv\equiv$  **M**, *corr.*  
*m* reprehensi odii  $\epsilon$ : reprehensio de  $\omega$  17 magis debet mor-  
ibus **M** dissedere *Dess. p. 97*: dissidere (-id- in *ras. B*)  $\omega$   
19 exerere *Dess., coll. 13, 6*: exercere  $\omega$  21 imparem *om. V*  
adversarium *ex -ius (ras.) BM* 23 humilitatis **BV** 25 inter  
in  
inpaes potest esse (in *supr. alia man.*) **V** 27 in cedendo:  
incendo **B**; incendendo **P**

ultimam exprimere confessionem victi utique placuisset, multa iam pridem signa dederant veniam finemque pugnae petentis. nam quo pertinuisse credimus quod pauper adulescens relictis omnibus solum me quem coleret, quem amaret, elegerat? sine dubio a primis aetatis annis iunxerat nos potentissimus amor ille puerilis, dum aut nulla erant inter parentes odia aut a nobis non intellegebantur. post <di>ductas tamen domos perseveravit, immo impensius laboravit. et si quid mihi in eo satis perspectum est, nihil horum fecit invito patre. quantum intellegere potui, pauper sine dubio pudore cedendi, ne damnasse causam suam videretur, simul quod nulla ipsi dabatur gratiae via, stare visus in suscepto circuitu tamen quodam molliores temptavit aditus et, dum firma tandem pax inpetraretur, filium nobis obsidem dedit. ac ne meus quidem offendi visus est pater, certe nunquam reprehendit, nunquam prohibuit; nec clam feci, nec contumacem adversus patris imperia umquam fuisse me vel ipse rerum declarat ordo.

Nam quamvis infestum latronibus mare iussus intravi neque dissimulaverim magnas fuisse causas patri, cur hoc mihi imperaret quod ipse facere non potuerat. ego, etsi nesciebam, non interrogavi. satis plena ratio fuit patrem velle. felix navigantium condicio qui procellas modo et saevos tempestatis incursus et albentes fluctibus scopulos aliaque pericula tantum maris pertulerunt, ego miser naufragis invideo captus barbaris manibus nec tam nexu catenarum vinctus quam pondere inundatum carcerem tuli

2 dederat **V** veniam *Sch.*: veniae  $\omega$  finemque: finem quem **BV** 3 adulescens **V** 5 iunxerat **B** 7 non *om.* **J** 8 diductas  $\epsilon$ : ductas **BM** $\beta\sigma$ ; duras **V** 9 et si: si *in ras.* **B** quod si **J** perfectum  $\sigma$  10 invito fecit *sed transp.* **V**

11 sine: si **B** 13 quodam  $\sigma$ : quosdam  $\alpha$  (quodam **V**)  $\beta$  14 tandem *ex tanta* **B** 17 probuit **B** fecit **B** 20 infectum **J**, *corr.* **i** 22 poterat **V** 24 felix  $\equiv$  navigantium **II** 26 aliaque: alia  $\sigma$  pertulerunt: -tuler- *in ras.* **B** 27 nec tam: rectam **B** nexus **J**; neccu **II**, *corr.* **h** catenarum **V** $\beta\sigma$

et vincula macie laxavi. quis non ignosceret omnibus  
 qui post hoc exemplum navigare timuissent? ergo, qua  
 una spe misera trahebatur anima, litteras de redemptione  
 scripsi patri, testor deos, soli. quid enim sentire viderer  
 5 de parentis adfectu, si hoc incolumi redemptionem ab alio  
 petivissem? nam quod unum mihi secundum patrem for-  
 tuna videbatur parasse praesidium, hoc sperare in illa  
 forte non poteram. quid attinebat amico scribere quem  
 sciebam non habere unde redimeret? nunquamne mihi 5  
 10 dabitur liberum tempus conquerendi apud patrem de amicis  
 suis qui proficisci volentem retinere temptarunt, qui pie  
 festinationi attulerunt moras? profectus esset tamen vel  
 invitis omnibus, quis enim hoc non praestaret filio pater,  
 nisi quod interim amicus antecessit. illum non pericula  
 15 maris, non infesti latronibus sinus, non vicinum meae for-  
 tunae documentum prohibuit. minus haec miror de amico;  
 illud est quod pensari nullis beneficiis possit: proficiscen-  
 tem non retinuit pater, immo, si quid in subsidia vitae  
 seposuerat parca frugalitas, id omne in impensas itineris  
 20 contraxit et contulit. infelicissime senex, sic egere coe-  
 pisti. dicam nunc ego, per quos iuvenis praestantissimus  
 navigaverit fluctus, quos accesserit scopulos, quantos lustra-  
 verit sinus? faciliora ista putant qui nunquam naviga-  
 verunt. in omnia praeceptis sine respectu sui quem iam  
 25 tum apparebat vitae non parcere, adiit, exploravit, et ta-  
 men ille quoque qui tanto opere festinabat, sero pervenit.

Audite, audite, iudices, novam captivi querelam. iam  
 miser apud piratas non eram. alebat devotum corpus  
 gravior omni fame sagina, et inter debita noxae mancipia

---

2 ergo: vel ego *m*      4 soli  $\equiv$  *B* (s *er.*)      5 incolomi *B*  
 6 fortunam *B* · 10 conquerendi *M*, *corr. m*      13 hoc non *B*:  
 non hoc *reliqui* (non *in ras. et post hoc ras. M*)      pater filio  $\beta$  *M*  
 ante  
 14 *intessit v*      15 infesto  $\beta$       18 subsidia *ex* subdidia *B*  
 19 parca *om. M, supr. m*      in *om. BM (add. m)*      20 infideli-  
 cissime *P*      26 tantopere  $\beta$       27 quaerelam *B*      28 alebam  
*B*; alebant *M*      29 debita: debit *ex M*; dedita *Lucas*

contemptissimus tiro gladiator, ut novissime perderem calamitatis meae innocentiam, discebam cotidie scelus. haec tamen omnia sustinui, tuli: adeo difficile est etiam sua causa mori.

- 6 Et iam dies aderat, iamque ad spectaculum supplicii nostri populus convenerat, iam ostentata per harenam periturorum corpora mortis suae pompam duxerant. sedebat sanguine nostro favorabilis dominus, cum me cuius, ut interiecto mari, non fortunam quisquam nosse, non natales, non patrem poterat, una tamen res faceret apud quosdam miserabilem quod videbar inique comparatus. certa enim harenae destinabar victima, nemo munerario vilius steterat. fremebant ubique omnia apparatus mortis. hic ferrum acuebat, ille accendebat ignibus laminas, hinc virgae, inde flagella adferebantur: omnes piratas putares. sonabant clangore ferali tubae, inlatisque Libitinae toris ducebatur funus ante mortem. ubique vulnera, gemitus, cruor, totum in oculis periculum. si quid est in me abdicatione dignum, iudices, unum crimen agnosco: quod in haec amicum meum misi. est quidem felicibus difficilis miseriarum vera aestimatio, figurare tamen potestis qui tunc animus
- 7 mihi, quae cogitatio fuerit. namque et natura redit in extremis tristis praeteritae voluptatis recordatio, et mihi cum generis conscientia, cum fortunae conscius aliquando fulgor, cum liberales artes, cum omnia quondam honestiora munerario meo, domus, familia, amici ceteraque numquam videnda in ultima mortis expectatione succurrerent tenenti

1 contemptissimus *M*, corr. *m* 2 innocentiam: innotitiam  
*J* hoc  $\beta$  5 et: at *M*, corr. *m* supplicii *ex* subplicii  
*B* 8 ut *om.* *J* 9 fortuna *B* 11 quos *B* 14 ac-  
 cuebat *B*; advehebat *V*;  $\alpha$ cuebat *M* ignibus *B* laminas  
*BM*; lampas <sup>*m*</sup> *J* in <sup>*de*</sup> *B* 15 omnis *B* 16 libitinis *M*  
 (*m* *supr.* libidinis et in *margin.* add. vel libitinae quod melius  
 est) 16 choris  $\beta$  17 fumus  $\beta$  18 est in (*4* vel *5* *litt.*  
*er.*) *B* 19 haec *B* 20 meum *bis* *V* 21 post aestimatio  
 add. fuerat *P*, del. *man.* 3 24 conscientiam *V* cum *om.* *M*,  
*supr.* *m* conscius: congruit *Gr.* 27 tenent  $\beta$



servilia arma et ignominiosa morte perituro, tum, si ulla miseris fides est, quid horum omnium ignari agerent propinqui nihil peius de fortuna mea suspicantes quam quod scripseram: illud tamen gravissimum quod patrem qui  
 5 tamdiu non veniret captum putabam. ergo tota cogitatione intentus in mortem expectabam cruentum illum confectorem. quis enim dubitet quid futurum fuerit, si ego pugnassem? ille quoque occisus est qui inter nos, ut apparet, fortior fuit.

10 His cogitationibus attonito et in mortem iam paene demerso, inopinata subito amici mei species effulsit. obstipui, totumque corpus percurrit frigidus pavor neque aliter, quam si vana obiceretur oculis imago, mente captus steti. ubi primum lux rediit laxatumque est usque huc  
 15 iter voci, 'quid tu?' inquam, 'quo casu pervenisti huc miser? numquid et te vendidere piratae?' at ille complexus cervices meas effusus in pectus meum lacrimis solutus intercepto prope iam spiritu sero iam trepidante me primam vocem et diu solam edidit: 'satis vixi'. ut  
 20 vero causas itineris reddidit et venisse se ad redimendum indicavit: 'et unde', inquam, 'tibi pecunia, nisi redistis in gratiam, et te pater meus misit?'

Audite gentes, audite populi, non solita iudicium nostrum corona circumstet, sed, si patitur natura rerum,  
 25 totus ad cognitionem talis exempli orbis circumfluat. tacete priora saecula, in quibus tamen a primordio generis humani paucissima amicitiae paria admirabiliora fecerat

2 horum: honorem **B**; honorum **M**, vel horę *supr. m*

3 mea *om. J* suspicantes **B** 5 tandiu **B** inveniret **B**,  
 in *del. b* putabat **B**, *corr. b* ego  $\sigma$  6 cruentem **B**  
 confectorem **B** 9 apparet  $\equiv$  (2 *litt. er.*) **B** 10 cogitationibus  
**B** in: inter **BM** 11 demerso *ex* dimerso **J** obfulsit  
**V** obstupui  $\omega$  *praeter B* 13 quam: quo **P** 14 redit  
**V** usque huc **B**: *om. ceteri* 15 inter **B** venisti **M**  
 17 effusus *et* solutum **Bu.** 18 trepidantem  $\alpha$  19 primam **B**  
 21 inquam **B** 24 circumstet **P** 25 cognitionem: -nitionem  
*in ras. B*; cogitationem  $\varsigma$  circumfluat **P** 27 fecerat  $\varsigma$ :  
 fecerant  $\omega$

longa temporibus nostris fides intercepta: quicquid historiae tradiderunt, carmina finxerunt, fabulae adiecerunt, sub hac conparatione taceant. quis crederet, si dubitari posset, inter duos amicos quorum alterum immunem malorum omnium fortuna fecerat, alterum piratis ac lanistae tradiderat, meliorem condicionem fuisse captivi? 'si dives essem', inquit, 'pecuniam pro te attulissem. quod unum pauperibus praesidium est, manus habeo. has piratis daturus fui, has pro te in pugnam vicarias dabo.' ignosce pater quod nimia contentione adfectus paene tibi orbitatis vulnus inpresserim. testor deos non per me stetisse quod vivo. neque enim ita me efferabat ludus, aut in tantum duraverat animum caedis longa meditatio, ut eum amicum vellem occidi qui pro me mori poterat. vindicabam mihi fortunam meam et adhuc necessitatis gladiator depugnare etiam volebam neque ullis precibus poteram evinci, quamquam se non superfuturum alioquin minabatur idque unum adfirmabat interesse utrum vicarium mallet habere mortis an comitem. non vici. quid igitur actum sit, quaeritis? duxit me ad munerarium, iudices. quas ego illius preces, quam pertinaces lacrimas, quam miserabilem obtestationem vidi! nemo unquam sic rogavit missionem. transferuntur in illum detracta corpori meo arma, et male aptatis insignibus festinatum par producitur.

9 Quid me admonetis supremarum amici mei precum quibus haec alimenta caro empta inopi patris senectuti petita? adiutorium hoc ad causam putatis? me pudet quod rogatus sum. 'per hanc', inquit, 'mihi lucem ultimam, per notissimam amoris nostri fidem, non sinas men-

---

2 finxerunt **B** adiecerunt **B** 3 dubitare **B** 4 alterum *om. B*, *add. in marg. b* 7 inquit essem  $\beta$  9 vicarias *om. V* dabo: habeo et dabo **P**; habeo **S** 12 efferabat **V**; -ebat **BM** $\beta$  $\sigma$ ; efferarat  $\epsilon$  16 quamquam: *qd'qd' P* 17 se michi non **M** 18 affirmabat  $\equiv$  (*1 vel 2 litt. er.*) **V** vellem  $\sigma$  21 bis quam: quo **P** obtestationem **P** 24 destinatum **Bu.** 25 ammonetis **P** supremarum **P**

dicare parentem meum. sustineas, adiuves, praestes affectum, si mereor. tu sis illi vicarius meus.'

Nec plura dicendi tempus fuit. iamque suprema per galeam dederam oscula, digressisque in diversum ministris  
 5 permissus Mars erat. o quam sollicitus spectavi! quam attonita mente! quam simili corporis motu! quotiens ad infestum mucronem, quasi ipse peterer, me summissi! quotiens ad conatus erectus sum! o misera cogitatio, o crudelis natura metus! merito tu, amice, pugnare maluisti.  
 10 facinus indignum illum animum, illum ardorem non contigisse castris, non bellicis certaminibus, ubi vera virtus nulla pugnandi lege praecircumscribitur. qua vi proelium invaserat iratus etiamnum tamquam adversario meo, ad omnes impetus excipiebatur callide veterani gladiatoris  
 15 astu: omnes conatus contra se erant. nec difficilem tamen sub illo praesertim auctoramento habuisset missionem, sed noluit gladiator vivere. igitur iam nudum corpus vulneribus offerens, ut totam prope mercedem semel solveret, stans periit. cui licuit in patria, in domo, inter propinquos,  
 20 securo consenescere aevo, cui tranquillam sine reprehensione agere vitam, iacet confectus vulneribus, et primo iuventae flore fraudatus periit miser fato meo. at ego qui debebar illi fortunae, quem mors sibi destinaverat, emissus ludo nocentior quam venditus etiam viatico illius infelicis re-  
 25 vertor. placeamus licet nobis fortuna nostra, pater, pauperi solvendo non sumus.

Si qua est fides, iudices, pudet me contra indicare 10  
 mea beneficia, nec videor vobis rationem posse reddere

---

1 praestet **B**    3 dicenti **V**    5 fuerat **BM**    7 me *om.*  
**BV**βσ    peteret β    10 contigis $\equiv$  (2—3 *litt. er.*) **B**; contigisset **V**    12 praecircumscribitur *Dess. p. 96, cf. 11, 5*: praemium scribitur ω *praeter J*, ubi praescribitur; praevia circumscribitur *Sch.*    13 etiam non β    meo: immo **P**; ymmo **S**  
 14 omnis **V**    15 omnis **B**β    16 praesentim **V**    18 effere-  
 rens σ    prope: propere *Sch.*; pro me *Bu.*    21 confictus **B**;  
 confictus **M**, vel confectus **m**    24 quam: quod **P**    28 beneficia mea β

quod mihi tam parum obiciatur. redemptoris mei patri in pretium meum orbo, egenti quid praestiti? quod pirata capto, quod lanista gladiatori, exiguam stipem et cibos semper petendos. quantum enim dari poterat quod non sentiret dominus tam curiosus? de hac re consedistis, hoc concitavit istam iudicii scaenam, panis datus mendico, et dilatata hac impotentiae nostrae opinione videbamur amicos ferro occidere, inimicos fame. computemus totam istam meae luxuriae impensam, audite summam et miramini, si hos sumptus ne divitiae quidem sustinent. tanti constat patri captivitas mea, cum tam caro redemptus sim. quo tandem patereris animo, si delicatus adulescens, praesertim splendidis opibus, vel ex aetate mores vel ex fortuna traxissem et tempestiva convivia et pervigiles iocos advocata sodalium turba solutus atque adfluens agerem tantumque impenderem quantum non posset te ignorante consumi, quae tamen ipsa boni patres libenter annis remiserunt, cum abdicatione dignum putes et ultimo patriae potestatis fulmine coercendum quare mendico seni porrexerim, ut parcissime dicam, quod illi filius misit? non redempta meretrix, non egestum convivii faenus, non lenonum parasitorumque cara adulatio in crimen venit, cibaria senis nempe unius aetate ac malis confecti. hoc divitias tuas concutit? hoc fundatam paternis avitisque opibus domum exhaurit? si tam avarus es, computa, adhuc de alieno vixi.

11 At haec fortasse quae circumstat iudicium corona et omnis ignara causae turba magnum nescio quid et por-

---

1 patris  $\sigma$       3 stipem  $\equiv$  (3 litt. er.)  $V$       5 domin<sup>n</sup>  $B$   
6 iudicii *om.*  $V$       7 videamur  $V$ ; videmur  $M$       8 occidere  
ferro  $V$       9 luxuriae  $V$       luxuriae meae  $\beta$       10 nec  $B$   
13 opibus  $\epsilon$ : operibus  $\omega$       14 traxissem: transissem  $J$   
iocos  $\beta\sigma$ : locos  $\alpha$  (locos vel iocos *supr.*  $m$ ); licos  $\gamma$ ; ludos  $\epsilon$   
17 libenter *om.*  $B$ , *supr. man. alia*      19 perrexerim  $B$       21 me-  
retrix  $B$       lenonum *ex leno non*  $B$       22 parasitorum quo-  
que  $B$       adhulatio  $V$       25 exhaurit  $M$       27 ad  $BM$       cir-  
cōstat  $P$       iudicum  $M\beta$       28 causa  $P$

tento simile crimen expectat. abdicas me, pater, tam cito? modo tibi ex illa funesta peregrinatione insperatus revertor, unde ut venirem, vix optare potuisti. nulla adhuc pro reditu meo soluta sunt vota, non percussae diis im-  
 5 mortalibus hostiae, redemptori certe gratiam non retulimus. at ego expectabam, ut desiderio incensus affectus vix posset expleri, ut post infaustam profectionem velut obiurgatus tanto periculo nunquam me posthoc, saltem peregre, dimitteres. vix salutatis laribus expellor, et apud plerosque  
 10 dubitari potest, an admissus sim.

An hoc agis, ne quid tibi praestitisse videatur qui me redemit? saevus enim credo et impius et, quod maximum omnium vitiorum signum est, ingratus beneficia patris non aestimo. fortasse cui vitam debeam nescio, nulla est apud  
 15 animum meum memoria meritorum. miserum me, quod non possum tantum solvere quantum accepi. quamquam causas abdicationis pater altius repetit et ultra peregrinationem meam inquiri, idque ratione duplici. primum, ut reum, quia premere atrocitas criminum non potest, turba  
 20 confundat, deinde, ut gravius videatur iudicium patris, cum is damnet qui soleat ignoscere.

‘Cur’, inquit, ‘cum ego inimicum haberem pauperem, 12 tu amicum filium eius habuisti?’ volo, iudices, ommissa omni contentione scilicet sic agere: peccavi, veniam peto; et errare hominis est et ignoscere patris. duxit me similis aetas, evicerunt officia, cepit fides, amantem odisse non potui. nihilominus satis habundaeque poenarum est. et, si pietatem tuam bene novi, plus quam velles, datum est. quantumlibet peccaverim, quid amplius iratissimus  
 30 dominus exigeret? ludo tibi satisfeci. nullumne cladibus

4 non om. **B**      5 non om. **J**      6 vix posset bis **P**

11 an om. **B**, *supr. man. alia (b?)*; at  $\sigma$       12 credo om. **V**

14 debeo *in ras.* **bM**      15 animum *supr.* **B**      16 quamquam:

qd'qd' **P**      17 *post* abdicationis *add. meae* **V**      et — inquiri

om.  $\sigma$       18 dupplici **VM**      19 quia: que **M**      21 damnat  $\beta$

23 eius om. **P**, *supr. p*      24 si licet **V**      26 coepit **B**

30 exigerit **P**

meis finem dari placet? parum est quod insanos pertuli fluctus et saevis tempestatibus commissus arbitrio ventorum pependi? parum est, quod in nefarias latronum manus praeda perveni, quae ultima malorum etiam servorum condicio est, sine exceptione venalis? inde me, si 5 voluisset, emere potuit inimicus. parum est, quod me diu piratae in carcere retentum, quia redemptorem illis divitem promiseram patrem, in ludum vendiderunt tamquam decepti? quod cotidianae pugnae meditatione tam diu mori didici? quod compositus, armatus, inductus perieram, si 10 melior amicus fuisset, nisi me nova velut in portu adorta tempestas paternis laribus extorrem et necessarii quoque victus inopem circum ad alienas mitteret domos? pudet enumerare calamitatum mearum gradus: piratam, lanistam, patrem. 15

13 Atquin pars ista criminis, iudices, mei non defendi meruit, sed laudari. neque enim reperio quid in rebus humanis excogitarit natura praestantius amicitia, quid concordia contra fortunam maius auxilium. nam primum praeter cetera animalia induit nostris pectoribus quandam 20 societatem quae mutuo gaudere congressu, contrahere populos, condere urbes edocuit et, cum mentibus nostris varios imposuerit motus, nullum profecto meliorem benivolentia tribuit adfectum. quid enim foret humano genere felicius, si omnes esse possent amici? non bella, 25 seditiones, latrocinia, lites ceteraque mala quae hominibus ex se ipsis nata sunt, fortunae accessissent. id quia nimium deo visum est, at certe honestis convenire mentibus, fidem colere, amoris gratiam referre omnibus temporibus, omnibus gentibus praecipuum et quodammodo sacrum fuit; 30

3 quod<sup>in</sup> nefarias **B** 4 veni **J** 7 retentum: t alterum in ras. **b** 9 cotidie  $\beta$  11 portum  $\beta$  adorta  $\varsigma$ : adoptata  $\omega$  14 enuntiare  $\sigma$  calamitatum **M**: calamitatum **B** (i supr. **b**)  $V\beta\sigma$  17 ne **B**; nec **M** 18 excogitarit: i alterum in ras. **b** quod **Obr.** 20 praeter: inter  $\beta$  indidit  $\beta$  23 benivolentia **M** $\sigma$  24 genere *om.* **B**, *add. in marg.* **b** 25 omnis **B** 28 aut **B** (at supr. **b**) **V**

neque enim nisi optimis mentibus contingit, ut aut sic amare sciant aut sic amari mereantur. hoc ego crimen expavescam? scires quanto opere gloriarer, pater, si cum amico meo ego redissem. nisi forte similitudine flagitiorum ductus turpi me coniunxeram iuveni, quae vita sine dubio nomen amicitiae non accipit; ita tamen ad paria ducente natura vitia convenerant. obice mihi amicum et habes maledicendi materiam. 'gladiator fuit, quare amicus illius fuisti?' ita, opinor, paenitet. effers te longius, dolor, et nimia concitatus ira quo progrediare, non respicis. non sentis, pater, hoc te mihi obicere, quod vivam? quisquam de illa amicitia queri potest praeter pauperem? 14

'At ego inimicum habebam illius patrem.' decuerat quidem simultates quas maximi omnium mortalium esse voluere sapientes, in his desinere, in quibus nascerentur. nam sic quoque immodicas serit discordiarum fortuna causas, etiamsi non hereditaria subeamus odia, ac diutius inimicitiae maneant quam inimici. tamen si quid adversus te ipse commisit adulescens, sit hostis et meus. si innocuus et omni vacans culpa caritatem mereri cupit, si nullius me amici filius validius amat, quid tandem vis, pater, respuam et iratas obiciam manus? tu quoque non odisses pauperem, si te amaret. inserit se et beneficiis certat. noras adulescentem omnia ultro praestantem, et sic me amabat, quamvis tu esses inimicus patris. adice, si tanta in adulescente indoles fuit quantam nulla unquam cognovere saecula, si fides antiquissima et cum deorum coetu

1 optimis **V** contigit  $\beta$  3 quantopere **M** $\beta\sigma$  si eum amicum meum ego redemissem **M**, genuinam lectionem add. **m**  
 4 ego om. **V**, supr. man. altera redemissem **B**; redidissem **V**  
 6 paria in ras. **b** 7 obicis **M** mihi: i prior in ras. **b**  
 9 illius omissum supr. **B**; eius **V** effert  $\sigma$  longior **M**, corr. **m**  
 10 concita **M**, tus supr. **m** 14 maximi om. **V**; maxime  $\epsilon$   
 mortales  $\epsilon$  15 noluerunt **P** sapientis **BV** 23 interserit **M**  
 24 omnia om. **M** 25 tu <sup>esses</sup> inimicus **B** patri **M** $\beta\sigma$  26 quantum **BV**; quanta **M** nulla — saecula om. **B**; unquam — saecula om. **M** 27 si omissum supr. **B**; sit **M** antiquissima: antiquis et una **V**.

permixtis inaudita temporibus, si me semper habuit carior-  
rem spiritu suo, etiamne despicienda mihi rarissimi boni  
ocasio fuit? at ego perpetuam quandam mihi gloriam  
reor, quod ille caelestis animus me potissimum quem  
amaret, elegerit, ego sim probatus tanto iudice. me quo- 5  
que igitur feret fama per gentes et amici laudibus inlu-  
strior vivam. credet aliquis idem me pro illo fuisse  
facturum.

15 'Cur, cum inimici nos essemus, vos amici fuistis?'  
aliud hoc loco crimen agnosco. peccavimus enim, fateor, 10  
peccavimus quod, cum amici essemus, vos inimici fuistis.  
haec, iudices, diutius exequeretur, nisi absoluta essent ipso  
iudice patre. longum iam istius criminis tempus est, nun-  
quam obiecit, nunquam excanduit. ecquid hoc inter nos,  
pater, convenit, ne si longiores repetitis offensas, apud ma- 15  
lignos videaris me iratus non redemisse? sed si quid  
ante commissem odio tuo dignum, potuisti me redemptum  
non recipere. manifestum est ergo te patiente, id est te  
volente, amicum mihi fuisse iuvenem. et sane non solus  
in hac fuisti sententia. idem filio permisit et pauper. 20  
atquin si pars haec causae quae confessione longi silentii  
absoluta hodie in accessionem criminis alterius deducitur,  
potest apud vos impetrare veniam, facilius certe sequen-  
tium ratio est, ille enim sane fuerit inimici filius, hic iam  
est amici pater. 25

Nec ignoro, iudices, quam male ista defensio de hu-  
mano genere mereatur, si adeo nihil est per se miseri-  
cordia, ut nisi ulterior aliqua necessitas pudori vim fe-

---

2 dispicienda **B** carissimi **J** i ultimum vocis rarissimi  
et boni occasio in ras. **b** 3 gloriam mihi **V** 5 elegerat **V**  
ante ego add. quodque **ε**; et Dess. sum **V** 7 crederet  
**B** me aliquis idem **V** 9 cum: non **σ** vos — essemus  
l. 11 om. **M** 14 obicem **P** ecquid Dess.: e quid **V**; et  
quid reliqui 15 ne si **V**: nisi reliqui repetens **M**, vel re-  
petis **m** 18 patientie **P**; patientem **M** id est del. man. 3  
codicis **P** 20 hac om. **B**, in marg. add. **b** 21 longinqui **J**  
22 haccessionem **B** 26 quam: quod **P** 28 nisi: si **B**



cerit, pro summo crimine damnanda sit minus necessaria  
 humanitas. ergo si alienum et ignotum, tamen, quae pu-  
 blica omnium mortalium quippe sub uno parente naturae  
 cognatio est, hominem cibo forte iuvissem, poena dignum  
 5 videretur servasse perituram animam et ignovisse rebus  
 humanis et respectu communis omnium fortis velut ad-  
 orato numine et stipem posuisse fortunae? si hoc crimen  
 est, laudetur ergo crudelitas, nihil habeatur piratis lani-  
 stisque prudentius. ferantur sane profutura humano generi 16  
 10 duo exempla: intra tam breve tempus propter misericor-  
 diam alter abdicatus, alter occisus est. quod crimen si  
 fatendum sit, num animum mihi ipse finxi, aut mea po-  
 testate regitur affectus? an arbitrio formantis mores om-  
 nium naturae compositus cum crimine meo natus sum?  
 15 nam sive caelestis providentia sive inrationabilis casus  
 sive adsignata siderum cursu nascentibus nobis necessitas  
 multa varietate pectora nostra distinxit nec minus nume-  
 rosas animorum quam corporum dedit formas. sunt quo-  
 rum mentes etiam nocentium supplicia confundant, qui ad  
 20 omnium sanguinem pallescant, ignotorum quoque miseris  
 inlacrimant. sunt contra qui ne suorum quidem miserentur.  
 mihi mite pectus et mollis affectus ad omnem calamita-  
 tium conspectum tremit. noli me aestimare mea fortuna,  
 pater, non habeo gladiatoris animum. utinam mihi quidem  
 25 causa permetteret sic gloriari. iuvenis conceptus splendidis  
 parentibus, cum solum tam speciosae fortunae crederem  
 fructum posse prodesse et contra varios mortalium casus  
 quasi portum benignitatis aperire, concupivi quandam hu-

---

1 damnanda <sup>p</sup> *B*, *supr. b* 7 numine ε: numini ω po-  
 suisse: porrexisse *M* si: est *V* 8 piratas β 12 non *M*  
 amicum β 13 formatis *B* mores ε: more *vel* morae ω  
 15 irrationalis *Ritter* 17 disting<sup>x</sup>uit *V* 18 quam: quo *P*  
 19 innocentium *V* 21 inlacrimant: -ent *in ras. b* nec *V*;  
 se σ 22 mice *P* omnium *BM* calamitatū *B*: -um  
*VMσ* 24 quidem mihi *V*? 26 cum: non *J*

manitatis civicam gloriam periturum hominem, sive ille naufragio eiectus sive spoliatus incendio sive exutus latrocinio erat, naturae patriaeque restitui. paria tecum facio, respublica quae propter me unum civem perdideras. haec me magis decet impensa quam vestis argentum. ubi pecunia melius poni potest quam ubi laus emitur, ubi faenus bonitatis extenditur?

17 Magna conscientia est felicitatem meruisse. ignotus sane sit et alienus, quid fuerit ante, non quaero, post hoc erit amicus. et hercule, quo quisque plus potest quoque latius patet ad incursus, hoc magis cogitare debet atque respicere quantum in nos fortunae regnum sit, quam instabili sede humana consistant. non me aurata laquearia nec radiantem marmore columnae nec graves crustae fecerint immemorem fragilitatis. multa saepe et locupletibus accidunt, saepe in imum summa decidunt. ego vidi pauperem auxilia diviti ferentem. sed sane superbius aestimet miserias longa felicitas et alienum casum facile despiciat securus sui: ego, quotiens auxilia calamitatis petere aliquem video, non possum non moveri fortuna mea. succurrit mihi continuo tempus illud quo ipse elementiam optabam. ignosce pater, si penitus animo meo hic insedit affectus. amare misericordiam miser coepi.

'Sed inimicus', inquit, 'meus est.' num quis nos tanto opere laudaret, pater, si hoc amico praestaremus? haec est celebranda virtus, haec animi suscipienda moderatio, vincere iram et inter simultates quoque meminisse ho-

1 hominem *om.* **B**, *supr.* **b**    2 seu spoliatus **V**?    3 naturae: fortunae *Sch.*    4 civem *ex* avem? (*corr.* **b**) **B** perdideras **B**, *di supr.* **b**    5 argentum *ibi* quam aurum, ubi laus *ect.* (*exp.* **m**) **M**    6 quam ubi laus emitur *post* argentum **ω**; *transp.* *Gr.*    7 ostenditur **J**    8 quesisse **J**, meruisse **i**  
 ignotus sane sit: ignotus sit ne sit **B**    9 alius **II**    12 fortunae in nos **M**    quam: quod **P**    stabili **V**    13 constant *Bu.*    14 columpnae **V**    17 auxilia: -ux- *in ras.* **B**    20 vidi **V**  
 21 mihi *om.* **B**, *supr.* **b**    illud *del.* *Bu.*    22 obtebam **M**  
 24 num *Dess.*: nam **ω**    26 est: enim **B**    animis *Dess.*; amici **ε**

minis. ut Fabio Maximo immortalem attulit laudem ereptus ex hostium manibus inimicus, ut Tiberium Gracchum admirata civitas est Scipione in carcerem duci prohibito, te quoque similis animi magnitudo memoriae dabit. 5 tuis enim opibus vivit inimicus. quicquid est istud quod senex inops ex nostra domo accipit, si non irasceris, tu praestitisti, tibi hoc pulchrum atque magnificum est. nam ego, si quid in patrem servatoris mei confero, non sum laudandus.

10 Neque expectaveris hoc loco, pater, ut illa dicam: 18 semper odiorum honestus occasus est, et, dum simultates nihil aliud habent quam nocendi cupiditatem, speciosa in melius animi mutatio est cum exempli honore, iunctaeque ex hostili paene concursu in adfinitatem manus. unde 15 tantum misero boni, ut inimicus sit? aspice solum, egentem, senem, omnibus praesidiis destitutum, nonne contumeliam fortunae tuae facis, si hunc odisti et adhuc putas tua interesse, ne vivat? nulla tibi contingere maior ultio potest quam si iam talis est, ut illius etiam nos misereamur. 20 magna mehercule iam de vetere aemulo poena! superest panem eripere mendico et gravissimae per se fortunae manu pondus imponere. age, si perisset, cadaver calcasses? ferae mehercules generosiores iacentes transeunt, et reservati hostes restitutaque urbes maiora causae 25 exempla sint, quod scio, victis etiam gladiatores parcunt. post orbitatem, post egestatem quid amplius potest pati, nisi quod optat? ulteriorne tibi aliqua ultio quaerenda est, aut aliquid rerum natura peius capit? quis non te omnium mortalium inhumanissimum putet, si hoc adversus

1 maximam  $\beta$       2 inimicus: Minucius *Gr.*      3 ammirata *V*      spicione *BV*      duci: diu *V*      prohibito te: prohibitate *B*      7 praestitis *B*      8 senatoris  $\sigma$       mei *om.*  
*VJ*      10 illam *J*      11 tum  $\alpha$  (cum vel dum *supr. m*)  
12 quam: quo *P*      13 tum  $\alpha$       14 sint *ante ex add. Sch.*  
16 nonne: non *B*; numne *M*      19 quam: quod *P*      nos *om.*  $\beta$   
22 manui  $\beta M$ ; maius *Obr.*      24 urbis *BM*      maiora *supr. B*  
causae *om. M, supr. m*; causa  $\beta$ ; cave *H*      25 sint *ex sunt*  
*B*      gladiatoribus *J, corr. i*      26 post:  $\bar{p}$  *P*

inimicum tuum saltem optasti? si mehercules inexpiabiles odiorum causae et compositis quoque fabulis posteriores inimicitiae fuissent, ausim dicere, si propter illum liberos perdidisses, accipienda tamen erat a fortuna talis satisfactio, certe ad vitandam insolentiae opinionem quae fere 5 immeritam quoque potentiam carpit, ne vagaretur per urbem invidiosus mendicus, et calamitatis auctori criminis causa vulgus <s>e gereret odiosum. nescio quomodo omnis pro laborante favor est, nec ulla perpetuam gratiam servat nisi modesta victoria. nostra potissimum clementia susti- 10 neatur, ne illius alii misereantur. facilis, ut animadvertere vos spero, iudices, defensionis meae cursus est. antequam incipiam habere causam nimium bonam, hic iam conscientia trepidat oratio et velut inter binos deprehensa scopulos, cum aliud obiciatur, aliud defendendum sit, 15 haeret in dubio: cum beneficiis meis computare non audeo. cognovistis expositionem causae, quanta quamque excedentia fidem adolescentis optimi merita narraverim. haec mihi omnia sine dubio ille praestitit, sed quid interest? debitor delicatus sum. quid in hac parte defensionis agam, iu- 20 dices? dicam: referre gratiam beneficiis volui. itane tandem aliqui mendicare amici patrem aequo animo visurus fuit? at ille me redemit cui nihil debui<t>. dicam moveri me supremis amici mei precibus? egregia vero com-

3 lib<sup>o</sup>s **B** 4 perdidisset  $\beta$  7 calamitas **V** 8 causas **V**<sub>po</sub> vulgus **BM** se gereret *scripsi*: egereret  $\omega$ ; regereret  $\varsigma$  odiosum *scripsi*: odiorum  $\omega$  9 ne **B** ulla  $\varsigma$ : ullam  $\omega$  servet **M**, *corr. m*; servaret  $\beta$  10 vistoria **B**, c *supr. b* 11 misereantur: -antur *in ras.* **B** animadvertere (-ete- *in ras. vel obliteratum*) **V**; a<sup>m</sup>ni<sup>m</sup> advertere **M** (*m supr. m*) 14 trepidat oratio et *Dess.*: trepidatio ratio et **BV**; trepidat<sup>m</sup> oratio et (*i er.*) **M**; trepidat et ratio *m marg.*  $\beta$  15 obiciatur **V** defendū **B** 16 dubio: o *in ras.* **b** 17 quamque: quoque **P** 18 ad- hulescentis **V** 19 ille *add. p* quid **B** debitor: dubito<sup>m</sup> (*t er.*) **J** 22 aliqui: aliquem  $\omega$  visu<sup>r</sup> **B**, *f in ras. 2 litt. b* 23 debuit *Dess.*: debui  $\omega$ ; retuli  $\varsigma$ ; praebui *Bu.* 24 supre- mis: praesumis **M**, su *supr. m*

paratio. at ille mihi praestitit quod non rogavi. utro me vertam? tamquam honestum defendam factum an tamquam necessarium? alterum absolvi facilius potest, alterum laudari rectissimum, opinor, veritatis interest.

5 Audi, pater, alimenta ista quae donata egenti putas, 20  
 quanti illi constant. si accepto captivitatis meae nuntio nullis precibus adductus, nullis epistolis vocatus adulescens ad liberandum me vinculis piratarum profectus esset quibus tamen meritis pensarem, cum id mihi praestitisset quod  
 10 ego tantum a patre speravi? intrare maria, praesertim tam recenti documento timenda, et latrones ultro quaerere et, cum praeter vicarias manus nihil esset, navigare voto captivitatis, quis posset alius quam qui paratus esset pro amico mori? magnum hoc per se ac saeculo nostro vix  
 15 credibile, iudices. illud vero omni praedicatione maius, ad redimendum me profectus est, cum mendicaturum patrem suum sciret. atquin sperare poterat futurum, ut sine periculo suo redimeretur nihilominus amicus, cum haberem divitem patrem. sed noluit ipsum itineris apparatus et,  
 20 ne qua periret redemptionis hora, praeceps cucurrit. pro fidem deum hominumque, quemadmodum ad redemptionem amici festinat, etiam cuius pater lentus est? Terentium quem inter ceteros captivos secundo Punico bello Scipio Africanus vinculis exsolverat, memoriae tradidere maiores  
 25 insigni receptae libertatis, pilleo testantem in triumpho ducis esse conspectum. et ille quidem — maioris momenti accessio — publicam senserat felicitatem, privatim tamen debere se putavit victori beneficium. quid me facere convenit qui per maria latronicis infesta solus petitus  
 30 sum? qui lucem, libertatem, denique quicquid patri debeo, non ignarus, ut primo natalis horae tempore, sed videns

---

3 est potest V 5 donata: -ta in ras. b 6 constet BV  
 7 advocatus Vβ 11 recti B 21 hominemque β 23 spio  
 M, ci *supr.* m 24 affri- | africanus V; affricanus P exsol-  
 veram M 25 insigne . . . gestantem Bu. 27 accessio: acces-  
 sione VMβ 28 victori ε: victoriae ω 29 solus om. V

sentiensque acceperim, nec solum donatus his bonis sed  
 21 summis periculis liberatus sum? nonne me ex amici fide  
 natum et tenacioribus beneficiorum vinculis fatear esse  
 constrictum?

Miserum me! amice fidelissime, ingratum me moriendo 5  
 fecisti. et quantum est quod adhuc loquor de mea in-  
 felicitate, de piratis? levis est ista fortuna, haec etiam  
 nunc recepit moram. solent expectare latrones redempto-  
 rem. in ludo fui, qua poena nullam ulteriorem scelera  
 noverunt, cuius ad comparationem ergastulum leve est. 10  
 hoc si scisses, pater, affirmo, promitto, cuius pietatis es,  
 nemo te antecessisset. illa, certum habeo, expectas, ut  
 dicam: 'morabar inter sacrilegos, incendiarios, et, quae  
 gladiatoribus una laus est, homicidas inclusus turpiore  
 custodia et sordido cellarum situ.' iamque in eam vene- 15  
 ram fortunam, ut me victum recipere non posses, victorem  
 nolles. aderat hora supplicii mei qua nusquam moran-  
 dum, iam praebendus erat iugulus et fundenda vita cum  
 sanguine. neque enim dubitare de eventu licet. exemplar  
 fati mei vidi. si me ab his imminentibus malis pecunia 20  
 redemisset, beneficium tamen potius dicerem <et> magis  
 aestimandum esse quam pretium. sed apud malignos in-  
 terpretes posset videri vel spem secutus aliquam venturi  
 temporis vel praesentis voluptatem. hoc admirabile et  
 uni tantum pietati referendum est: dedit beneficium quod 25  
 nunquam reciperet, et, cum amicum quem redimebat, ha-  
 biturus non esset, nihil aliud emit quam honestam mortis  
 conscientiam. transtulit ergo in se fortunam meam subiit-

5 miserum me *Dess.*: miserrime  $\omega$  6 loquor *om.* **P**  
 8 recepit nunc **V** latrones expectare **V** latrone **P** 9 quae  
**B** (i *er.*) interiorum **M**, vel ulteriorem **m** 11 scisses: scisse  
**B**, s *add.* **b** 12 antecessit **B**, ssa *supr.* **b** 13 incendiarios  
**P**, *corr.* **p** 14 homicidas **P**, *corr.* **p** tam ante turpiore  
*add.* **V** inclusos  $\omega$ ; *correx* 15 situ **B** venerat **J**  
 16 victum: nectum (t *ex c b*) **a** non *om.* **BM** 17 post nolles  
*add.* victum puncto posito ante nolles **M** hora *supr.* **B**  
 21 tamen *om.* **V** potius **V** et *add.* *Dess.* 22 quam: quo **P**  
 24 ammirabile **V** 25 tantum **B** 27 quam: quo **P**

que non solum fortiter sed etiam libenter id quod mihi miserum putabat.

Res dictu incredibilis: gladiator dimissus, redemptor **22** occisus est. recepit pectore adverso ferrum, et quasi quam **5** emittebat animam, in meum pectus transfunderet, et hoc uno tristis occiditur quod amplius amicum visurus non erat. eant nunc antiquarum conditores fabularum poetae et se ad exhortandam amicitiae fidem magna quaedam composuisse carminibus putent, si dixerint aliquos per **10** maria terrasque asperiozem fortunam amicorum tantum secutos aut principem Graeciae virum in ultionem interfecti amici inauspicata bella gessisse. nam inter fratres quoque illa maxime admirabilis, tamen alterna mors est. una fingitur coniux, quod iam perituri vitam mariti vicaria morte sua redemerit: adiciturque miraculo fabulae **15** fecisse hoc eam, quod non praestitisset pater. en indubitabile saeculi decus et fictis maius! ut moreretur pro me amicus, suum reliquit patrem, meum vicit. et sane quid profuisset festinatio patris, etiamsi ad redimendum me **20** prior forte venisset? hoc me pretio nemo alius redemisset. neque vero plurimum fuit praestitisse mortem. namque interim specioso titulo bene vita pensatur. illud honesto amico gravius nomen gladiatoris accipere, subire dominum lanistam. minus te, amice, laudarem, si vicisses. an ille **25** animus rediret in cellulam, ferret saginam, magistrum, personam denique sceleris? mea depugnasti causa, tua peristi. haec tamen omnia ultima fortunae nomina, ut mihi detraheret, induit sibi. venit in harenam homo nec

---

2 misero **V** 4 adverso pectore **V** et: ut **ε** 5 pectus meum **V** et om. **β** 8 ad om. **BV** exhortandam **V**; exhortandum **β**; exornandam **Bu.** 9 putent: -tent in ras. **B** si om. **B** 13 ammirabili **V** 14 coniux **V** quae **M** 15 redemerit **II**; redimeret **J** 16 eum **β** 18 et: est **B** 21 neque vero: ne quaero vero **B** 22 spetioso *ex* spatioso **B** bene om. **β** vitam **BV** honesto amico **ε**: non esto amico **Bσ**; non est amico **Vβ**; non est  $\equiv$  amico **M** 25 magistrum **ε**: -am **αβ**; ministram **σ**

sceleratus nec infelix. ecquando, iudices, hoc audistis? bonitate sua gladiator factus est.

23 Utinam, iudices, haec quae illi speciosa sunt, tam honesta essent et mihi. quotiens ad infelicissimum respexi senem cuius orbitate vivo, cum confectum cladibus et tantum poenae suae residuum considero, verum fatendum est: pudet me pretii mei. video senem meliore sui parte praesepultum, omnis etiam spei superstitem, orbum, destitutum. illud tamen solacium est quod, nisi talem amicum habuissem, haec de te dicerentur. huic patri invidiosa quaedam, opinor, et quae beneficii morte pensetur, criminosa liberalitas contigerit egenti. alioquin duo egentes, et circa omnium, vel ignotorum, domus stipem rogabimus pariter. si quis grandis natu parens est, miserebitur senis, si quis iuvenis filius, miserebitur adulescentis. fortasse proderit mendicaturō mihi quod ipse aliquando egentem pauperem alui. accipe satisfactionem, in quacunque parte rerum naturae es, amice carissime. non excidere mihi tua mandata, fortuna defecit, opes auferuntur. quod unum mihi relictum est, en polliceor patri tuo vicarias manus. quid vis porro faciam? agrestia opera? delicatior, quod a fortuna non didici, et cotidiani quaestus operis duobus egentibus non sufficit. miserum me! si exsolvere fidem voluero, fortasse mihi in ludum revertendum est.

1 ecquando ε: necquando *BV*; et quando *Mβσ* 3 illis α  
5 senem respexi β 7 putet *M*, corr. *m* 11 beneficio mortis ε 12 alloqui *V* egentes: <sup>///</sup> *g̃s M*, e in marg. add. *m*  
13 domus αβγ: -os σ rogavimus *V* 14 parens est: parentes *B*, parentes *o* 15 adulescentis *V* 18 Karissime *M*; Karissime β excedere *B* 20 patri tuo: tibi *V* quod *BM* 24 vertendum *B*, re *supr. o*

̄ M FABII QVINTILLIANI GLADIATOR EXPLIC̄ INCIPIT SEPVLCHR̄V INCANTAT̄V *minio picta B* M. FABII QVINTILLIANI GLADIATOR EXPLICIT (*atramento*) INCIP SEPVLCHR̄V INCANTAT̄V (*minio*) *V* M. FABII QVINTILLIANI GLADIATOR EXPLIC̄ (*atramento*) ICIPIT ARGVMENTVM (*minio*) *M* M. Fabij qūtiliani gladiator explicit Incipit Mathema-



## X.

## SEPVLCRVM INCANTATVM.

MALAE TRACTATIONIS SIT ACTIO. Quae amissum filium  
 nocte videbat in somnis, indicavit marito. ille adhibito  
 5 mago incantavit sepulcrum. mater desiit videre filium.  
 accusat maritum malae tractationis.

Quamvis, iudices, inter eos qui liberorum mortibus **1**  
 destituti cuncta vota et praeparatas spes in senectutem  
 ante se egerunt, id fere acerbissimum certamen conflictationis  
 10 oriatur, ut unusquisque luctibus ac lacrimis suis  
 credat accedere quandam dignitatem, si miserrimus esse  
 videatur, haec tamen femina neque noto neque publico  
 genere miserabilis non impudenter inter ceteras matres  
 quae aut unicos aut iuvenes pios filios perdiderunt, emi-  
 15 nere et occupare quendam maerentium principatum differ-  
 entia novae calamitatis affectat quae sola omnium supra  
 fidem infelix in uno filio iam alteram patitur orbitatem.  
 priorem quidem illam, ut communem ceteris et fato acci-  
 dentem, fortius utcunque tolerabat. nam et de filio nihil  
 20 aliud perdidit misera nisi dies, nec iam timebat, ne ille  
 quo fruebatur, mori posset. planctibus lacrimisque, paene  
 improbe dixerim, parcius utebatur, ne sibi permittebat  
 dolor lugere venientem. nunc destituta solacio, persua-

ticus (*minio*) **P** M. f. Quintiliani Gladiator explicit Incipit  
 matemathicus **S**.

3 Male **B** (*M miniator pinxit B*) **M** fit **BMσ** 4 nocte  
*om. V* 6 *post* tractationis *add. M* EXPLIC̄ ARḠ. INCIP̄ SE-  
 PVLCR̄V̄ ICANTAT̄V̄ *et in marg.* Causa XI *minio* Incipit  
 sepulcrum incantatum (*minio picta*) **P**

7 Quamvis: *Q minio pictum B* 8 vota: vero **B** in se-  
 nectutem *om. B* 9 fore **σ** 12 noto: totum **J** 14 <aut>  
 pios ?; aut pulchros *Klotz* 20 perdidit: -erat *in ras. (b?)*

**B** 21 plantibus **B**

sione fraudata est. dum non putabat perisse quem poterat videre, eripuit ingrata filio alterum titulum. miser ille, nisi teneretur, iam et ad patrem veniret. tantum misera petit, ne minus perdidisse videatur quam ipsa desiderat. non inani persuasione nec cogitationibus ficta 5  
 lugentis umbra veniebat, nec agitabat incertos levis imago somnos, ac nec confusi quidem tristi cinere vultus et infernum favilla caput noctibus suis obibat, sed filius erat, qualis aliquando, et iuvenis et pulcher habitu, nec aspici tantum viderique contentus, verum, si quid desiderio cre- 10  
 2 ditis miserae quae sola vidit, amplexus et oscula dabat et tota nocte vivebat. multum perdidit mater, si contingebat hoc illi, non minus, si videbatur. nunc tenebras inanes et longas oculis flentibus noctes iuxta somnum mariti pervigil et tantum deserta metitur. non desiderio fictus aut 15  
 fucatus habitu nec, ut somniorum vanitate conspicitur, sed experta non totum mori hominem illud quod nec flammis uritur nec cineribus extinguitur nec urnis sepulcrisque satis premitur, expectat. nunc ista carcere obseratam animam et repugnantem magico iuvenem cogitat ferro. 20  
 infelicissima omnium mater plus aliquid esse quam umbram filium putat, postquam potuit includi, nec sua tantummodo poena proprioque supplicio deserta consumitur rescissa orbitate: vel magis cruciatur quod non licet filio venire cupienti. nunc barbaro carmine gravem terram 25  
 totis noctibus pulsat et impositum sibi sepulcrum quod non possit evolvere, quae solebat ipsos discutere inferos, umbra miratur. miser, quem non tantum verba clausurunt — nam forsitan per illa transisset — sed vincula ferrea

2 alterum ≡ (4 vel 3 litt. er.) *M* 7 ne *Vβσ* tristi ≡ (2 litt. er.) *B* infernum: informe *Gr.*; inferna *Sch.*; inspersum *Bu.*  
 11 misera *V* 13 inanis *β* 14 longias *P* 15 tantum non deserta *Sch.* non *om.* *M*, *add. m* 16 fugatus *BV* 17 expertam *B* 20 cogitate *V* 21 umbrā (in *ras. add. b*) *B*  
 23 propriaque *β* 24 recissa *J* 26 depulsat *J* 27 discutere: -re in *ras. (b?) B* 28 quae *B* 29 sorsitan *M*, *corr. m* transissent *J* s<sup>ed</sup>//// (ed *supr. m*) *M*

solidique nexus ad mortem reduxerunt. quomodo tenetur infelix qui nec propter hoc quidem venit, ut queratur? misereor feminae cuius invidiae totum facinus ascribitur. maritus sic filium inclusit, tamquam se inquietari mater  
 5 ista quereretur. igitur, iudices, nemo miretur, si ad tam crudelem, ad tam immitem patrem umbra non venit. sciebat, ubi lacrimas, ubi posset invenire singultus, a quo magis desideratur. namque isti ferreum pectus et dura praecordia nec sunt de orbitate sensus.

10 Quid enim inhumanius patre, quid inveniri truculentius potest? invidit matri, ne filio frueretur. nec hoc ideo fecit, quia videre ipse malebat: ne viventem quidem adhuc et incolumem tam blanda tamque debita pietate  
 15 prosequeretur, ut defuncto servaturus affectum etiam sepulti pater videretur. tanto magis effusa mater et suis ac paternis vicibus occurrens. haec pallidior ad metus, ad vota pronior, non diebus secunda, non noctibus. et ille miser intellegebat, utri promptior ex parentibus et facilius esset affectus. itaque ab huius oculis, ab huius feminae  
 20 cervice pendebat. et quia longum est officia praeterita debita pietatis agitare, illo ipso languore quo filius caducum illud et fragile corpus amisit, quam perditae mulier et usque in exemplum modo super ora pallentis infelices lacerabat oculos, nunc siccata frustra ubera querebatur,  
 25 nunc superstitem caedebat uterum! notabat haec ille deficiens mandabatque morti suae cui periret. ubi sunt qui cito iubent stare lacrimas? quibus non placet longum agere maerorem? retulit umbra gratiam matri. scio, et

8 cf. ad 6, 19 (pag. 128, 23)

2 ne *VPσ* quidem *om. V* 4 se *ante mater add. β*  
 5 isto *Bu.* quaeretur *B*, re *supr. b* nemo miretur: ne moreretur *B* ad tam crudelem: *altam crud. M, corr. m* 7 ubi igitur lacrimas *J* 8 desideraretur *α* (-etur *in ras. b*) *σ*  
 11 ne *≡* (*c er.*) *M* frueretur *M*, *supr. m* hoc *supr. B*  
 12 nec *M* 13 et incolumem *om. M* pietate tamque debita *β* 14 consequeretur *J* 16 ac: aut *β* metus: me *P*  
 18 uti *B*; uter *M*; ut *β* 19 huius: eius *β* oculis: *βJ*  
 23 infelicis *BV* 27 agere longum *β* 28 gratias *β* matris *Bσ*

intellego, cum inter gementis iacet medium cadaver, et cum omnis videtur remisisse curas, tunc sentit aliquid et intellegit et inter suos iudicat. moneo te, orbitas, moneo, effusius fleas, effusius efferas, numquam perisse credas. filii sui umbra cui non apparet, irascitur.

4 Iam gelidi piger corporis sanguis omnes in mortem strinxerat venas, et nutantium fulgor extremus vanescebat oculorum, et iam desperantibus medicis crediderat pater, adhuc tamen spirare matri videbatur, et quameunque corporis partem osculis misera tepefecerat, illo vitae calorem redisse clamabat. oderat ignes, oderat rogos, reponi corpus et servari membra cupiebat. et nunc infelicem magis matrem paenitet quod sepultus est qui poterat reverti. scitis ipsi quo exequiarum dies labore extracta sit, quamdiu filium tenuerit adlambentibus flammis. unde enim speraret, ut postea videre contingeret? ut extra orbitatem haberet oculos? iam magum misera quaerebat, ut umbra evocaretur.

Reliqua, mater infelix, tu ad iudices referre debebas, et nisi orbitate, nisi lacrimis vox mutaretur in gemitus, noctes tuas quanto melius tuo ore lugeres? ego, utcunque potero, perferam. satiare, misera, satiare saltem memoria diei illius quo exequias unici duximus. iam planctus, inquit, lacrimasque consumpseram et tenebras veluti perpetuas venire gaudebam. iam fatigata propinquorum officia defecerant, iam plangorem familiae altus sopor vicerat. rogo, ne quis tam contumeliosus sit in matrem,

1 gementes *BMσ* 2 omnes *Mβσ* remisse *V*; redemisse *J*, corr. *i* tunc: tū *β* 4 feras *B*, ef *supr.* *b* 6 pigri *P*  
 omnis *B* 7 strixerat *P* natantium *Gr.* 8 oculorum  
 extremus vanescebat *V* 9 spirare *M*: sperare *reliqui* mater  
*γσϖ* 10 oculis *β* illo *ex* ille *M* squalorem *M* 11 oderat  
 oderat (*alterum* oderat *om. II, supr. h*) ignes reponi *σ* 13 ma-  
 trem magis *β* 14 dies *Gr.*: die *ω* 15 a lambentibus *B*;  
 a labentibus *Vσ* 17 magnum *B* misera magum *β* voca-  
 retur *B* 19 debeas *VM* (*corr. m*) 20 et *om. M* 22 misera  
*V* 23 illius diei *β* dicimus *β* 25 venire *om. B, add. b*  
 gaudebam *V* 26 defecerat *B* planguorem *BV* 27 sic *β*

ut per quietem contigisse filium dicat. unde miserae tunc,  
unde somnus? nihil de te, marite, nihil queror. satis  
magnas dedisses poenas, si totis noctibus mecum flere vo-  
luisses. vidisses utique, non quemadmodum tenues rerum  
5 imagines solent cogitationibus accipere corpus, cum vanae  
absenti animo cogitationes finguntur, sed ipsum filium,  
qualis blandissimus erat, et, si dimittatur, videbo. subito  
ante me diductis constitit tenebris, non ille pallens nec  
acerbo languore consumptus nec qualis super rogos vide-  
10 batur et flammas, sed viridis et sane pulcher habitu.  
nescio ubi totam reliquerat mortem. non igne torridae  
comae nec favilla funebri nigra facies nec vix bene ci-  
nere composito umbrae recentis igneus squalor. procla-  
maret mater infelix, etiamsi talem videre desisset. primo  
15 tantum stetit et se permisit agnosci. ego tunc plurimum  
stupui non ausa oscula dare, non iungere amplexus. in-  
felix primam perdiidi noctem, dum timeo, ne fugeret!  
hanc tu, marite, persuasionem putas et vanum animi mei  
lugentis errorem? quicquid est in filio, plus apud matrem  
20 fit, cum desinit. vis denique scire quid uxori tuae de-  
traxeris? ex defuncto filio non habet aliud quod speret.

Iam nox altera aderat, et primis statim tenebris praesto 6  
filius erat non ille ut pridie procul et tantum videndus,  
sed audacius et propius et ad matris manus tamquam  
25 corpus accedens. nec iam nisi cum luce certa fugatisque  
sideribus invitus ille vanescebat ex oculis multum resistens,  
saepe respiciens et qui se promitteret etiam proxima nocte  
venturum. iam maerori locus non erat: mulier filium  
nocte videbat, die sperabat. quid attinet singula referre?  
30 nullis, inquit, destituta sum tenebris, donec scelerata tacui.  
satiabar osculis, satiabar amplexibus et colloquebar et

3 dedisse *B* 3 6 absentiae *V* 7 videbis *Gr.* 8 di-  
ductis  $\epsilon$ ; deductis  $\omega$  10 pulcer *P* 13 umbrae: membra *B*  
14 dedisset *J* 15 permisi *M*, corr. *m* 16 osculum  $\beta$   
18 persuasionem <inanem> *Dess.* 19 patrem sit  $\equiv$  (t *voeis*  
sit *in ras.*  $\delta$ ) *B* 20 sit *S*  $\sigma$  21  $\equiv$  amplius (a *er.*) *B*, aliud  
*supr.*  $\delta$  26 evanescebat *V* 31 colloquebar audiebam *B*

audiebam. misera plus perdidit, si nemo credit. iam coeperam tuam quoque, marite crudelis, agere causam rogabamque iuvenem, ut paternis oculis quoque laetus occurreret, et tibi, ingrante, dimidia nocte cedebam. iam miser et ille pollicebatur. haec me fiducia perdidit, ut confiterer. rogo, quid tam muliebre, quid tam maternum fieri potest? 'gaude', inquit, 'marite, gaude, filium fortasse nocte proxima videbis. illum quem crudelibus flammis exussisti, ex quo cineres et ossa supersunt, iuvenem videbis et forte etiam die speres. ego certe totis noctibus mater sum, video, fruor, iam et narro.' exitum paterni affectus quaeritis? filium videre timuit.

7 Sic magum protinus nescia matre cuius horrido murmure imperiosisque verbis dii superi manesque torquentur, excogitator iste mortis alterius advocat, non ut exorati manes deducerentur, nec ut evocata nocturnis ululatibus undecunque umbra properaret, sed tamquam parum sepulcra premerent et tumulorum leve pondus esset. 'filius', inquit, 'meus non satis periit, adhuc fulgore siderum fruitur et nocte nostra. nam cum dies occidit, imponit morti suae finem, domum repetit et maternos territat somnos. inveni aliqua, inveni vincla verborum, sed arte tota, sed labore toto. magna tua gloria est, si retines filium qui redit etiam a morte ad matrem.'

Noxium sepulcro circumdatur carmen. tunc horrentibus verbis urna praecluditur, tunc primum miser filius mors et umbra fit. ite nunc et putate vana fuisse matris solacia. filium ista si cogitationibus et inani persuasione vidisset, adhuc videret.

2 tuam *supr.* **B** 3 iuveni **B** 4 ingrante *toṭa* dimidia **V**  
 5 confitear **J** 6 qui tam muliebre **MS** (*corr. m*) 8 et for  
*ante illum add. P, del. man.* 3 exussisti **B**; ex~~u~~ssisti **M**  
 10 totis *om.* **M**, *add. m* noctibusque **M** videor β 11 et  
 narrans *vel* et dum narro *Sch.* 13 magnam **B** 14 dis **B**  
 15 ex~~o~~rati (*h er.*) **B** 20 et tota nocte nostra **J** occidit  
*in ras.* **B** 22 inveni aliqua: inveni ali- *in ras.* **B** 23 gloria  
 tua β 24 ad mortem σ 25 sepulchrum **BV** circumda-  
 tur **B** 26 filius: illius σ 28 si *om.* **M**, *supr. m*; nisi **B**

At quae supplicia sustinuit infelix illa statim nocte?  
iam totam domum ac familiam quies prima sopiverat, et  
tacentibus tenebris venerat tempus dulcissimum matri.  
iacebat haec insomnis, inquieta, cum diceret: 'iam statim  
5 apparebit, iam statim veniet: numquam tamen tardius  
venit. miseram me, fili, proxima nocte iam veneras. ecce  
iam medios sidera tenent cursus; indignor, irascor: ita  
demum mihi satisfacies, si apud patrem fuisti. miseram  
me, iam maligna mundus luce clarescit. quando venies?  
10 iam redire debebas.' at postquam alteram tertiamque 8  
noctem deserta vanis questibus duxit, tum tristiora, lugu-  
bria, tum squalidae magis placuere vestes, tum repetitis  
sanguinavere planctibus iam convalescentes lacerti. nihil  
est infelicius matre quae perdidit aliquid in filio, post-  
15 quam extulit. cum vero comperit noctes suas iuveni ne-  
cessitatibus magicis ex cantato perisse ferro, quam tum  
illa praefixum clausumque tumulum nudis cecidit uberibus?  
quo fletu sepulcra perfudit? quo gemitu audientem forsitan  
et exire cupientem frustra vocavit animam? o natura  
20 crudelis, plus magum posse quam matrem! ubi sunt  
qui acerbis mortium necessitates et ferrea iura fatorum  
et invictas nec ullo maerore mutabiles inanium leges  
querebantur umbrarum? filium tuum mulier infelix non  
impositae inferis clusere terrae nec spissa perpetuae  
25 noctis caligo compescuit non fabulosa vatibus palus  
multumque celebrati curvato igne torrentes: haec per-  
meabat, haec omnia nocte transibat leviolemque mortem  
suam fecerat quam si peregrinaretur et abesset. et

1 ista statim *J* 2 ad familiam *β* 6 iam ante proxima  
posuit *V* 8 patrem *om. M, supr. m* 9 clarescit *B* 10 de-  
beas *M, corr. m* ac *a* 11 questionibus *BMJ* 15 iuveni  
*Dess.*: iuvenis *ω* 16 et cantato *Dess.*; in cantato *Sch.*  
ferro: feretro *ε* quam tum *Gr.*: quantum *ω* 17 nudum  
*M* uberius *B*, b *supr. b* 19 et *om. α* 21 factorum *V*  
22 invitos *V* 24 inferis: infelix *σ* clausere *β* 26 per-  
manebat *M* 28 quam *om. P*

nunc minus mali pateretur, si non sentiret. ille qui non venit in quendam carcerem, translatus a tumultu patitur veneficia vitae. magnae sunt ergo umbrarum catenae et quamquam volatilem vagamque imaginem morti stringunt atque alligant tamquam reum corpus animam. ferro vero ac lapidibus artare et, ut solent bellicae robur accipere portae, ipsam umbram iam catenis alligare, iam claustris non dico crudele est, portentosum, nefarium, utique si hoc faciat qui sensurum filium credat. et nunc illos miserrima mater in corpus putat et in membra descendisse mucrones.

9 O mage saeve, crudelis, o in lacrimas artifex nostras, vellem non dedisses tam magnum experimentum. irascimur tibi, et blandiri necesse est. dum eludis umbram, intelleximus solum te esse qui possis evocare.

Videtur itaque mulier infelix a dignitatis dolore secedere, quod tam uxorias in forum querelas et tamquam delicata matronae desideria pertulerit. non enim vestes nec aurum nec ambitiosos quaerit ornatus, contenta est orbitas sordibus suis. ac nec pelicis quidem dolore compellitur, nec tacita gaudia mariti impatientia et muliebri vanitate complorat. sed nec relictum torum desertumque genialem velut contempta vilitas uxoris ulciscitur: alia longe, alia de noctibus cura est. ne timueris, quaecunque dignitas est magni doloris: nihil queritur misera nisi par orbitati, nisi matri dignum, quod publicos consumat oculos, quod ignotas quoque exigat lacrimas. quantam enim a marito acceperit iniuriam scire vultis? sola mater filium perdidit nec potest invidiam facere morti. ante itaque quam sciatis, iudices, quis dolor quisve maeror, quae tanta

1 minus  $\equiv$  3 vel 4 litt. er. *M* 3 beneficia *BM* (vel veneficia *m*)  
 4 quamquam *om. P* 5 rerum *V*  
 7 alligari *M* (vel alligare *m*) 8 portentuosum *M* 10 patat *B*, u *supr. b*  
 11 lacrimis *B* 12 vellem desisses *B*  
 13 claudis  $\beta$  19 suis sordibus *B* ne pelicis *Vpσ* 20 tacita: tanta  $\beta$   
 21 thorum *BPz* 22 contenta *V* 23 timuerit *Sch.*  
 24 es *V* 25 matri *ex matre B* 26 amaritudo *J*  
 28 invidiã  $\equiv$  *V* 29 quis<sup>ve</sup> *P*



impatientia eruperit, ut mulier aliquando dulcium oblita tenebrarum clarum nitorem publicae lucis et diem etiam domi invisum in foro interque leges notabilis et sepulcris abstracta pateretur, certum profecto habetis non audaciam  
 5 neque impudentiam nec vanitatem unquam querelas habuisse miserorum. quam verum est quicquid exclamat calamitas, nec ab infelicibus ficti temere exeunt gemitus! mulier quae sanguinantes ad iudicem porrigit lacertos, quae scisso laniatoque vultu, quae lividis profertur uberibus,  
 10 magno dolore cogitur, ut hoc potius agat quam cineres osculetur, quam complectatur urnam. gravis testis querelae suae orbitas est.

Et antequam ad genus illatae inique ei iniuriae venio, 10  
 cur, marite, quae ex te filium perdidit, quicquam potest  
 15 queri? crudelis orbitatem feris adhuc alio dolore, tamquam parum desideria conficiant quae de unico gerit, non pateris animam vacare lacrimis suis tu qui sinum debes, qui colloquia et amplexus. quam misera est quae queritur et de solacio suo. non coniugis desideriis large indulget: nihil asperere, nihil contra voluntatem! habet privilegium suum mater infelix, molles manus et mitia fomenta magnis vulneribus admoveas. quae se adhuc secari plaga permittit, in summo est. viri forsitan quomodo fortior sexus sit, et contra dolorem quam imbecillis animus  
 25 magis pugnat. itaque totum istud lugere feminineum est, et simul orbitas imbellis pectus invadit, animus ille qui luctus suos sequitur, incipit indulgentiam sentire lacrimarum. fidem tuam, marite, coniugi flere liceat, satiare

1 ut *om. B*; nec *P* 6 quam: quod  $\beta$  7 ne *V* 8 iudices *BM* que *B*;  $\text{q}\overline{\text{u}}$  (; *er.*) *M* 10 quam cineres: ut cineres *P*  
 11 quam *ante* complectatur *om. P* testisque pelle *BV*  
 13 inique ei *V*: iniqua ei $\text{q}$ ; *B*; iniquem *M*; inique  $\beta$ ; iniquaeque  $\sigma$  14 quicquid *M\sigma* potest — tanquam *l.* 15 *om. B*  
 15 queritur *M* 18 quae *om. M, supr. m* 19 non *del. Gr.*  
 indulge *Gr.* 22 admoveas *P* ad haec *Obr.* 24 < sic >

et *Dess.* quam: quod  $\beta$  25 feminineum et *B* 26 imbecille *P*

gemitu orbitatem, permitte, quamdiu velit, flere. odi patrem qui cum filium et ipse perdiderit, putat nimis lugere matrem.

11 Quid ergo queritur, inquit? hoc primum: filium quomodo debes, scelerate, desideras? magno animo orbis es, 5 loqueris fuisse mortalem et interpretaris nihil superesse post flammam. flet iuxta latus et plangit uxor, tu siccos oculos habes. illa totis noctibus funebres exercet ululatus, tu graves somnos ac placidam quietem. pater crudelis, pater immemor, quid vis tibi amplius obiciamus? ex quo 10 perdidisti filium, nunquam sic desiderasti, ut videres. quid? quod eripuisti matri solacium, puta vanum et supervacuum? nolo, iudices, nolo corripias, scires quantum esset hoc, si tantundem doleres. res indignior non est quam quod tibi de eo postulas credi quod non vidisti. indulge sane vanae 15 rei, ignosce: libenter se orbitas decipit. magnas calamitates vana ratio sustentat quod indulgent mala persuasionibus suis. quicquid ad miseros pertinet, crudelius eripitur quo minus est. clamat itaque, clamat mater infelix: si mihi aliquam imaginem filii mei vel parvuli vel iam 20 adulti vel novissimam iuvenis auferres, inicerem tamen misera tamquam corpori manum, illam similitudinem flens tenerem, illos oculos, illam gratissimam faciem et rictus oris expressos et adumbratos artificis manu vultus. sed illum perdidisti, unde imago, unde similitudo, unde solacium. 25

12 Fili, plus hodie amisi quam cum elatus es. post mortem te tuam vidi. si mehercules notas in corpore unici vestes subtrahere temptares, dicerem: succurre solacio meo. haec omnia apud me filii mei membra sunt: ego oscula-

---

1 orbitati βσ odit **B** patrem **M**, del. et matrem *supr.* **m**  
 7 siccos **B** 9 ac: et β 15 vanae *om.* **M** 17 vana: una *Obr.*  
 21 adhulti **V** 22 tanquam *per ras.* ex tanquam **B**  
 24 expresso β artificis umbra, sed umbra *del.* **B** 26 hodie:  
 odi et **V** 27 te *om.* **B** tuam te, sed *transp.* **V** me hercu-  
 les **B**, h *supr.* **σ** notas hercules in **B** 28 succurre *///* **M**  
 29 umbra **V**

bor, amplectar, flebo supra. non est ratio fortasse. ideo quicquid rationem vicit, affectus est. nihil est sceleratius prudenti orbitate. levia, inquit, levia loquor. ego filium meum videbam. quatenam istum fortuna, quae indulserat  
 5 condicio naturae? non excludebat orbitas oculos tuos. eras iam consecuta, mater, ut iuvenem die absentem putares. maximam perdidit mors acerbiter, si possis videre quem amiseris. videre ergo tibi continebat, o mulier, vultum, habitum, corpus, incessum. non crederem,  
 10 nisi te perdidisse sentire. tempora ergo cum morte diviseras et superstitie filio fruebaris omnibus tenebris. quantum perdidideris, hinc aestima: hoc tibi, si non contigisset, non eras tam improba, ut optares. aliquis, o pietas, sepultus et conditus, ceteri corporis cinis et favilla, tamen  
 15 corpus sumebat in nocte et ad solida viventis membra revocatus praebebat se matris oculis qualem non crederes recessurum. nec queri de luce poteramus. quantum licebat aderat. videbas ergo, mulier, ac praesentia fruebaris. 'videbam', inquit, 'et fruebar. et ad quem pertinebat,  
 20 rogo, etiamsi decipiebar?' sed quid ego utor testimonio tuo? mago credo et vidisse te filium et nunc non videre.

At tu misera nihil crudelius ex marito timebas quam  
 13 ne tibi non crederet. 'nemo', inquit, 'oculis meis fidem detrahat. fili, indulgentissime adolescens, vidi te, nec semel  
 25 vidi. certum est, fixum est, eripi non potest. quatenus impius pater et hoc tibi auferre conatur, ut te venisse non credam? nec illud garrula nec vana voce vulgavi, venire te nulli indicavi, nisi qui deberet optare, ut hoc posses. patri tantum tuo, patri — ignosce deceptae —  
 30 confessa sum, dum interrogo, an te et ille vidisset.'

2 vincit V    3 prudenti<sup>re</sup> (a er.) M    4 quae om. V

5 oculos tuos orbitas β    7 vide<sup>re</sup> B    14 cetera Sch.    15 et M: sed reliqui uiventus vel iuventus MP    18 adherebat M, vel adherat m    hac V    19 fruebat M, corr. m    20 rogo om. B    21 non om. M    24 fili: filii B; vidi Obr.    25 quatinus V    27 vulgvi M, corr. m    29 decepta β    30 an te om. M, supr. m

Itaque das, mulier infelix, graves nimiumque poenas: effecit magus, ne filium videres, et solum apud te reliquit, ut meminisses quod videbas. totum tamen illud solacium tuum refer, misera, si potes, et primum confitere simpliciter, an soporis illud pondus et nesciae quietis vanitas fuerit. apud me quidem satis misera, satis eras mater infelix, etiamsi tale somnium perdidisses. miserere, inquit, melius de affectibus meis sentias. non ego fatigata planctibus sensi venisse noctem: videre filium pervigiles meruistis oculi, sed primum, dum metuo, umbra processit subito. dii boni, quod ego gaudium, quam vidi felicitatem! constitit ante me filius discussis tenebris: ita dimittatur aliquando. prosilui protinus et accessi, vultus, comas, ora perspexi: meus erat. quam laetum se, quam hilarem offerebat, quomodo persuadebat mihi, ne crederem morti? scelerate, nescis, pater, quam similem viventi filium cluseris. circuibant totum corpus oculi, non inveniebam quid ignis egisset. subinde dicebam: hunc ego extuli? hunc rogo imposui? ex hoc ego cineres et ossa collegi? si talis est, quid habeo quod lugeam? perisse filium meum hoc uno intellegebam quod illum non poteram et patri ostendere. confitebor, primae tamen nec ego credidi nocti et tanquam victis irascebar oculis et erubesceram misera, si quies fuisset. ecce iterum iuvenis, ecce iam cotidie venit. quid habeo quod interpreter? verum est utique semper est. novissime non tanquam umbra veniebat sed adsidebat sed amplexus dabat. ego sentiebam et recipiebam. quotienscumque domus fuerat grato sopore prostrata,

1 infelix *om. M, supr. m*      nimiumque severas poenas  
*Klotz*      2 effecit *BM*      3 videras  $\beta$       totum *in ras. B*  
 4 refert *BM*      potes  $\equiv$  (*t er.*) *B*      5 pondus illud *v\beta*      6 quidem *om. M, supr. m*      mater eras *M*      7 misere *J*      9 metuistis *Bu.*      10 subito est *P*      12 discussis tenebris *om. M, supr. m*      discussit tenebras      13 opera *B*      ora comas *V*  
 14 hylarem *V*      16 quam: quod *P*      cluseris filium  $\beta$   
 19 ego *supr. P*      22 prim<sup>a</sup> *B*; prim<sup>te</sup> *M (corr. b et m)*      nocte  
<sup>ti</sup>  
*B*; nocte *M (supr. m)*      27 sentiebãt *B*

aderat ille, quales humanis se offerunt oculis propitii dii, quale laetissimum numen est, cum se patitur videri. sicut omnis religio templorum, omnis religio lucorum, cum tacuere mortalia et profani procul erravere sedibus totis, 5 solitudine frui et de suis dicitur exire simulacris, ita iuvenis meus noctibus totis agebat filium et paterna domo ac penatibus suis fruebatur placidus et mitis et matri propitius, ut numen et deus delabi sideribus et venire de liquido puroque aëre videbatur. quid imprecer scelera-

10 tissimo patri? umbram probare voluit.

Miseremini, iudices, ut hoc facinus quibus debetis, ac- 15  
cipiatis animis, maius parricidio, maius, quam si filii sepulcrum funditus eruisset et sacros morte lapides, etiam cineres et ossa religiose quiescentia fracta sparsisset urna.

15 advocatur homo cuius ars est ire contra naturam. qui simul ore squalido barbarum murmur intonuit, favere superos, audire inferos, tremere terras, ut experimentis loquentium fama est, constitit iuxta tumulum miserrimi iuvenis mors certior. 'nunc opinor', inquit, 'arcana mea

20 tenebrae adjuvate medica, nunc omne pervium numen et religio quam isti inrogo, propius adeste, succurrite. magis mihi laborandum est quam cum sidera mundo revelluntur, cum iubentur hiberni fluviorum stare decursus, cum potentiore carminis veneno victi rumpuntur in mea stru-

25 menta serpentes. custodiendus est iuvenis, adsignandus est inferis et densioribus transfuga claudendus est tenebris.'

---

3 templorum — religio *om. M*, *add. m* cum:  $\tilde{c}\equiv$  (on *er.*) *M*  
 4 profani  $\epsilon$ : profanis  $\omega$  7 ac: et *BV* matre  $\beta$  9 puero-  
 que *B* 11 ut: et *V* 12 maius: magis *V bis* maius  
 est parricidio *M* si *om. B* 13 funditus eruisset *om. B*,  
*in marg. add. b* 14 quiescia *M*, *cen supr. m* 16 favere  
*Meursius*: fallere  $\omega$ ; pallere *Leidensis* 9 cogit *post* fallere  
*add.  $\epsilon$*  superos: os *V*; superbos (b *ex h*) *H* 17 experi-  
 menta *Sch.* 19 opinor: opertae  $\epsilon$  archana *BV $\sigma$*  20 me-  
 dica *Dess. p. 100*: me digna  $\omega$  21 istum rogo *a* adesse *P*  
 24 veno *M*, *en supr. m* 25 iuvenis — claudendus est *l. 26*  
*om. M*, *infra add. m* 26 dempsioribus *V*

quanto facilius opus erat, si revocaretur? mox in ipsam dicitur incubuisse pronus urnam et inter ossa et inter cineres verba clusisse. hoc tamen subinde respiciens confitebatur: repugnat umbra. itaque carminibus non satis credo, praefigamus omne tumuli latus et multo vinciamus saxa ferro. iam bene habet, expiravit aliquando, non videri, non progredi potest. an mentiar, scies proxima nocte. omnes mehercules parentes, utique qui liberos perdidierunt, ire in istos oculos, in ista ora debebant.

16 Tu sic filium tuum clusisti, tamquam nocentes ad in- 10  
feros revocari soleant animae quae inter languentium fam-  
iliam et tristes penatium morbos vagae errantesque  
magica vanitate captantur? laqueone vitam damnatus eli-  
serat? noxium per sua viscera exegerat ferrum? an ex  
conscientia venena praesumpserat? nec recipiebat se nisi 15  
carmine inclusus? quando domum tuam funereus et squa-  
lidus, quando te terruit? crudelissime omnium pater, de  
filio tuo malam umbram fecisti. quas nunc putas uxoris  
miserrimae esse cogitationes? qua materna viscera per-  
suasione torqueri? nunc filius meus illic unde venire 20  
consueverat, iacet strictus, alligatus, impatiens. queritur  
subito terram graviorem, utique cum sentit venisse noctem,  
quando umbrae feliciores dimittuntur ad matres. at vero,  
si qua inter manes colloquia sunt — et esse credo — non  
deest qui iuveni meo dicat: ‘quam vilis tuis fuisti. quam 25  
libenter te perdidierunt. quid? illa mater, ad quam ire  
consueveras, has tibi catenas, haec vincula pro merito  
reddidit?’ ita infelicissima omnium mulier, et si magus

---

1 revocaret  $\equiv$  **M** 3 verba: umbra **S** (ubra **P**) 4 umbra  
— carminibus: itaque umbra carnibus (-nibus *in ras.*) **B**  
8 utique *om.* **B**, *supr.* **b** 9 debebant *ex* dibebant **B** 10 tu:  
tunc  $\beta$  11 revocare  $\beta$  lugentium **J** 13 vanitate  $\epsilon$ : sani-  
tate  $\omega$  captantur  $\omega$ : optantur  $\epsilon$  14 super sua **BM**  
16 tuam *om.*  $\beta$  post squalidus *add.* repetiit **V** 17 te *om.*  
**B** terruit: fruit **P** pater omnium **M**; omnium *om.* **B**,  
*supr.* **b** 18 malam *om.* **B**, *supr.* **b** 22 venire **V** 25 qui  
*supr.* **V** dicat  $\equiv$  **P**

etiam recedat, hoc periclitatur, ne filius se putet venisse ad invitam.

Agit iam hoc loco nobiscum maritus gravius, altius, sapientius, ut homo sine dolore. negat ullos esse manes, 5 contendit omnia perire cum corpore, nec remeare viventes a cinere sensus, nec tam videri imagines hominum quam cogitari et oculos luctibus credere. quod si ita est, magum ad quid advocavit? pessime parentium qui liberos suos sepeliunt flere contenti, ut obiter ab rogo siccis oculis 10 revertantur: negat ad manes, negat ad umbras pervenire quod plangas: adfirmat perire lacrimas, adfirmat perire singultus. o sceleratum hominem, quisquis luget et timet, ne hoc perdat!

Vana ergo sapientes persuasionem frustrati qui constare 17 15 homines et perfici corporis elementis animaeque dixerunt: corpus caducum, fragile, terrenum, ut sicca humidis, calida frigidis, resolutis adstricta pugnarent, partim aut doloribus adfici, aut novissimis annis et senectute dissolvi, animam vero flammei vigoris impetum perennitatemque non ex 20 nostro igne sumentem, sed quo sidera volant, et quo sacri torquentur axes, inde venire unde rerum omnium auctorem parentemque spiritum ducimus, nec interire nec solvi nec ullo mortalitatis adfici fato: sed quotiens humani pec-

1 etiam: est **P** recedet  $\beta$  2 ad vitam  $\beta$  3 iam: et iam **V** vobiscum ?**P** 4 sapientios **B** negat<sup>t</sup> **B** illos **V** 5 nec *om.* **S** remanere *ante* remeare *add.* **P**, *del. man.* 3 8 ad *om.* **V** parentum **BMS** dum *post* qui *add.*  $\xi$  11 p<sup>ire</sup> **M** affimat **B** p<sup>ire</sup> **M** 13 nec **B** perdet **B** 15 corpori **B**; corpora **M** (vel corporis a. *m*) elementis *Vindobonensis*: alimentis  $\omega$  animasque **M**; animaque  $\beta$  16 caducum<sup>re</sup> **V** hudis **B**, *mi supr.* **b** 17 adstrictis **B**; <sup>a</sup>strictis (4—6 *litt. er.*) **M**; astricta  $\beta$  18 <sup>d</sup>fici **B** novissime *Bu.* et *Meursius*: aut  $\omega$  19 virgoris **V** <sup>ci</sup>penitatemque **B**; perhennitatemque **V**; pernicitatemque **M** (vel perennitatemque *m*) 21 a<sup>res</sup> **B**; ares **P** <sup>ve</sup>nire **B**; ire **M** (vel venire *supr.* *m*) actorem **B** 22 parentemque **V** <sup>v</sup>dicimus **B**; dicimus **M** 23 h<sup>u</sup>mani **B**

toris carcerem effregerit et exonerata membris mortalibus levi se igne lustraverit, petere sedes inter astra, donec in alia fata saeculo pugnante transmigret, deinde prioris corporis meminisse. inde evocatos prodire manes, inde corpus et vultus et quicquid videmus, accipere, occurrere suis imagines caras, aliquando et oracula fieri et nocturnis admonere praeceptis, sentire quas mittamus inferias et honorem percipere tumulorum. rogo, cum filius perit, nonne satius est hoc credere? 5

'Tuae tamen', inquit, 'hoc quieti praestiti, ne attonitis agitata terroribus sollicitas semper ageres suspensasque duceres noctes.' ita parricida commune facinus fecisti et imputas quod filium videre desiimus? somnum enim ante petebamus et placidum soporem. crudelis, nunc in-quieta, nunc attonita mater est, nunc perdidimus noctes. 15

18 Umbramne tu filii rem formidulosam, rem plenam putasti esse terroris? quid illa laetius facie? quid illo blandius vultu? quid magis adulatur oculis? quid possunt videre libentius lacrimae? non magis metuenda est umbra filii quam cadaver. necesse est, ut mors horrida fiat aliena. 20 sed aliae forsitan animum imagines territant et tunc inferi vocantur, cum ignoti sunt itaque prudenter, si tantum ad suos veniunt. sceleratus ille, ille impius, quicumque defunctum filium vidit et meminit quod elatus est. 'terrebaris', inquit, 'et sollicitis noctibus laborabas.' itane 25 es, marite, crudelis? tu clusisses filium etiam, si ad te veniret?

'Nec magus', inquit, 'inclusit umbram, sed persuasioni

---

1 exonerata **V** mortalibus membris **P** 2 inter  $\epsilon$ : in  $\omega$   
 3 facta **B** transmigrent **P** deinde  $\epsilon$ : dñi **BS**; dñi **VSP**; do-  
 mini **M**; demum *Dess.* 4 in corpus **V** 5 currere **B** 6 & ex  
 oracula **B** ammonere **V**; ammoneri  $\beta$  8 nonne: in me **J**  
 9 satis **P** 10 praestitisti **Bm** 14 ante: a te **V** petebamus:  
 e alterum in ras. ? **B**; putabamus  $\beta$  16 putati  $\equiv$  **M** (s. er.  
 s. *supr. m*) 18 adulatur **V** 22 ignota  $\sigma$  23 perveniunt **J**  
 26 est **V**



tuae succurrit, ideoque putas non venire illum, quia nec ante veniebat, quia nec factum est aliquid, in quo avocareris.' hoc ipso incipit mater sibi gratulari. 'ita non tenetur', inquit ille, 'non premitur, nullo carmine, nullo  
 5 inclusus est ferro.' removete ergo omnia, et interrogabo. ego autem scelerata tam cito credidi, ita non ille ad me veniret solutus et liber? non ad hos oculos, non ad hos properaret amplexus? quando enim me iuvenis ipse nisi flentem, quando non lividum pectus et sanguinantes vidit  
 10 lacertos? quando non erubuit matri fecisse terrorem? arte cluditur miser, arte retinetur. quid vis carmina amplius tibi praestent? effecerunt quod repromiserant. desinis erubescere iam quod filium non vides?

At tu, cuius in leges di superi manesque torquentur, 19  
 15 qui nocturno terribilis ululatu profundum specus et ima terrarum moves, modo servientium revocator animarum, nunc idem crudelis et inexorabilis custos, aliquando preces et matris admitte. paciscere quantilibet, totos lugentis posce census, non ut labores nec ut horridum carmen  
 20 exerceas, sed ut ferrum tuum refigas, ut verba tua resolves, ut nihil feceris, dimitte tantum, et evocasti. nihil ipse crudeliter: patri, scio, paruisti, sed et huius etiam lacrimis, planctibus huius indulge, consule famae tuae. execrabilem te, mage, facies et invisum, si facilius de  
 25 filio exoraris, ut includas. nec tu, marite, nec tu timueris, ne ultricis umbrae vanis exagitere terroribus, ullis imaginibus: huic segura dabitur quies, scit ad quam debeat venire dimissus. 'iuvenis piissime, iuvenis indulgentissime, nunquam matri tuae umbra nec manes, si modo veneficum

---

9 sanguinantes **B**    10 mater  $\beta$     15 specus: pectus **B**  
 18 quantumlibet **J**    poscentis lugentis **M**; lugentes **J**  
 19 posce: posse  $\beta$     20 refigas **M**    21 dimitte **V**    22 sed —  
 consule *l.* 23 *om.* **P**, *add. in marg.* **p**    25 nec tum maritae nec  
 timueris **B**    26 umbrae  $\equiv$  **V**    exagiter <sup>bu</sup> **V**    nullis **V**; ne  
 ullis  $\beta$ ; ullisque **M**    imaginis <sup>bu</sup> **B**    27 quam:  $\frac{d}{q}$  (*d supr. m*) **M**  
 28 demissus **V**    29 beneficium **B**

pondus et terroribus omnibus verba graviora mago patiente discussuris, ad me', inquit mater infelix, 'ad meas noctes, ad tuas lacrimas, ad illos viventes mihi semper amplexus, miserere, propera. scio quid mihi nocuerit, scio quid me torserit. fruatur, et tacebo.'

5

## XI.

## DIVES ACCVSATVS PRODITIONIS.

Pauper et dives inimici. utrique terni liberi. bellum incidit civitati. dives dux creatus profectus est in castra. rumor ortus est ab eo prodi rempublicam. processit 10 pauper in contionem et accusavit divitem proditionis. absente eo populus lapidibus liberos eius occidit. reversus dives est victor a bello. petit ad supplicium filios pauperis. pater se offert. contradicit dives. erant enim leges, ut proditor morte puniretur, et calumniator 15 idem pateretur quod reus, si convictus esset.

2 at tuas **B**; ad meas  $\beta$

S. I. E INCIP̄ DIVE<sup>S</sup> ACCVSAŦ̄ PDITIONIS **B** M̄ FABI QVINTILIANI SEPVLCRVM INCANTATVM EXPLICIT (atramento) INCIPIT DIVES ACCVSATVS PRODITIONIS (minio) **V**

S. I. e (atramento) EXPLIČ̄ SEPVLCRŪ ĪCANTATŪ INCIP̄ ARGVMENTŪ (minio) **M** Feliciter. Sepulchrū incantatū explicit.

Legi et emendavi ego dracontius cū fratre Krio ĩcompabili arrico urbis rome in scola fori traiani. feliciter. (minio) **P**; cf. Ritter, die quintilianischen Declamationen, p. 205 Sepulch<sup>m</sup> incatātū explicit felicīt̄ legi et emēdavi ego dracōcius cū frē ierio incōpab̄ri arrico urbis rome in scola fori traiani felicit' **S** subscriptionem codicis Britannici v. apud Dess. p. 23

8 pauper: p prius deest in lacuna **B** liberi: filii **BM**  
9 civitate **B**, -tī **b** est om. **V** 11 contentionem **BM**

16 victus **B** EXP ARḠ. INCIPIT DIVES ACCVSATVS PRO-  
DITIONIS in margine causa XII<sup>a</sup> (omnia minio picta) **M** dives agit causam (in **P** minio)  $\beta$

Expectaveram quidem, ut de inimici mei supplicio non 1  
 quaereretur, nec me decipi posse credideram in ultione  
 quam mihi debebat civitas tam liberi doloris, sed quatenus  
 eo malorum novitate perveni, ut in vindicta primum mei  
 5 consulere leges ac iura velletis, quaeso, ne quis prodesse  
 pauperi velit quod nec defendi potest sine genere poenae.  
 plus meretur pati homo qui, si ipsi creditis, debet occidi.  
 hoc est quin immo, iudices, quod super omnes calamitates  
 meas ferre non possum: videtur sibi satis vixisse pauper,  
 10 postquam occidit liberos meos. operae pretium putat co-  
 ram impatientia mea felicem consummare patrem et gau-  
 diorum suorum satietati hoc quoque adicit, ut orbitatem  
 meam liberis suis relinquat. fidem vestram, iudices, ne  
 pereat, quod ultioni meae contigit bonus pater. actum  
 15 erat de solaciis meis, si liberos suos pauper mallet occidi.  
 illud plane, iudices, etiam in hac pauperis impudentia  
 miror, liberos meos pudore deceptae civitatis occidit, deinde  
 me crudelem vocat. parvulos suos ostendit, allegat, tam-  
 quam non ego potius querar hoc de quoquam patre fieri,  
 20 nec intellegit quantum debeat ad impatientiam nostri do-  
 loris accedere, si passus sum quod et in ultione miserum  
 est. facinus est, iudices, quemquam calamitatum suarum 2  
 invidiam pati. sic ultionem meam debetis aspicere, tam-  
 quam et liberos suos pauper occiderit. nec me fallit,  
 25 iudices, plerosque credere callidissimum pauperem nec mori  
 velle, et hoc quod nudat iugulum, pectus opponit, artes  
 esse pro vita. sed ego illum non credo mentiri, ego, qui  
 scio quid maluissem. nunquam hoc adversus nos excogit-  
 tasset nisi impatientissimus pater et hanc poenae meae

1 xpectaveram (*nempe E miniator pingere omisit*) **B** 3 tam  
 om. **V** 6 pauperi prodesse **V** 7 se ipsi **J** 12 adicit: a  
 ex corr. **M** 14 contingit  $\sigma$  16 ac **B**, h *supr.* **b** 17 pu-  
 dore: furore *Gr.* 18 alligat **BM** 19 quoque **P** 20 debet **V**  
 21 et om. **M**, *supr.* **m** 23 invidiam pati: m pati *in ras.* **V**  
 24 ad et **P**, ad *del. man.* 3 falli **M**, t *supr.* **m** 26 nuda-  
 tum iugulo **BM** (vel nudat iugulum *supr.* **m**) 27 ego qui:  
 ego que **BM** (vel qui *supr.* **m**) 28 quid ex quod **B**

suppliciorumque novitatem de sua pietate commentus est. nihil magis de inimico efficere velis quam quod ipse ferre non possis.

Habet hoc mali, iudices, principium innocentia quod inimicos esse nobis, nisi postquam nocuerint, nescimus: et tunc omnibus patemus insidiis, quotiens nos odit inferior. homo qui omnem adversus superiora rabiem de sui vilitate sumebat, qui genus libertatis putabat odisse maiores, nulli caritati, nullis implicitus adfectibus, quod humilis, quod esset abiectus, in furorem se magnae conluctationis exercuit. primus se meum dixit inimicum. o dii deaeque! cuius ego monstri artes pertuli? in cuius feritatis conluctatione duravi? inimicum habui neque occidere contentum et mori paratum.

3 Gratias ago civitati quod in illis necessitatibus, in quibus nihil adulationi, nihil praestabatis obsequiis, laudatus sum testimonio periculorum. bellum mihi fatumque publicae sollicitudinis credidistis. sed neque ego rem melioris ducis facere potui quam quod sine liberis meis profectus sum. non reliquisset illos dux proditurus. non puto, iudices, adhuc quaeri unde illae falsarum sollicitudinum fabulae repente proruperint, quis primus trepidae civitatis aures rumore complevit, cum videatis quis sic egerit, ut crederetis. vidit hanc inter metus vestros occasionem et, quia semper apud sollicitos in deterius prona persuasio est, abusus est hoc quod poterat videri timere vobiscum. igitur homo qui nullum conscium meum, nullum mihi crimen obiecit, de mendacii magnitudine fidem

---

4 principium *M* innocentiam *BV* 5 nisi: nichil *V*  
 6 odit *om. M, add. m* 9 nullis *om. M, supr. m* umilis *B*  
 10  $\overline{ee}^t$  *B* 12 in cuius *om. V* conluctatis *V* 13 feritatis  
 duravi *M* contemptum *V* 16 adulationis *V* 17 testi-  
 monii  $\beta$  18 publici  $\equiv$  *M* 20 reliquisset *B* 21 ille  $\alpha$  (illa  $\equiv$   
*M, supr. m*)  $\beta$ ; *om. J* sollicitudinem *B* 22 fabulae *om. V*  
 proruperunt  $\beta$  23 complevit *Bu.* 24 crederetis *ex* cre-  
 datis *V* 26 temere  $\beta$

veritatis aptavit. civitas deinde cui accusator proditam se esse persuaserat, fecit quicquid hic de me facere potuit. liberos meos quos inimicus tota sua contentione monstraverat, occidit genere quo pereunt innocentes. feretis me, 5 iudices, liberius aliqua dicentem? rem pessimi exempli passus eram, etiam si prodidissem. scio vos, iudices, hoc loco mirari innocentiam meam. ut primum enim mihi calamitates meas nuntius in castra pertulit, non arma proiecī, non stationes vallumque deserui: totam orbitatem meam 10 in bella converti, tamquam liberos meos ibi perdidissem. si unquam, iudices, in me habuissent profanae cogitationes locum, si patriam odisse vel pro liberis meis possem, proditorem me feceratis.

Necesse est, iudices, hoc primum reversus exclamem: 4  
15 'ita pauper etiam nunc liberos habet! adhuc inimici mei plena domus est? o miserae cogitationes, o decepta solacia!' sic ego revertēbar quasi vindicatus? quas ego legionum vestrarum indignationes, quem fortissimi exercitus conpescui dolorem, dum omnibus promitto liberos suos, 20 dum minus pro vindicta mea puto quicquid ipse fecissem? congerantur iam licet adversus omnium mortalium nocentissimum cuncta supplicia, ego tamen maximum ultionis meae solacium perdidi, quod pauperi vos potius debueratis irasci. quoniam igitur adhuc cum paupere legibus ac iure 25 consisto, liberos eius in supplicium patris peto. quid satis inprecer homini qui fecit, ut quisquam deberet sic vindicari?

'Calumniator', inquit, 'idem patiatur.' permittunt mihi, iudices, calamitates meae queri de hac lege, tamquam 30 parum nobis in ultione prospexerit. contra nos inventus est vindictae modus quo non debeamus esse contenti.

1 captavit βγσ 2 se om. V 3 contione Vβσ 6 etiam om. V 8 proiecī B 17 vindicaturus M (vel vindicatus *supr. m*) 18 exercitu B 19 tuos V 21 congerentur M (vel congerentur *m*) 23 vos potius om. V 26 quisque P 28 idem: vel β 30 prospexerit: prosperique B; prospiciatur M

quisquamne mortalium idem vocat facinus et poenam? tantumne doloris venire de suppliciis quantum de calamitatibus putat? nescit profecto, nescit, quantum patientiam paret mereri, quantum animo membrisque rigoris induat quod patiaris, agnoscere. innocentia opus est, ut miserum faciat dolor. constet licet utrimque mortium numerus, totidem nobis ultio cadavera adsignet, plus tamen est de innocentibus. et quicquid patiuntur deprehensi, licet solacio idem sit, aequitate minus est. ut idem sit supplicium nocentis et facinus, una ratione efficias, ut illud 10 ferre non possit. frustra aestimatis quam crudele, quam saevum sit quod petimus, in quantum excesserit usitata genera poenarum.

5 Explicata est, iudices, explicata legis invidia, cum quis quod patitur, et fecit. quid? quod hoc solum est poenae 15 genus, in quo non debeat nocens nisi de se queri, et tanto minus debeat esse miserabilis, in quanto maior est quod patitur invidia? quid aequius excogitari, quid iustus potest? grassatus aliqui est ferro, praebeat et ipse cervices. miscuit noxium virus, refundatur in suum facinus 20 auctorem. oculos rapuit, effodit, reddat de sua caecitate solacium. in nullo mortalium perferre possum sceleris sui impatientiam. brevissima est iustitia vindictae, cum facinus mensura poenae est. et si naturam ultionis aspicias, optime vindicatur quisque quo modo miser est. fidem 25 vestram, iudices, ne ideo tantum putetis iustum, quod exigit reus, quia ego recuso. non ferretis me pauperis mortem petentem, si liberos suos optulisset. ex omnibus tamen quicumque incognita, inaudita passi sunt, nullos hac lege magis vindicandos puto quam quorum liberos 30

2 tantundem *Gr.* 3 puta  $\beta$  4 maerori *M* $\beta$  $\sigma$  in-  
 ducat *M* $\beta$  $\sigma$  11 quam: quod *P* bis 12 excesserit<sup>n</sup> *B*; exces-  
 serint *VM* $\beta$  $\sigma$  15 patiatur *B* quid: quia  $\beta$  19 g<sup>r</sup>assatus  
*B* aliquis *M* 20 refudatur<sup>n</sup> *V* 23 brevis *J* iustitiae  
 vindictae (vindicta *b*) *B* 24 poenae *om. M*, pene *supr. m*  
 29 passa  $\sigma$

aliquis occidit. quid mihi pro hoc redditis, leges? ubi respiro? ubi claudio gemitus? unde sumo solacium? bene, bene admones, dolor: illos, illos liceat invadere qui nunc magis amantur, quos orbitas nostra commendat. sic quoque circumscribimur, nisi totidem sunt, nisi illis par est ac similis aetas et ante omnia optimus pater. deceperas me, fortuna, deceperas, si mihi tam grande fecisset facinus homo qui liberos non haberet.

Quid? quod ex omnium scelerum comparatione nihil est detestabilius hominibus qui leges ipsas faciunt nocentes? vestro mehercules nomine calumniantibus debetis irasci quorum nefas non potest nisi per iudicum facinus imponere. actum est de rebus humanis, si de criminibus nostris tantundem mendaciis licet, nec ullus innocens hucusque felix est, ut diligentiae fingentium par sit. quoniamne mortalium in re quam finxerit, quam composuerit, invenire aliquid quod potest probationem vocare et facinus explicare facilitate verborum? magis oderis mendacium, cum simile vero est. quotiens manifestum est aliquem perisse sine causa, calumniantibus irasci debeas, ut possis illis ignoscere qui crediderunt.

Adicite huic execrationi quod calumniatus est in bello, quod de proditione, quod de duce, quod haec omnia fecit inimicus.

Non est quod se publico tueatur errore nec in excusationem adferat, tamquam crediderit et ipse fingentibus. nemo sic decipitur, ut de inimico suo mentiatur. 'rumor',

---

2 bene *semel* posuit **M**    3 ammones **V**    illos *semel* posuit **M**    5 circumscribitur **B**; circoscribimur  $\beta$     6 deceras **B**  
7 tam  $\equiv$  **P**    10 detestabilius **B**; detestalius **M**, *bi* *supr.* **m**  
11 calumpniantibus **V  $\beta$     12 uuditium **V**; iudicum *per ras. ex criminib'*  
iudicium **P**; iudicium  $\varsigma$     13 in*q*uac*o*n*s*i*u*m **V**    15 figmentum **V**    par sit: sparsit **M**    16 finxerint **B**; fixerit **V**; finxerit  $\equiv$   
(*n er.*) **M**    17 in*ve*nire **B**; non invenire *Bu.*    18 odoris **B**  
19 con **P**    20 perise **B**    22 execrationi  $\equiv$  (*s er.* **M**    25 publice **BM** (*vel o supr. m*)    27 menciauntur **B****

inquit, 'fuit te prodidisse'. bene admones. hunc primum calumniae tuae obici rumorem. quis enim, iudices, nesciat hanc famae esse naturam, ut sit primo unius hominis audacia? de nulla re locutus est continuo populus, nec quiequam adeo subito statimque totum est, ut in illum 5 pariter omnium sermo consentiat. quam non possit movere civitatem, quem non replere populum, si quid omnibus nobis narres, in nullo non coetu loquaris, et de re quam cum maxime fingas, iam dicas esse rumorem? quanta tibi deinde mentiendi materia de periculorum nostrorum occa- 10 sione succurrit? nihil est tam capax malignitatum sermonumque quam bellum. quid interest, unde sumpserit rumor ortum? quod negari non potest, tu contionaris, accusas, tu crimen de fabula facis. in rumore cuius probationes, cuius argumenta non habes, calumniae genus est 15 primum credere.

7 'Sed', inquit, 'mori debeo, quia lex qua te accusavi, hoc proditorem pati iubet.' poteram quidem breviter respondere legem quae calumniatorem idem pati iubet, eius poenam exigere, quod fecisset, non quod facere voluisset. 20 fingamus tamen non hoc pauperem captasse quod accidit, cui debet inputari exitus qui de calumniae tuae fluxit errore? vultis scire, iudices, aliud quaesitum quam quod lex quae mori iubeat?

Accusavit me eo tempore quo non poteram damnatus 25 occidi. dic nunc: 'non ego effeci, ut occiderentur liberi tui', et aude civitatis illud vocare facinus, non tamen ullis efficies artibus, ut non potius miserear reipublicae meae, non minus et illa facinus est passa quam pater. coacta est liberos imperatoris vincentis occidere. fallitur, iudices, 30

---

1 ammones **P** 2 obici **B**; obicio *reliqui* 5 notum  $\epsilon$   
 in *om.* **V** illo  $\beta\gamma\sigma$  8 nobis *om.* **M** narras **BM** lo-  
 queris *ex* loquaris **B** 12 quid: qd̄ **B** 17 quate te **B**  
 19 <sup>le</sup>regē **B** 23 aliud: aliquid **J** 24 quae mori calumnia-  
 torem iubet iubeat **M** iubeat: t̄ *in ras.* **B** 26 feci **M**; pro-  
 feci  $\sigma$  filii tui  $\sigma$  27 <sup>u</sup>ade **B** 28 effici **P**



quisquis ullum facinus in rebus humanis publicum putat. persuadentium vires sunt, quicquid civitas facit, et quodcunque facit populus, secundum quod exasperatur, irascitur. sic corpora nostra motum nisi de mente non sumunt, et  
 5 otiosa sunt membra, donec illis animus utatur. nihil est facilius quam in quemlibet adfectum movere populum. nulli, cum coimus, sua cogitatio, sua mens, ulla ratio praesto est, nec habet ulla turba prudentiam singulorum, sive quod minus publicos capimus affectus, sive neglegentior est qui se non putat solum debere rationem, et multi fiducia facimus omnium. quam non possit rempublicam turbare, confundere, si quis repente proclamet: 'prodidit vos imperator vester, addixit', et 'nunc ille liberos habet'? si mehercules post hanc, inimice, vocem templa monstras-  
 15 ses, sacrilegum continuo flagrasset incendium, si convelli simulacra voluisses, fecisset omne de numinibus suis facinus audacia. vis scire, tuum esse, quicquid civitas fecit? gloriareris illo, si prodidissem.

Non est, iudices, quod vos a gravitate iustitiae dolor  
 20 ultionis abducat; quod mortem suam inimicus offert. non petit illud, nisi quisquis ipse non debet occidi. seposita igitur paulisper lege mei doloris hoc tantum ab adfectibus vestris omnium mortalium nomine peto, ne cui nocenti poenae praestetur arbitrium. infinitam, iudices, sceleribus  
 25 aperitis audaciam, si poenam licet eligere condemnato, nec iam ullam mortalium innocentiam trepidatione contineas, si patitur deprehensus quisque quod maluit. levat omnes cruciatus, omnem dolorem praeparata mentem composuisse patientia. fallitur quisquis humana tormenta sola nomi-

---

1 ullum *om. M, supr. m*      4 si *B*      6 in *om. V*      9 pu-  
 blicos *bis P*      capimus *om. β*      10 solum non debere *M*  
 multa *M*      11 quam *ex quem B*      12 si *om. J*      14 mon-  
 strasse *P*      15 flagraret *β*      16 simulachra *V*      22 legē  
 ei *B* (~ *er.*); legem ei *M, corr. m*      <sup>ur̄is</sup>  
 iure *M*      nec innocenti *β*      mēis *V*      23 nomine:  
 paratam *BM*      mente *β*      25 condemptu *V*      28 prae-  
 paratam *BM*      mente *β*

num atrocitate metitur, nulla poena est nisi invito. non habemus ullum, nisi ab impatientia dolorem, et, ut aliquid crudele, saevum sit, metus faciunt. supplicium quisquam vocat, ad quod prosilitur? quod exposcitur? quod circa se non habet moras? illo, per fidem, illo trahite damnatos 5 quo non sequantur. tunc est poena, cum periturus trepidat, haeret, cum restringit supremo vincla conatu. volo perituri prius videre pallorem, audire gemitus, volo circumspiciat, volo queratur. fidem vestram, iudices, ne nocentibus supplicii sui contingat electio. minus inicum est, 10 ut evadat nocens poenam quam ut contemnat. mortem vero damnatis quisquis praestat, indulget, nec sunt alia beneficia poenarum. fallitur quisquis illam velut omnium suppliciorum summam putat. occidi non est poena sed exitus. neque enim habet impatientiam aut dolorem quod 15 possis aspicere quasi fatum. quid si liberos relinquant, immo si serves? quam felix exitus est plenusque laetitiae? lucrifacit mortis atrocitatem, quisquis laudatus occiditur.

9 'Me', inquit, 'occidite.' non habet liberos, inimice, non habet quisquis hoc te velle miratur. saeve, crudelis, 20 ego tibi permittam mori, ut quid iam mihi melius optem? vides quantum feceris nefas? idem pro liberis meis offerre non potui. tu vero parvulos tuos tene, ut in isto potius moriantur amplexu. tu nunc quoque non evades, non effugies. quacunque te duxerit orbitas, sequar, effundam, 25 si quod paraveris venenum, subtraham omne ferrum, incidam quoscunque strinxeris nexus, ab omni revocabo praecipitio. etiam occisis liberis tuis non idem patieris, ini-

5 per fidem: per fido **B**; pro fidem **V**; perfidos **M** illo  
*om. M, add. m* 6 sequuntur **B**; sequuntur **M** <sup>v</sup>comperiturus **B** 7 con **P** restringit **B** 8 audirem **B** circōspiciat **P** 10 inicum **B**; iniquum **b** ceteri 12 quis **M**  
 16 liberos omnes **J** 17 imo **B** 21 permitto **J** ut **ω**:  
 at **ε** 22 vides: -es *in ras.* **B** meis *om. B, supr. b* 23 ut  
*om. V* 25 effugies *in ras.* **B** 26 subtraham **B** 27 strinxeris **B** praecipio **β** 28 liberis *in ras. om. B, supr. b* inimice  
*supr. V*

mice, nisi vixeris. nec vereor, iudices, ne putetis utriusque nostrum orbitatem simili esse ratione tractandam. admoventur en ecce contra lacrimas meas liberi quos nemo nosset. patris innocentis occisi sunt parvuli quos  
 5 nunc circa templa ferretis, circa quos se celebraret vestra laetitia. facinus est, iudices, minorem esse transactarum mortium miserationem. non invenio quemadmodum liberis prodesse debeat odium patris. perierunt etiam illi quorum nec pater debebat occidi. me miserum, quod sic quoque  
 10 multa habiturus es quibus ego qui vindicabor, invideam. osculaberis ante perituros, alloqueris, accipies suprema mandata et moriturum te continuo promittes. exonerabis gemitus tuos, cum meorum sepulera numerabis. siccabit oculos, quod meam nunc quoque respicies vacuum domum.  
 15 me miserum! pauperis tantum solacium futurum est quod 10 pares sumus. quid? quod in ipsa conparatione mortis non idem patientur liberi tui? occidentur uno fortassis ictu, et erit ultio manibus contenta carnificis. parvulos meos occidit quicquid fuit tota civitate telorum, omnis  
 20 sexus, omnis aetas, omnis infirmitas. nihil est crudelius morte hominum quos populus occidit, et solus hic exitus est, a quo non est nec cadaveribus salva reverentia. hoc me nunc conplorare tantum putatis quod non sum liberis meis ante satiatus? miser ego, nec ad cadavera accessi,  
 25 non in sepulera maiorum meis manibus intuli, nec licuit super ipsa corpora proclamare: 'non feci.'

Qualem ego illum, patria, perdidisti diem, cum duces ab

---

1 si **V** verear  $\beta$  iudices: im **P**, *infra versu add.* uti **p**; unde **S** ne om.  $\beta$  3 en om.  $\beta\gamma\sigma$  6 iudices: un  $\beta$   
 8 illis  $\sigma$  9 nec om. **V** debeat  $\alpha$  10 habiturus: bibiturus  $\beta$  invideam *ex -iam (corr.  $\delta$ ?)* **B** 11 perituros: -os *in ras.* **B** 12 exonerabilis **BM** (-li- *er.* **M**); exhonerabis  $\beta$   
 14 nunc: vivi **M** respicias **V** 17 pati<sup>e</sup>antur **V** occiderint **V**; occident  $\beta$  19 quicquid **B** tel<sup>e</sup>orum (ro *er.*) **B**  
 23 conplorare **M**, *corr. m* ante liberis meis **V** 25 in sepulera maiorum: in sepultura maiorem **B** 27 patria illum **V**

explicito bello revertuntur! non me laetae cinxere legiones, non effusi obviam cives triumphali circa currus meos exultavere laetitia, sequebar captivos meos tristior victor, maestus undique claudebat exercitus, occurrentium lacrimae propinquorum et erubescens circa me populi timida solacia. o successuum quoque nostrorum misera condicio! ergo ego victoriam meam non narrabo sine fletu, nemo amicorum propinquorumque coram me de bello meo lo-  
 11 quetur. nihil est crudelius calamitate quam gaudia reducunt. quotiens redierit ille laetus vobis in supplicia mea dies, lugubres mihi ferte vestes, renovate servuli planctus, parate solacia propinqui. nulli liberi impatientius desiderantur quam qui propter patrem videntur occisi.

Sed verum, iudices, fatendum est, timeo mehercules, ne par solaciis meis non sim, ne me iste quo pro liberis irascor, affectus in media ultione destituat. sed adjuvate, miseremini propinqui, adjuvate amici, et, si forte defecero, tu ultionem meam, popule, consumma. timeo mehercules, ne, cum carnifex propius accesserit, subito proclamem: 'iam malo patrem.' sed, si quis est pudor, oculi, differte lacrimas, abite gemitus, horridum, trucem debeo praeparare et miserum. deprehendam, omnium mortalium callidissime, hunc quem simulas, quem nunc imitaris, adfectum. tunc sciemus quo animo rogaveris, ut potius ipse more-

18 cf. POMP. gramm. V 186, 32 Quintilianus in controversia sua o popule dixit quod non potest dici. quid tam enim aridum, quid tam absurdum quam hoc dicere? *sed num Pompeius hunc locum significaverit dubito.* cf. *decl. min.* 302 p. 192, 3 R. et Ritter, *die quintilianischen Declamationen* p. 210 et 253 adn.

1 cinxere **B** 4 undique maestus **M** 5 populi  $\equiv$  (5—6  
 litt. er.) **M** tumida  $\sigma$  8 que om.  $\beta$  dello **B** 9 est om. **M**  
 15 sum **B** pro quo  $\beta$  liberis meis **V** 16 adjuvate  
 (3 vel 4 litt. er.) **B** 18 consumma **B** 19 proclamem ex -am **B**  
 20 iam om.  $\beta$  21 post trucem add. habeo **P**, del. man. 3  
 praeparare: me parare **Bu.** 22 et: ut **V** post miserum  
 add. deprimere **Dess.** deprehende **M** 23 si malas **B**  
 mutaris **B** 24 morjaris **V**

reris. sed si bene novi capax omnium malorum scelerum-  
que pectus, inimice, vives et libenter et fortiter et quasi  
vindictatus.

## XII.

## CADAVERIBVS PASTI.

5 Cum civitas fame laboraret, misit ad frumenta legatum  
praestituta die, intra quam rediret. profectus ille emit  
et ad aliam civitatem tempestate delatus duplo vendidit  
et duplum frumenti modum comparavit. illo cessante  
10 corporibus suorum pasti sunt. reversus ad praestitutam  
diem reipublicae laesae accusatur.

Quamvis, iudices, innumerabiles me indignandi causae 1  
initio statim actionis strangulent, quia nec dicere universas  
semel possum nec gregatim erumpentes differre gemitus —  
15 levior est enim dolor qui disponitur — primum tamen  
ille sibi adserit locum qui est ex hoc iudicii tempore et

2 que om. **V** vinces **M**

inter hanc et sequentem declamationem ne spatiolo quidem  
intermisso leguntur verba CADAVERIS PASTI **B** feliciter  
emendavi. M. FABII Q<sup>I</sup>NTILIANI DIVES ACCVSATVS PRODI-  
TIONIS EXPL̄. (atramento) INCIP̄ CADAVERIS PASTI (mi-  
niator) **V** EXPLIC̄ DIVES ACCVSATVS p̄ditionis INCIPIT  
ARGVMENT̄ (miniator) **M** feliciter. Explicit dives p̄ditionis  
accusatus Incipit cadaveris pasti. Argumentū (minio picta) β

5 cadaveris ω, corr. Bu. (Quint in pastu cadaverum Lau-  
rentius Valla, elegantiae 3, 99. 5, 340; de pastu cadaverum ib.  
5, 326 cf. 6, 451)

6 C vocis cum et l. 12 Q vocis quamvis ommissa, cum non  
pinxerit ea miniator 7 praestituitque diem **M** 8 civitatem  
est tempestate **B** 10 suorum: -orum in ras. **M** EXPL̄

ARGV̄M̄. ĪCIP̄ CADAVERIS PASTI in marg. CAVSA XIII<sup>a</sup> **M**  
Explicit argumentum β (in **P** minio scriptum)

12 quam **M**, vis supr. **m** 13 transgulent **V** nec supr.  
**V** universa§ **B**

tam lentae vindictae dilatione ortus, animi mei prope dixerim furor, quod hominem tam sceleratum, ut nos quoque fecerit nocentes, legibus accersimus, quod defendi patimur, quod, ut puniatur precamur, quod damnatus quoque vel morte defungetur quam nos in illa funestissima fame, dum sepeliri licuit, optavimus, vel exsilio quod hic quantopere contemnat, apparet qui tam lente in patriam revertitur. quamquam de quo exilio loquar? quantalibet ignominia dimittite domo noxium, habet quo eat. non publicis manibus exeuntem discerpsimus, non, quoniam semel con-

2 Sed frumento occupati sumus nec quicquam aliud videmus. o quanta es fames quae tam grandem iram vixisti! at ego etiamsi talis ultio contigisset, si me a nefario grassatore reipublicae non lingua sed dentibus vindicasset, nihil tamen irae, nihil vindictae praestiteram; hoc et meis feci. aestuant adhuc intra pectus sepulta ventribus nostris cognata viscera et tumescere intus atque indignari videntur et sera paenitentia redundant. iam enim vacat nobis lugere, iam cibos nostros efferimus, viscera cremamus; nam cetera nobiscum sepelientur. o fames in-

3 accersimus **B**; r ex corr. **M** 4 praecamur *add. in marg.*

**b**, om. **B** 5 dum om. **M**, *supr. m* 6 <sup>c i</sup>liūt **B** (c scripsit **b**)  
 quanto opere **V** 7 patriam  $\equiv$  (2 vel 3 *litt. er.*) **B** 9 dimittite **M**  
 noxium: notatum  $\beta$  10 discerssimus **M** con-  
 sueveramus **M $\beta$  12 civibus *ac* et sic **M** 14 ꝑcum **B**  
 15 et  $\equiv$  irascerer (2 *litt. er.*) **B** 16 frumento **B**; r *supr. b*  
 18 aut **BM** talis  $\equiv$  ultio (4 vel 5 *litt. er.*) **M** 23 videntur **B**  
 26 levius: letiuis **B**; leti uis **M** (in alio habetur in qua levius est vel levius quod euir' *in marg. m*) exurimus **M**  
 violenti **J****

ora temeravimus, quod ab homine descivimus. non ut infelicem animam sustineremus, non ut invisum spiritum produceremus, fecimus: una causa mortem distulimus, quod, si exspirassemus, idem timebamus. et ego quidem me  
 5 consumptis excuso qui mihi ipsi irasci non possum. at iste interim stat, ut videtis, longa via saginatus et satur atque habundans publico commeatu, ad mentionem ciborum nostrorum plenum fastidio vultum trahit et exanguis ac pallidos ad calculum vocat, quasi ego non confitear  
 10 illum etiam nimium multum attulisse. tam pauci rari per vias interlucent, et quamvis odio eversoris nostri evocatus e latebris suis populus subsellia non inplet. pauci sceleribus pasti, alienis mortibus salvi, quod vivunt, ipsi sibi rei, graves aegra et tabida membra in publicum protulerunt. hae sunt civitatis reliquiae quas videtis. sic  
 15 tabuimus, ut miseri nec vivos habeamus nec mortuos. hic est populus, hae vires, hae spes, hae opes. nisi tandem ad vadimonium, legate, venisses, non multorum dierum commeatum habebamus. quo nunc tantum frumenti? quo  
 20 classem commeatu gravem? multum hercule negotiatione tua actum est. frumentum habeo, populum non habeo. nusquam prodest, nusquam opus est: iam licet vendas.

Dum tu salutis publicae nundinator proximum quemque emptorem dimittis, dum aut funera nostra vendis aut  
 25 scelera, dum populo tuo fame moriente alienae civitati legatus es factus, nos interim cibos ex malis invenimus, et fames se ipsa pavit, et miseriae nostrae crudeles factae sunt. patiamur te defendi, si absolvi saltem nos possumus. haec nunc, iudices, ego solus queror? ad me magis  
 30 pertinent? aliquid proprie passus sum? non communem dolorem accusator habeo cum iudice? quisquam in hac

---

1 non descivimus *σ*    2 visum *J*    3 quod si: quasi *M*  
 6 ut videtis: invidetis *J*    satur *B*    10 nimium et multum  
*M* pauci *del. Dess. p. 84*    rarique *M*    11 interducent *P*  
 12 paucis *M*    14 sibi ipsi *V*    15 hec *V*    17 hae ae vires *B*  
 22 vendas *om. σ*    24 admittis *Sch.*    25 civitatis *M*    27 ipsam  
*Jσ*    crudes *M, corr. m*    28 nos: non *BM*    31 abeo *B*

vindicta alteri cedit? non publica inopia, non totius populi una mendicitas fuit? nisi quia funestas epulas et nefarios invenimus cibos, non putamus famem fuisse. in omnes gentes, in omnia ventura saecula proscripti sumus, omnes haec prodigia narrabunt, omnes execrabuntur, nisi qui non credent. famem ipsam infamavimus et, quod miseris ultimum est, miserationem quoque perdidimus. adhuc tamen una defensio fuit quod videbamur in haec omnia istius opera impulsus. si hic innocens est, nostra culpa est. etiamne publica mala narrabo et miseris nostris convicium faciam? exhibunt verba? subsequetur sermo? non alligabitur lingua? plane nihil non possumus.

4 Exploramus ordinem cladis nostrae, et simpliciter omnia indicentur. decet ista nostro ore narrari. sed novimus et nimium meminimus. iudex doceri non debet, opinor; reo indicanda sunt qui a malis publicis afuit, qui hoc certe maximum debet patriae suae beneficium, quod a fame solus dimissus est. audi itaque, audi, frumentum istud quod lucrifecisti, quanti nobis constet.

Aliqui fortasse, iudices, miratur, etiamsi huius feralis anni fructus cessavit, quod tamen illa superior longi temporis beata fecunditas tabuerit, et secum iste dubitat quid sit in causa, cur civitas opulenta quondam nihil frumenti, nisi in spe, habuerit. sic fit: ubi vicinis civitatibus vendimus, et undecunque offulsit lucrum, sine respectu salus publica addicitur, in vacuum possessionem fames venit. etiam, si quid residui erat, ut carius quidam venderent, ad annonae incendium suppressum est. testor tamen conscientiam vestram, non sumus questi, quamdiu duplo emebamus. non enim vulgaris illa labes frumenti fuit nec

---

2 mendicitas una βσ 4 proscriptissimus **BM**; nos saecula proscriptissimus *Klotz* 5 omnis **BV** narrabant **J** 6 fame **BV** 9 ic **B** 10 miseris **J** 12 non *om.* **BM** 13 exponamus β et: ex **B** 14 indicantur *Obr.* 16 quia a malis **V** abfuit **Mβ** 17 beneficium — fame *om.* **V** 20 aliquis σ mirantur **M** 22 ista **J** 23 quur **B** 24 sit β 25 et *om.* β obfulsit **V**; effulsit **J**; affulsit ε 28 amone **P**



qualis alias ab agricolis accusari solet, perfidia terrarum  
 et ingratae messis inritus labor. nova et inaudita abomi-  
 nanda lues quae nihil homini reliquit praeter hominem.  
 aut astricta citra conatum sata sub ipsis tabuere sulcis,  
 5 aut levi rore evocata radix in pulverem incurrit, aut per-  
 ustis torrido sole herbis moribunda seges palluit. nullus  
 imber sitientis soli pulverem tersit, nulla super arentes  
 campos saltem umbra nubium pependit. calidi spiravere  
 venti, maturitatem praecepit aestus, etiam sicubi forte  
 10 ieiunae herbae solum vicerant, vanis tantum aristis spem  
 fefellerunt, et inanis culmos tristis agricola iactavit ventis  
 nihil relicturis. levia queror. prata exaruerunt, perierunt 5  
 frondes, germina non exierunt, nuda terra et rudes glebae et  
 aridi fontes erant. nisi haec omnia inter scientes dicerem,  
 15 poteram videri falso questus de hoc anno quo tantum  
 frumenti vendidimus. utinam saltem nobis rudem victum  
 silvae ministrassent, et carpere arbusta, concutere quercum,  
 legere fraga licuisset, et quaecunque primi mortales ante  
 traditos divinitus mitiores cibos contra famem obiecerunt,  
 20 pestifer annus reliquisset. non eram delicatus. sed o  
 tristis recordatio, funesta necessitas, nihil habuimus quo  
 viveremus, praeter famem.

Nec tamen in totum queri de numinibus possumus  
 maria certe secunda experti. si voluisset servare legatus  
 25 diem quem illi felicitas temporis dederat, potuit nobis  
 frumentum bis afferre. ut primum tanti mali sensus in  
 civitatem percrebuit, cum iam urgente inopia cotidie ma-  
 lum artius premeret, et praesente fortuna peior tamen

---

1 alias *Lucas*: aliis  $\omega$       2 abhominanda *V* $\beta$ ; et abomi-  
 nanda *J*      3 relinquit *V*      6 <sup>h</sup>erbis *B*      7 humber *V*  
 sitienti *BM* $\sigma$       sole *BM*      9 maturitate *B*      10 solum vicerant  
 herbae *V*      11 <sup>fe</sup>fellerunt *B*; fefellerant  $\beta$       inanes *M* $\beta$  $\sigma$   
 13 et rudes: crudes *B*; crude *M*      14 interficientes *BBV*  
 15 tanto *M*      17 capere *BBV*      18 fragla *V*      et *om.* *V*      19 mi-  
 niores  $\beta$       24 secunda *B*, e *supr.* *b*      26 frumentum *om.*  $\sigma$   
 27 urgentem *B*, i *del.* *b*; urgen<sup>te</sup> *V*

esset futuri metus, apparuit nullum ex propinquo esse praesidium, cum finitimas quoque civitates incendium nostrum adussisset. erat quidem aliquid in vicino adhuc frumenti, sed iam nemo vendebat. ergo ut vidimus salutem publicam trans mare petendam, se in curiam quisque 5  
 6 cogunt. ut arma bello, ut aqua incendio inelamari publice solent, ita uno quodam consensu non aetatibus expectatis, non honoribus pariter rettulimus, probavimus, decrevimus, pedibus manibus iimus in sententiam necessitatis, nec ordo nos officiorum moratus est. legationem multi 10 pollicebantur, nec innocentiae iste beneficio vel auctoritatis meritorumque respectu electus est, una causa nos movit, quod se cito rediturum pollicebatur. pecuniam sine numero infudimus, frumentum sine modo mandavimus, quantum potuisset adferret, festinaret modo. hoc una voce 15 supplices acclamabamus ac, ne moraremur, ne hoc quidem diu rogavimus: una tantum vox fuit quam iste pro quodam praeiudicio amplexus est: nihil agis adferendo frumentum, si post illum diem veneris. nostris manibus legatum in navem tulimus ac, ne quid morae esset, pro sua 20 quisque portione etiam commeatum dedimus, retinacula incidimus et litus ingressi classem publicis manibus impulimus. inde fugientia vela longa visu prosecuti facilem emptionem, secundos ventos, placidum mare, non secus ipsi navigaremus, precati sumus. quis credat hoc de tam 25 miseris?

Omnia a diis inpetravimus, scilicet unum superest, ut pro aliena civitate vota solvenda sint. cito pervenit, cito emit, cito redit quo voluit. quid prodest expectare? alia civitas prior est, et sane religiosus legatus diem expectat. 30

3 adussisset (*supr. 6*) **B**; adussisse<sup>h</sup> **M** adhuc **B** 6 cogunt *om.* **B** aquam **M** 9 pedibus manibus ruumus (ivimus **S**) pariter retulimus probavimus  $\beta$   $\equiv$ imus **B**; imus **V**; imus *in ras.* (*ex un<sup>o</sup> ?*) **M** sententiam: senectutem **M**, *corr. m* 11 innocentiae **B** auctoritatis **B** 14 infudimus **V**; infu $\equiv$ dimus **M** 15 auferret **V** 20 qui **M**, *d supr. m* 24 non secus ac si  $\epsilon$  25 ta' **V** 27 scilet **B** 29 rediit **V** $\beta\sigma$

Nos interim coacta primo ex agris pecora diripuimus et, ne venturo saltem anno prospici posset, non reliquimus qui ararent, boves. iam servis fugas imperavimus, iam procumbentes ante limina principum pauperes in ipsis precibus 5 expirant. plorantibus liberis legatum promittimus. iam tantum sibi quisque cura est. nihil tamen horum etiam nunc in invidiam legati queror, adhuc prior cursus est. hactenus nostra mala tulimus, in reliqua legatus nos 7 vicarios dedit. si quicquam tibi humani sanguinis superest, nisi nimia saturitate alienae fortunae cogitatio excidit, respice patriae casum, respice gravissimam fortunam. miseri te misimus, expectant pallidi exsanguisque cives tui, et quicquid extremi spiritus adhuc superest, spe tui trahitur. figura tibi exesos vultus, decrescentem populum, iam 15 praemortuas vires. nec quicquam horum potes ignorare, si quid tibi credimus, fame laborantem civitatem vidisti. festina, dum supersunt quibus legationem renunties. festina, dum mori ultimum est. frumento digni sumus. quid in nos convertis etiam alienae civitatis famem? quatenus 20 nobis computandum est: propter te duplum mali tulimus. tu supra frumentum publicum stertis et omnis maris circumvectus oras litora portusque cognoscis. tu inter duas civitates fatorum arbiter, alienae conditor, tuae eversor, salutem nostram peregrinis admetiris et secunda tempestate 25 in patriam ferente contrarios ventos exoptas. nos per arentes effusi campos morientium herbarum radices vellimus, omnis radices vellimus, eo quidem fortius, ut si fieri

---

2 relinquimus *BV* (n del. *b*)    3 bovis *B*, corr. *b*    7 invidiam ē legati *B*    10 minia *V*    excidi *B*, t *supr.* *b*  
 13 tui *an* cui? *B*    15 quicquid *P*    potest *B*    17 bis festinandum *VJ*    18 *post* est *add.* festina; dum superest quibus legationem renunties *B*; festinandum superest (s *er.*) quibus legationem renunties *V*    21 supra *om.* β    publicum *om.* *V*  
 omnes *Vβσ*    circumvectus *P*    22 horas *V*    cognoscit *V*  
 23 adversor *M*    24 peregrinationis *BM*    admeritis *B*; admetis *M*    25 ferente *ς*: ferentes (-tis *II*) ω; ferentes habens *ς*  
 27 omnis radices vellimus *om.* *Mβ*

possit, in venenum incidamus subeuntes insolitis cibis. et sicubi forte uberius paulo pabulum contigit, de pascuis rixa est. amaros fruticum cortices et ramorum male aren-  
tium pallidas frondes decerpimus. morbida quicquid fa-  
mes coegit, corpus admisit. iam passim moriuntur, et pestilentium more pecudum subinde aliquis ex populo in  
8 ipsis pascuis procumbit. crebrior cotidie interitus et latior  
strages, et, me miserum, iam fames desinit. quos tester  
deos? superosne quos per tantum nefas fugavimus, an  
inferos quos nobis permiscuimus? an nostram malam  
conscientiam omnia nos ante fecisse quae nemo praeter  
nos fecit? pecora cecidimus, campos evolsimus, silvas  
destruximus, novissime nihil relictum est praeter esurientes  
et mortuos.

Si qua est fides, libenter hanc partem accusationis  
subinde differo; adeo, ubi tantum nefas narrandum est,  
etiam exigua temporum lucra sectari libet, et necesse est  
reo indicare qui a malis publicis afuit quam multis non  
ad diem venerit. ignoscite, dii hominesque, sceleri quidem  
ultimo, sed tamen quod fecisse miserrimum est. non habi-  
20 tant una pudor et fames, et, cum semel intrarit inpotens  
domina, feras etiam et ingentes beluas subigit. terram  
morientes momorderunt. memetipsum, si nil fuisset aliud,  
comedissem. sed confitendum est, legati beneficio non de-  
fuit. postquam omnem patientiam vicerat ignea fames,  
25 postquam spes quoque quae miseris ultima est, omnis

1 posset **BM** insollicitis **J** insolitos cibos  $\epsilon$  3 ar-  
dentium **M** 4 decerpsimus **J** morbida: morbi nam **BV** $\sigma$ ;  
morbidi nam **M** (vel morbida **m**) 5 amisit **P** 8 desinit:

deserit  $\sigma$  tester:  $\bar{\tau}$  **B**; testor **M**; teste **S** 9 superos<sup>ne</sup> (2 vel  
3 litt. er.; ne supr. **m**) **M** 10 an  $\epsilon$ : ad  $\omega$  12 cecidimus **V**;  
occidimus **J** evulsimus **VMS** 13 destruximus **P** 15 hanc:  
ac **B** 17 exiguam **B** 18 quia malis  $\alpha\sigma$  publicis **om.**  $\beta$   
ab $\bar{\tau}$ ut **M**, si add. **m** et supr. vel adfuit 20 ultimo sed: ulti-  
mos et **B**; ultimos $\bar{\tau}$  **M**, corr. **m** tamen:  $\bar{\tau}$  *in ras.* **M**  
22 etiam et: et tam **BM**; etiam  $\beta$  ingens **M** terra **B**  
23 morientis **BV** me me ipsum  $\alpha$  26 misseris **B**

abierat, et frumentum totiens sibi frustrá promissum animus iam ne cupere quidem audebat, subiit furor et alienatio mentis, et tota sui arbitrii fames facta est. animus malis deriguerat, os insolitis cibis stupebat, feris invidere  
 5 coepimus. primo tamen furtim et intra suas quisque latebras admisit hoc monstrum, et, si paulo citius venisses, potuisset hoc negari. si qui ex strage corporum defuerat, sepultum putabamus, nec tamen indicavit quisquam, nec deprehendit aliquis. nemo ut hoc faceret exemplo impulsus  
 10 est, se quisque docuit, omnes scire coepimus, postquam omnes fecimus. quotiens tamen, antequam inciperem, in portum cucurri? quamdiu in altum intentus, si quae essent in conspectu naves, oculos fatigavi? tibi, legate, tempus differre facile est qui tuam tantum partem non vendidisti.  
 15 tu quem habeas diem videris, ego septimum expectare non possum.

Ergo rabidi supra cadavera incubuimus et clausis oculis, 9 quasi visus conscientia acerbior esset, tota corpora morsibus consumpsimus. subit interim horror ex facto et taedium  
 20 ac detestatio sui et planctus. sed cum ab infaustis fugimus cibis, urit iterum fames, et quod modo ex ore proiecimus, colligendum est. nunc mihi illa foeda videntur, nunc abominanda, laceri artus et nudata ossa et abrepta cute intus cavum pectus. nunc occurrunt effusa praecordia  
 25 et lividae carnes et expressum dentibus tabum et exhaustae ossibus medullae. quantulum enim corporis fames relinquebat? nunc illud horreo tempus, si quando aut manus

2 quidem *in ras.* V    3 arbitrii: -ii *in ras.* B; arbitri V  
 4 diriguerat V $\beta\sigma$     cibis: i *in ras.* (ex cibus) B    5 inter  $\beta$   
 7 quid VM (corr. in qui V); quis  $\beta\sigma$     ex trage BJ (s *supr.* b)  
 8 non nec V    9 hac B, o *supr.* b    11 omnis fecimus B  
 14 differre ex differte M    vendidisti M    15 septimum et expectare BMO  
 20 ac: <sup>ac</sup> 7 V    plactus B    infaustis: -ustis scripsit b  
 21 quo BJ    ore $\equiv$  V     $\mu$ icim B    23 abhominanda V    arepta M  
 24 nonc B, u *supr.* b    25 carnes expressum BM

incidit aut facies<sup>6</sup> aut aliquid denique quod hominem propria nota signat. nunc cibi succurrunt quos inponere in mensam non ausus sum. confitendum est enim: devoravimus homines et quidem avide qui diu nihil ederamus; et tamen coepisse difficillimum fuit. postquam ius factum est, postquam nemo erat in civitate quem confiteri puderet, tum vero iam in posterum prospicimus et funera horreis condimus. retro aguntur exequiae, aut circa aut ad rogos pugna est. heres cadaver cernit. novum et incredibile, nisi nossemus, monstrum habuimus: sine rogis pestilentiam mortui ratio non constitit. perisse cives scio  
 10 tantum, quia inter viventes non video. aegri adsidentes timebant et labentem animam supremis domesticorum oculis reducebant. primo tamen nihil rogabant suos nisi totam sepulturam. ut maior urgere necessitas patientiam  
 11 coepit, beneficium factum est expectare, dum moritur. nemo adeo adfinis fuit, nemo tam coniunctus quem pietas abstineret. nostros comedimus, nostros. nam, si alienos vellemus, nemo audebat, <nemo> cedebat.

Nihil est tamen quod indignari velitis: narraui vobis  
 20 lucrum vestrum. frumentum duplo vendidimus, et callidissimus legatus vicinae civitati inposuit. plena nunc horrea, bonae rationes, onustae naves sunt, et, quo magis gaudeamus tanto bono, pauci sumus. nam quod ad temporis excusationem pertinet, nihil est, opinor, quod aestuet.  
 21 in desertum non incidit populum, nec sane fuit, cur festinaret, etiam nunc expectare poteramus. sola est nostra civitas quae fame perire non possit. dissimulaturum me putatis istius patrocinia? confiteor, venit ad ultimum diem, adtulit frumentum, gratulemur quod iam nulla civitas  
 30 fame laborat.

2 designat **M** nunc  $\equiv$  **B** 6 et postquam  $\beta$  7 in *supr.* **B**  
 8 citra  $\beta\sigma$  aut ad *om.* **V** 11 mortium  $\beta$ ; morti *Gr.* 14 oculis *Sch.*: oculis  $\omega$  15 ut gerent **B**; urgeret **V** patientiam *scripsi*: putaremus **BV**; *om.*  $M\beta\sigma$  17 coniunctus *an* convinctus **V** 19 nemo *alterum om.*  $\omega$ ; *add.*  $\epsilon$  21 vendimus  $\beta J$   
 callidissimus **B** 23 honustae **B** 25 opinor: omnino **V**

O, si vires sufficerent, latera durarent, aliquid ex aridis  
 diu faucibus residuae vocis exiret, quanta indignatione opus  
 erat, ubi pro omnibus dolendum est? quod cum <feri non  
 pos>sit, universi qui adsumus, proclamemus, haec tota  
 5 contio in unam vocem consentiat, non esset tamen futura  
 par crimini invidia, aut omnes accusemus, quota pars que-  
 ritur? secum quisque reputet quae tulerit, quid admiserit.  
 plane inmanis belua est et non tantum necessitatis causa  
 per nefas pastus qui quod comederit hominem, non irasci-  
 10 tur. succurrite dolor et seri vomitus et ultrix paenitentia. 11  
 ades longi ieiunii imperiosa necessitas et vos intus impli-  
 citae, si quid potestis, admonete animae et a ferali ventre  
 prorumpite, dum commissum nefas devoto capite expiamus  
 et quasi lustrata urbe feralem victimam violatis manibus  
 15 mittimus. decent nos tales hostiae. in iudicium perduxim  
 publicum scelus et infamatae civitati quaero velamentum.  
 nemo non commisit aliquid, habetis tamen, si vultis,  
 unum et pro omnibus nocentem.

Reipublicae laesae accuso. mirari vos certum habeo  
 20 hanc verbi segnitiem, cum civitas tota consumpta sit, cum  
 populus in se tabuerit, quo perstricta tantummodo patria  
 et leviter, quod aiunt, manu offensa intellegi possit. sed  
 ferenda est, ut in ceteris, haec quoque rerum naturae  
 iniuria quod non tam inmanibus factis paria verba accom-  
 25 modavit: et fames nostra fames dicitur, et cibi nostri cibi  
 vocantur et respublica nunc laesa. nec scilicet, nisi per-

1 vires *ex veres B* 2 quanta *quanta B* 3 quid *B* fieri  
 non pos- *add. Klotz*; si *B*; sit *Μεσ*; ita sit *ε*; *om. V*; si uni-  
 versa et si haec tota *Bu.* qui *om. V* tota *om. M, supr. m*  
 5 unam: nimiam *II, corr. h* 6 par *om. B, supr. b*; par futura  
*M* aut: aut si *M*; ut *ε* quota quanta pars *β* 7 amiserit  
*P, d supr. p* 8 tatum *B* 10 succurrite *B* 12 anmote *M, ne*  
*supr. m* vente *V* 14 violatibus *β* (-tibus *in ras. p*) 15 ho-  
 stiae tales *M, transp. m* 16 civitat *B* 18 et: ex *B*  
 20 verbis *BM* egnitiem *B* et segnitiam *reliqui post consumpta*  
 sit; *transposuit ε* 21 populus *om. β*; conpopulus *M, vel po-*  
 pulus *supr. m* 26 perhacto *B*

acto legitimo ordine, reus punietur. omnia, rogo, scrupulose agantur. videte, ut iure irascamur qui contra ius viximus. immo etiam, si libet, defensionem audiamus, et iam nunc nos moretur. neget laesam rempublicam, quia plus quam laesa est. non enim discussos alicuius operis 5 angulos nec recisas lucorum frondes nec publicarum aedium dispersos parietes obicimus. ac si videbitur, adiciet forsitan non esse rempublicam quae perierit. id enim superest, ut iam hoc nomen extinctum audiamus. procedet 12 eo usque fortasse, ut esurisse nos neget. non infitior autem 10 <nisi> parum proprie hoc legis verbo nefas istius signari non posse. maiores enim nec laedi quidem rempublicam impune voluerunt, ideoque existimo etiam hoc esse comprehensum. nemo autem verebatur, ne absolvi posset crimen lege maius. 15

Quid? quod actionem reipublicae laesae temptat in legem male gestae legationis deflectere? eligit reus crimen, hoc est, noxius crucem optat. non sustineo, iudices, in tanto animi motu argumenta conquirere, nec impetus irae meae in digitos descendit, hoc tamen scio: non cadit in 20 formulam publicus dolor. nec, si adeo iudicibus quid passi sunt, exciderit, ut has ferant cavillationes non diluentes crimen sed differentes, populus quoque impunitum nefas sine lapidibus praeteribit. non praescribes. accusare te male gestae legationis possum. age porro, si occisos ob- 25 iecero homines, non tu es causa mortium? si violata sepulcra, non propter te rogos fraudavimus? sed legatus fuisti. quod tamen ipsum quid est aliud quam rem tractare? rem autem qui male agit, ut arbitror, laedit. an

1 reus non punietur *BV* 2 u $\equiv$  *B*, t *supr.* *b* 4 moretur *BM* (vel moretur *supr.* *m*) 5 enim *om.*  $\beta$  discussos *B*  
6 reci $\equiv$ sas *B* (s *er.*) 8 esse $\equiv$  (t *er.*) *B* 9 exinctum *B* (t *supr.* *b*)  
10 exurisse *B* infiteor *BV* 11 nisi *add.* *Sch.*; *om.*  $\omega$

12 ne *v* $\beta$  $\sigma$  13 esse $\equiv$  (t *er.*) *B* 20 scio *M* 22 cavillationes *P* deluentes *BM*; diluentis *v* 23 differentis *v* 25 abiecero  $\alpha$  28 quid est ipsum *M*, *transp.* *m* quid est: quidem  $\beta$  tractare est  $\beta$  29 autem: ante *P*



existimas hanc legatis dari peccandi licentiam, ut quaecunque scelera in eo officio commiserunt, cum his omnibus hac una lege decident? o nimium invidendam huius legationis condicionem, si tibi et famem remisit et legem.

5 Sed erraverim sane, et, quia nullum in foro nostro iudicium fuit, desuetudine ipsa iura exciderint. quomodo legem meam effugis? nam nisi malis stupeo, duo sunt **13** omnino quae in eiusmodi crimine quaeri soleant: an laesa sit respublica, an ab eo qui arguitur, laesa. in quibus si  
10 quid tibi fiduciae fuisset, non a criminibus crimina appellares nec ad alteram poenam transfugeres, sed te ab hac quae intenditur, tuereris.

Dico laesam esse rempublicam. oratione hic opus est, aut reliquorum more accusatorum hoc nunc mihi quaerendum quomodo res verbis adgravetur? adeo infirma est calamitatum memoria? quae si posset excidere, non tamen narranda vobis, sed ostendenda erat ruina publica. agedum, si videtur, extra portas prospicite squalida arva et spinis obsitas segetes et semesos arborum truncos. viduis cultore agris errant a fame nostra innocentes ferae, inanes villae sunt, et deserta horrea in ruinam procumbunt. nullus inversis aratro glebis campus nitet, nullum solum opere renovatur. iam et in sequentem annum famem timeo. redite in domos vestras, videbitis noxios focos et ignes  
25 tabo cadaverum extinctos et tecta mortibus gravia, cum maxime inferimus in tumulos ossa insepulta, ducimus opertas exequias, et ad sepulturam residua conferuntur, et tandem cadavera igni permittimus. ubi vero universas familias fames extinxit, quae pars maxima est, inanes  
30 domus situm ducunt, iacent relictæ sine herede sarcinae.

5 nullum *om.* **J** nostro *om.* **M** 7 meam *om.* **M**, *supr.* *m*  
8 quae in: quoniam **P** 10 tibi *om.* **J** criminibus *ex* criminibus **B** 12 tuereris **B** 13 esse *om.* **β** 14 more *om.* **B** 15 infirmata **My** 16 calamitatum **Mσ** 17 nobis **Mβσ** 18 sibi videtur **B**; si tibi videtur **M** 19 obsistas **B**,  
s *del.* **δ** 20 erant **B** 21 nullis **B** 26 maxim<sup>e</sup> **V**  
28 tantundem **BV**

invenitur interim elusa domo conditus dominus, si cuius mors famem evasit, quem rimantes non invenere proximi qui inter suos ultimus decessit. quo vos mitto? ipsam intuemini contionem, unius deficientis speciem tota civitas habet, cavum macie caput et conditos penitus oculos et 5 laxam cutem, nudos labris trementibus dentes, rigentem vultum et destitutas genas et inanes faucium sinus; prona cervix, tergum ossibus inaequale, infernis imaginibus similes, foeda etiam cadavera. aut si quis talis non est, 14 confiteatur se usque ad saturitatem comedisse. sua quis- 10 que consulat misera praecordia, suum ventrem conscientia gravem.

Dic nunc, legate: innocens sum, quod ad illum diem veni. at ego propter te nocens sum, quod ad illum diem vixi.

Quae comparata nobis mala non delicatas lacrimas 15 habent? aliquem populum hostilis exercitus intra portas coegit: solet venire ultima obsessis inopia, sed everti certe licet. victor captivum aut occidet aut pascet. tormenta quidam piratarum tulerunt, felices quibus contigit innocentia. mors certe finis est, nec saevitia ultra fata pro- 20 cedit. aut etiamsi quis adeo hominem exiit, ut ibi poenam quaerat, ubi sensus doloris non inveniatur, nempe tamen cadavera feris obiciet. circumdati sunt quidam flammis, ipsa tamen poena habuit sepulturam. nos incendii cinerem perdidimus, nostra etiam ruina tabuit. nostra mala 25 nunc latent, non ignis defunctos cremavit, non ferae lace-

---

1 inter inclusa **B** clausa **V** dominus *om.* **B** 2 fame **S** rimante **M**, s *supr.* **m** 3 quo vos mitto: hos amitto **P**; vos (*vel* nos) omitto **S** 4 contionem **B** (*ten supr. 6*) 5 canum **M** capud *in ras.* **V** *post* caput *add.* quomodo fame corpus tabefiat **BM** 7 prona est cervix **σ** 8 simile **M** 13 di **M**, e *supr.* **m** innocensum **B** veni — diem *l.* 14 *om.* **S** 14 propter: pro certe **P** nocensum **B** vixi: veni **M**, *corr.* **m** 17 obfessis inopia est **V** 19 quedam **P** 20 facta **M** 23 obiciet et licet **M** 24 poena *om.* **M**, pena *supr.* **m** 26 nos ignis **V** defructos **B**

raverunt, non aves attigerunt, et tamen cadavera mortibus  
adnumerare non possumus. citra spem convalescendi ad-  
flicti sumus, immo etiam citra votum. gravior in dies  
facti paenitentia est, pudet vitae, lucem ac sidera intueri  
5 non audeo, cotidie felices mortuos clamo et malae con-  
scientiae facibus agitatus nihil fortunatius in aeterna sede  
utcumque compositis puto; adeo mors placet. iam etiam cibus  
nostris invideo, praeterita differo, ipsa ex nimia cupiditate  
nocet habundantia, desideratos diu cibos avide haurimus et  
10 lassam famem saturitate strangulamus. morimur adhuc etiam  
frumento tuo. atqui ceterae reipublicae partes quae sunt 15  
ad usum populi comparatae, et levioe cum damni sensu  
pereunt et facile remedium accipiunt, cum reparari possit  
amissum. opera restituam, aerarium replebo, naves, arma  
15 reficiam: hic vulnus altissime penetrat, hic ipsa vitalia  
feriuntur, ubi populus ruit, ubi continuis funeribus omnis  
sexus atque aetas semel sternitur. exhausta est civitas  
et desolatae domus, triste florentis quondam fortunae in-  
dicium, laxi muri. quam multi in civitate nostra perierint,  
20 quaeritis? minima quidem portio est, sed etiam ex hoc  
intellegi potest, esurienti populo satis fuerunt.

Plurimum tamen interest quomodo perierint, felix pesti-  
lencia, felix proeliorum strages, denique omnis mors fa-  
cilis: fames aspera vitalia haurit, praecordia carpit, animi  
25 tormentum, corporis tabes, magistra peccandi, durissima  
necessitatum, deformissima malorum. haec ad humile  
opus nobiles manus mittit, haec alienis pedibus mendicantes  
prosternit, haec saepe sociorum fidem fregit, haec venena  
populis publice dedit, haec in parricidium pios egit. adhuc

1 et tamen om. *M*, supr. *m* morti *Gr.*; mortuis *Almelo-veeni*  
2 adnumera|rare (*incipit fol. 75*) *B* 7 positus *V*  
9 abundantia *Mσ* diu om. *M* 10 transgulamus *VM*  
11 quae: *q̄ V* 12 levior edum damni *B*; levioe damni *M*  
(in aliis *h̄r* levioe *c̄* dāpno *m* in marg.) 13 pereunte *B*;  
pereuntes *M* 15 reficiam *B* 19 perieri|nt *V*; -unt *J*  
20 est: superest *ε* 26 necessitatum *Vσ* 28 fēgit *V*

tamen unum videbatur remedium non expectare mortis diem et tabescentem cotidie spiritum supervenientibus malis subducere. nam in fame nemo quidem mortibus immunis est.

At non tua culpa fames coepit, sed vulneratum iugulasti, titubantem stravisti, fumantem incendisti. ne quid inique faciam, dividenda sunt mala. primam famem fortunae inputo, ultimam tibi. moram tuam itineribus separo. denique ex eo inopiam tibi obicio, ex quo propter te tuli. itaque caritas annonae, rarum frumentum, caedes ac direptio pecorum fuerint fortunae, fuerint anni, fuerint temporum. aliam condicionem habent civium mortes et cadaverum dira laceratio et peiores inopia cibi. haec fames iam tua est.

16 Puta me nihil in praesentia dicere nisi hoc unum: tardius quam potueras venisti. nondum tibi obicio duplicata tempora nec remensum totiens mare nec graves 15 ancoras, nondum tantam moram quanta legationi satis esset. si innocentes essemus, populum septem diebus perdidisses. angustos humani spiritus terminos fames fecit. morimur, deficimus: festina misericors, omnes excipe auras, 20 etiamsi tota secundis flatibus vela tetenderint venti, tamen remis adiuva. salutem publicam vehis, spiritum populi tui reportas, omnium nostrum in ista classe navigant animae. iuramus per tuum reditum, effusi per gradus templorum vota suscipimus, tendimus manus; nam quas feriamus hostias, non habemus. quid spem publicam ad 25 ancoras alligas? non stat interim dies, et plenis velis mors venit. festina, merita tua non conditores aequaverint, non ipsi dii plus praestiterint. tibi nos, tibi liberos nostros, tibi quicquid homini iocundum est, tibi debemus 30

2 cotidie *B* 5 neque iniqua facie *M recta supr. m*  
 6 faciem *B* dividendam  $\beta$  11 habent: hūc *P* 14 nihil:  
 nisi  $\sigma$  17 anchoras *V\beta* 20 defecimus *VM (corr. m) \sigma*  
 21 seculis *P* tenderint *BV\sigma* 22 adiuva remis *M, transp. m*  
 24 per gradus — alligas *l. 27 om. B* 25 tendimus *om. M*  
*post manus add. alto linius M* 26 *post habemus notam R in-*  
*serit V* 27 anchoras *V\beta* 30 iucundum *M\sigma*

quicquid vicinae civitati praestitisti. non dico illa quae poteram, puta caerulus imber in naves ruit, classis inter fluctus latet, nec inter canentes collisarum aquarum spumas vela dinoscimus, egerit ex fundo harenas mare, mi-

5 cant ignes, intonat caelum, scissis rudentibus tempestas sibilat, denique sidus hibernum conditur, tu tamen persevera: frumentum vehis. nihil horum necesse est feliciter naviganti, festina. quererer, si naves commeatu tardasses. dum velocitatis ratio haberetur, mallet accipere dimidium.

10 non delicati sumus, non luxuriae quaeritur abundantia; 17 unde spiritum sustineamus, unde mortem differamus in praesentia quantulumcunque. si plus opus fuerit, redibis.

Siccae fauces sunt, aeger anhelitus os tendit. iam frustra in sinu parentium liberi plorant, et nondum editi

15 conceptus intra uterum famem sentiunt. iam nemo dives est. auras captamus et rore vescimur, et iam spirare tormentum est, cotidie vires deficiunt. iam non imus in litus sed redimus. in editis scopulis populus sedet, dum naves expectat, in pascua non redit. aquas ingredimur,

20 et unus ad te spectantium rictus est, et, cum defecerunt omnia, expirant. te, te expectantes intentis oculis morimur, in mare mortui cadunt. quotiens sole percussa nubes refulsit, navem putamus, quotiens fractus vento fluctus incanuit, vela interpretamur. o mobiles miserorum spes

25 ad unaquaeque solacia ab unoquoque quomodo nutant? haec certe navis est, ecce vela panduntur, propius appel-

1 praestitisti  $\equiv$  (s er.) *M* 2 caer<sup>v</sup>ulus *M* humber *V*  
 3 canentes: n prius in ras. *B* collisarum *B*; collissarum *M*  
 4 arenas *V*σ 6 sidus hibernum *V* 8 navigasti *Sch.*  
 aves *B* 9 velocitati β 10 habundantia *V*β 11 sed  
 unde spiritum β ude mortem *V*, n *supr. man. altera* 13 hanelitus *V* ostendet *BV*; os ostendit β 14 sinum α parentium  
*B*: -tum reliqui 16 E $\equiv$ iam (t er.) *V* spirare *Dess.*: sperare ω  
 18 littus β ditis *B*, e *supr. b* scopulis ex -us *B* populus om. *BM* (*supr. m*) 20 ritus *M* et om. *P* 21 te te:  
 tunc te *P*; te<sup>te</sup> *S* expectante *B* 22 cadunt: u in ras. 2 litt. *M*  
 23 fractos *M* ventos ex ventus *V* 24 int̄ ē e<sup>pre</sup> aetamur *B*

litur et accedendo crescit; nostra est, suos in utramque partem ventos habuit, nostris votis gubernati flatus sunt. haec dicimus, at illa interim transvolat. fletus inde et desperatio et lucis odium. nihil enim gravius quam destitutae spes torquent. ne interrogare quidem licuit aut quaerere, nemo applicabat. ergo incerti omnium rerum pependimus, nihil quisquam cognovit. saltem si scire licuisset, ubi frumentum vendidisses, ipsi petissemus. iam quomodo ad singula momenta temporum mutabantur animi? bene est, serenus sol occidit, purus se dies tollit, ad nos  
 18 venti ferunt, iam veniet. pendet interim fames, et illud quod iam diu cogitat, differt, ita tamen, ut subinde computet quot dies ad mortem supersint. nam quid profecit? meministis, cum contrarii venti flare coepissent, et in altum fluctus a terra volarent, quanta conploratio, quanti planctus fuerint: retinebitur, stabit, laborabit.

At, si diis placet, legatus noster tum maxime bene navigabat. nos in hac fortuna, in tam gravi casu, in eiusmodi cogitationibus sumus: tu sinus maris circuis et per omnis curvatorum litorum ambitus terram legis. sic fit, ut te iuuet diu navigare. nullus amoenus praetermittitur portus, nulla celebris civitas inuisitata transitur.

Mentior, etiam ad esurientis adplicas. dein, si quam timoris iniuriam quereris, non feram te morantem: quomodo satis accusabo vendentem? spiritus nostros transcribis, salutem nostram exponis. quae diu inaestimabilis fuit, innocentiam publicam vendis. frumentum non naufragio perdidimus, non latrocinio: lucro perimus. tem-

5 nec **J** 6 ante ergo notam **K** add. *a* (del. **BM**) *γ* rerum om. **V** 7 saltim **B** 8 ipsi: i alterum in ras. ?**B**; ipsi (2 litt. er.) **M** 9 mutabuntur **B** 11 interius **M** 12 differtur **V** ut ex vel **V** 13 nam nil quidem **M** quid **ε**: quidem **ω** 14 contraria **BV** in om **V** 15 a: ac *a* (ras. **V**)

planctus **B** 18 navigabit **β** 19 sinum **M** circumis **Mβσ**  
 20 omnes **VMS** 22 inuisitata ex inuisatata **B** 23 esurientes **Vβσ** deinde **β** 24 quereris **V** 25 transibis **M**,  
 corr. **m** 27 non: in **β**

pestras quoque aliquam navem in meum litus impingeret nec ex classe numerosa omnes fructus exhausisset. perit frumentum, quia classis venit in portum. ita nos alienae civitatis legatum misimus, et vilia ac devota capita vicinorum deliciis morimur. nobis nihil iam residui spiritus superest, nos in conspectu mortis stamus, nos legatum frumentumque nostrum ore aperto expectamus, classis nostra vecturam facit et vicinarum civitatum copias reconducit. paene a conspectu nostro vela conversa sunt, quantulo minus quam congesti frumenti pulverem vidimus? tantum iam temporis transivit, ex quo pecuniam contulimus, legatum creavimus. iam dinumeratis temporibus quae secundi venti breviora fecerunt, cotidie spero, et sane prope est. at legatus meus ad emendum modo proficiscitur. tibi ergo tot civium mortis inputo, tibi stragem populi, tibi liberum parentumque miserrimas poenas, tibi quicquid passi sumus, tibi, quod gravius est, quicquid fecimus.

Et scilicet speras, ut tantam sceleris invidiam ab animis nostris duplae pecuniae strepitus avertat? nescis quam multa vendideris. duplo vendidi. ita infelicitas mea concionanti tibi lenocinata est. quod fame perire cives meos patior, quod, ut vestram civitatem servem, meam evertō, quod a tam vicinis litoribus classem torqueo, quod ad diem redire non possum, quod prope civium constitit dis-

1 me meum *P* (me *del. p*); medium  $\sigma$  litus  $\beta$  2 nec

*Sch.*: et  $\omega$  fluctus *an* fructus *dubium B*; fluctus *V* exhausisset *B* periit  $\sigma$  4 devocata *BV* vicinerum? *M*, corr. *m*

7 expectavimus  $\Xi$  *V* 8 nostram *V\sigma* fecit *M* 10 congesti  $\epsilon$ : comesti  $\omega$  11 transiit *V* 12 cavimus *M*, corr. *m* 13 venti:

*en* vit *B* (*en supr. b*) 14 allegatus *BM* (corr. *M*) 15 mortes

*omnes praeter B* 16 liberorum *VM\sigma* 20 nescit *B* 21 venderis *M* ante duplo *notam K* habent *BM\gamma*; cf. p. 236, 8

meo *B* concionanti *Dess. p. 73*: concionanti *\alpha\sigma* (*infra mea negotianti B*); negotianti  $\beta\gamma$  22 lenocinati *P*, corr. *p*

24 littoribus *P* 25 quod — discrimen *om. BM* (*add. m in marg.*)  $\sigma$

crimen, quod pretium constituistis, quod occultum datis? duplum. patrocínio meo quantum lucror?' at nos inepti ac vesani de fame querebamus, gravis nobis inopia, intolerabilis et misera accersita mors videbatur. non agimus gratias industriae legati? respublica nostra locupletior perit. sacrosanctus mercator opportunum, opinor, invenit mercis exactum. miror hercules, si tam bene negotium gesseras, quomodo nobis pecuniam non retuleris. 'duplo vendidi.' decepisti vicinam civitatem, circumscripsisti, itaque queritur. 'duplo vendidi.' hoc enim unum supererat, ut devectum tantidem venderes. habita est itineris ratio, habita usurarum. ego vero malo quod tam magno vendidisti. apparet enim te nihil coactum. sed si semel ponis hastam salutis, si redemptores vitae admittis, et nos admone: melius vendis. nos quicquid in domibus habemus, quicquid in templis, quicquid civitas suum vocat, congerere parati sumus. frumentum pecunia remetiamur, libertatem nostram addicimus, fines publicos tradimus: omnia licet eadem vicina civitas polliceatur, plus non potest. prosit mihi, quod apud negotiatores solet, in antecessus dedi. triplum, quadruplum, quantum poposceris

1 quod — constituistis *om. V; cf. Dess. p. 78* constituitis  
 βσ quid *B* occultum: ū *in ras. M* 2 meo est *M* lucrō  
 J; lucrōr *H* 3 ac vesani *om. V* fame: morte *M, corr. m*  
 4 arcessita *Mβσ* 5 gratias *om. β* 6 oportunū *BV*  
 7 herculis *B* 8 gesserat *M* retulerit *BV* ante duplo  
 notam *O add. ay; iam repetunt BM* quidam γ ita infelicitas  
 235, 21 — invenit 236, 6. hoc loco satis habeo adnotare varias  
 lectiones graviores codicis *B*: hos (meos 235, 22) quod prope  
 civium constitit discrimen *omisso* quod pretium constituistis  
 (235, 25) lucrō ac vesani *om.* accersit amor resp. ē locu-  
 pletior sacrosanctos 9 decepistis β circumscripsisti *M*;  
 circōscr- *P* 10 superat *BVσ* 12 vendidisti *M, di supr. m*  
 15 vendi<sup>s</sup> *B* quicquid in templis quicquid in domibus ha-  
 bemus β dominibus *B* 16 quicquid in templis *om. BM*  
 (*supr. m*) 17 congregare *B, corr. b* frumtion pecuniam (pe-  
 cuniam etiam *V*) remeāmur *B* remetiemur *Obr.* 19 eadem  
*om. V* 20 teccsus *M, an supr. m* 21 triplum: triumphum  
*M, corr. m*



accipe, et illa pecunia frumentum licet vicinis adferas. si nobis nihil de commeatu nostro partiris, nos vicinae civitati vendemus. liceat servire, ubi frumentum est. non exigua res est, pro vita, pro sepultura, pro innocentia licemur. non potest hic commeatus tam care emi, quam expectari.

‘Sed nisi vendidissem’, inquit, ‘fame laboranti civitati, timui, ne raperet.’ et ita utique occupare voluisti, ut nobis iniuriam tu potissimum faceres. multum mehercules vos fallit opinio, iudices, si ullam causam ita evidentem deferri posse in forum putatis cui nulla, ne mendacii quidem, velamenta contingant. opinione sua defenditur, et, quae res minime coargui potest, utitur se teste. ne nos periremus, non timuisti, ne repetiti commeatus post diem nostrae mortis applicarentur, non timuisti. nostris certe malis quanquam nihil poterat accidere inopinarum, tamen inter metus tempestatium et ancipites incerti maris casus, confiteor, ne frumentum salva classe perderemus, non timuimus. non dico, ut maxima vis parata sit, ut more inmanis latrocinii turba raptorum litus premat: vel repugna vel fuge vel roga. incensurum naves depressurumque minitare potius quam totum frumentum utique populo pereat. partire vel gratis, dum nobis aliquid quo respireremus, adferas. illud quo certe nihil asperius accideret, rapi patere. faciat fortuna quod voluerit, legatus a praeepto non recedat. refer nobis saltem iniuriam nostram, 21 mitte nuntios. ira famem differemus, rapiemus furentes

2 nihilo **B**; nihil  $\equiv$  **V** comeatu **B** 4 ligemur **M**  
 10 vos: suos **BV** ullum **B** 11 mendaci **B** 14 tiisti **B**; ne —  
 timuisti *l. 15 om.* **B** 17 tempestatum *omnes praeter* **B** 18 ne:  
 in **B** 19 maxime **BV** 20 latronii **B**; latroci **M**; latrocinii  
*bis* **P**; latrocinii latrocinii **S** raptorum: latronum raptorum  
**P**; latronum **S** repugna  $\equiv$  **M** 23 pereat populo **M** quod **M**  
 24 certe quo **M** ‘accidet **V** 25 faciet *ad* fortune **P**  
 faciatque fortuna quidem **S** 26 recedat: credat **B** refert  
**M** saltem nobis **V** salutem **BM** (*u del. m*) **J** 27 ita **V**  
 differemus **B** ferentes **V**

arma, et se in obsidionem civitatis inimicae sine dilectu  
 populus effundet. vastabo interim fines, hoc est, per aliena  
 prata pascar. si qua in villis deprehendero pecora, deri-  
 piam, bellum me alet. citius ad frumentum pervenimus  
 quam tu cum frumento redibis, adiuvabunt pugnantem  
 iusta sacramenta. si contigerit aecum fortunae iudicium,  
 non meos tantum commeatus recipiam, si minus, certe  
 dabitur bene mori. liceat et manum conserere, in aciem  
 confligere. condant se postea licet muris, in longius ob-  
 sidio eat, interim certe hostium potius cadaveribus vivemus. 1

Sed nulla vis fuit, nulla exterior iniuria, tuum certe  
 commeatum nemo rapuit. iure miseri sumus et ex stipu-  
 latu legati nostri perimus. vendidit quantum voluit, quanti  
 voluit et, ut hoc ad nostras accederet moras, fortasse diu  
 cocionatus est. omnis cum fide persoluta pecunia est. hoc 1  
 qui colligo? qui quanti voluit vendit, iudices, potest non  
 vendere. nam, per fidem, si rapere alienum frumentum  
 et possunt et volunt, quid ita duplam pecuniam solvunt?  
 nam quomodo in magna inopia quicquid emi potest, vile  
 est: ita, cum possis habere gratuitum, duplo carum est. 2  
 sed mihi credite, color iste patrocinii est et diu in saturo  
 otio cogitata defensio. non potest similis umquam fames  
 22 fuisse. nos grave huius anni sidus adflavit, nostrum hoc  
 fatum fuit quos non tantum sata sed etiam empta fallunt,  
 qui nostra pecunia, nostra classe, nostro legato, nostro 2  
 vento, felicissimo cursu commeatum tamen perdidimus.  
 nos a frumento longius sumus, ad illam civitatem potuit

---

1 delicto **V**; delectu **Mβ** 2 paraliena **BM** (vel per... **m**);  
 peralia **J** 3 villis (i in ras.) **M** diripiam **Vβσ** 4 per-  
 venimus — frumento l. 5 om. **V** 6 ista **BM** (vel usta **m**)  
 sic contingerit **B** aequum ω praeter **B** 7 comeatum **V**  
 9 in om. **βσ** opsidio **B** 12 comeatum **V** et sic saepius;  
 cum meatum **M** 14 ad nostras hoc **V** 15 cocionatus *Sal-*  
*masius*: concionatus ω 16 quid colligo **M** vult **VS**; uulit  
**P** post **B** 17 post vendere notam **K** add. **a**; cf. p. 239, 6  
 18 solvuntur **P** 22 usquam **Vβσ** 23 nostr<sup>v</sup><sub>m</sub> **B** 27 illa **B**

frequenter accedere negotiator, saepius adplicari onusta classis. itaque non misere legatos, nullus illis commeatus longius petendus fuit. quod felicissima annona, affluentibus copiis, fortunatis opibus contigit, nihil emerunt, nisi de-  
 5 vectum. quare nulla causa istius quem fingis, metus fuit, nulla utique vis. forum legisti, et quia adhuc supererat tempus, obiter negotiatus es.

'Rapturos putavi.' quid dicis, scelerate? et cum hoc timeres, adplicabas? onustus viator aput latrones hospitaris? commeatum publicum in scopulos annonae inpingis? et plenae frumento classis ancoras ad famem ducis? non praecidis medium mare? non velut inhospitales Syrtes aut voracem Charybdim praeterveheris? tota in fugam vela torquebis? nusquam est periculosius legationis tuae nau-  
 15 fragium. tu, ut cogi posset, tu, ut auferri frumentum posset, effecisti. tantum habituri sumus quantum reliquerit pudor esurientium. quid te duplo frumentum iactas vendidisse? potuerunt nihil solvere. quid refers? alienum beneficium est.

Alterum confingitur hoc loco mendacium. 'tempestate',  
 20 inquit, 'appulsus sum.' ita plane: infelix navigator es et 23  
 cuius votis aurae non respondeant. nescimus, te duplo melius navigasse quam speraveramus? nescimus singulis commeatibus bina itinera confecta? nescimus in una le-  
 25 gatione ventos quater secundos? sat erat verbo negare quod verbo ponitur. remove hanc spem eludendae men-

classis  
 1 honusta navis V adplicari *ex* -placari B 3 affluentibus omnes praeter B 4 apibus BV 6 utsq; M; itaque ꝑ superaret σ 7 es B post es *add. notam* K α 9 honustus victor V 10 inpingis (signum interrogationis er.) V 11 famen B 12 syrtis BV 13 caripidim B; caribdim VP; caribdim (2 litt. er.) M totam BM; non tota ε 14 torquebas M est om. M 15 cogi posses γ 16 posset frumentum V 18 quid: quod ε; quicquid Dess. 21 apulsus B  
 23 speramus B 24 confesta B; confrecta P in una legatione om. V 25 q̄t̄ M

dacio civitatis. quo damno probas tempestatem? quid amisisti? frumentum certe totum venit in portum, nec laborasti. tanquam nimium onustas naves simulaveris, duplum adferre poterant. non vexata armamenta turbatosque funes aut scissos velorum sinus quereris: classis statim exiit et, quod magnum integrae signum est, cito redit. 5

Porro tempestas in unum agebat angulum, nihil potuerunt obliquata vela deflectere. non potes ultra procedere: citra applica. effuge raptores, effuge non dimissuros. si aliud fieri non potest, cum tempestate decide, naufragio 10 in desertum litus inpinge. quid devitata procella prodest? quid subducta nubibus nimis classis? in portu naufragium fecimus et frumentum ad ancoras perdidimus.

'Ego vero', inquit, 'attuli, et quidem duplum.' o nos felices, rumpamus saturitate praecordia, pascamur in praeteritum et famem cruditate pensemus. frumentum attulisti. quid? quod medicina mortuorum sera est? quid? quod nemo aquas infundet in cinerem? quid? quod extincto populo etiam novendialis tarde venit? quid? quod iam ego frumentum non desidero? naufrago tabulam abstulisti, mortuo adplicas navem. duplum est: infunde in sepulcra et admetire tumulis. ibi sunt qui mandaverunt. quid aliud effecisti adferendo frumentum quam ut nos quod adhuc fecimus, paeniteret? nunc me magis pudet, 24 nunc cibos meos obiurgo, potui heri non comedisse. o 25 nefas, in quo me scelere commeatu deprehendet? siccine

12 *cf.* HIER. adv. Ioh. Hieros. 37 (p. 447) in portu, ut dicimus, naufragium.

civitatis  
1 veritatis V quo damno: quod anno M 3 quamquam ε honustas V ≡ naves B (2 *litt. er.*) 5 classus B  
6 exii P 8 potest B 10 decede β 11 littus P 12 minus V in portum J 13 anchoras Vβ 14 onus M, vel

o nos... m 15 saturitatem B; saturitate M 16 crudelitate BMσ 18 quid: qui id P quod ≡ B extincto: extincto: ex  
in ras. P 20 ego iam V frumentum om. β naufragio M

26 deprehenderent σ; -et V

paria fecimus? adhuc nihil habuimus, sed nunc licet reponamus. quis autem umquam pensabit necessaria super-  
vacuis? duplum attulisti, sed illis qui perierunt, nihil.  
sed non possumus iam non fecisse quod fecimus, et ple-  
5 rumque sera pro nullis sunt, et temporum ista momentis  
aut pretiosa fiunt aut vilia. vis scire quantum inter hoc  
tempus et illud intersit? tempta igitur forum tuum, to-  
tum hoc non potes dimidio vendere.

Superest adhuc unum patrociniū, in quo spes omnis  
10 profligatae causae consistat. 'ad diem veni.' state hic  
certe, iudices; nam ferri non potest, exundat altius dolor.  
pudorem publicum quamvis proiectum et iam olim sepul-  
tum hucusque protrahis? cur non expectavimus? cur  
famem non ad constitutum distulimus? cur ad tantum  
15 nefas accessimus? in hac lance publica causa, iudices,  
pendet: aut iste tarde fecit aut nos cito. hoc videlicet  
expectasti et, ne captiosum esset officio tuo maturius re-  
disse, ex industria tempus trivisti. non tempestas in causa  
fuit, non vis ulla vicinae civitatis. una ratione moratus  
20 es, nondum erat tempus. adeone nobis miseriae publicae  
exciderunt? adeo insperato frumento obstipuimus, ut haec  
audienda sint? ultimum omnis memoriae reum una vox  
innocentem facit? populatorem eversoremque civitatis nisi  
ad supremum damnabo, absolvatur. publicus reus redit.  
25 'Illum', respondit, 'diem dedimus.' tu tamen, si inter- 25  
pellatus tempestatibus serius venisses, excusares mare et  
ambiguos flatus et tibi bonam causam habere videreris.

2 superba quis *BV* 4 possum *B* et *Klotz*: sed *ω*  
5 et: sed *Obr.* 10 fligatae *B*, con *supr.* *ō* stare hoc *BV*  
11 certe *om.* *β* ferre *β* extundat *B* 13 hunc usque *B*  
14 tantam *β* 16 istarde *B*, te *supr.* *ō* facit *V* vide-  
licet: iudices *βII*; iudt *M* (t *videtur add. m*) 17 esse *B*  
18 trivis<sup>≡</sup>ti (se *videtur er.*) *V* 19 rationis *B*, *corr.* *ō*  
20 adeone — exciderunt *om.* *BM* (*add. m*) 21 obstupuimus *ω*  
*praeter B* 22 ad ultimum *M* memoriae: memoria est *M*  
(vel sic ultimum omnis memoriae . . . . facit *supr. m*) 24 reddit  
*B*; rediit *Mβσ* 25 respondet *Mβσ* 26 venisse *β* mare<sup>≡</sup>  
(s *er.*) *M*

cum diceres: 'ante non potui.' et nos hoc cogitavimus, his casibus ampliavimus tempus. nos illum tibi diem dedimus; sed quia illud citius emisti quam speravimus, supra votum nostrum navigasti, ad proximum litus mature classis adplicata est. ego tibi possum satis irasci? felicitatem nostram perdidisti. ergo, quantum in te, tempus consumptum est, dies excessit, peius pati nihil possumus sed pessima diu patimur. inputas nobis propitios ventos et secundum mare et civitatis opulentiae liberalitatem quae tantum frumenti vendidit quantum duobus populis satis esset. quantumlibet velocitate tua glorieris, computa, si placet, quando primum conterminos portus onusta classeprehenderis, quam tarde a vicina civitate venisti.

At etiam, si dis placet, animo defenditur et quam causam vexandae civitatis habuerit, quaerit. istud ego interrogare debueram. non ubique, iudices, morandum est: alioquin, si quid requirere vellem, multa occurrissent. solent enim negotiatores praeter haec aperta pretia privatum aliquid ac proprium stipulari utique, cum alienam rem vendunt. potest fieri, ut primo lucrari voluerit pretium, serius deinde subvenerit reddendae rationis dicendaeque causae cogitatio. veniit fortasse frumentum lucro, redemptum est patrociniis. potest fieri, ut aliquam gratiam speraverit a civitate servata, occulta quaedam in civitate

1 diceris **B**; dixeris **V** 2 his: hic  $\beta$  non **V** 3 quia: q; ad **B**; quia ad **V**; q̄ad **M** (*corr. m*) 6 ergo tantum quantum **V** 10 tantum: tum **B** quantum licet **BM** 11 glorieris *ex* -aris **B** 12 quando: q̄n  $\beta$  conterminatos **J** partus **B** honusta **V** 13 condeprehenderis **B**; comprehenderis **M** $\beta$  $\sigma$  14 at: aut **B** displicet **M**, vel diis placet **m**; displiceat **J** quam: quod **P** 15 ergo **V** 18 enim *scripsi*:  
precia  
in **B**; hi **VM**; hii  $\beta$  negotia **V** 19 stipulari: -pulari *in* *corr. B* 20 lucris **M**, ra *supr. m* voluerint **VJ** 21 reddendae devoluerint rationis **B**; reddendae voluerit rationis (*m supr.* vel voluerit vel volvo) **M** 22 cogitationes **M** lucro frumentum **M** redempto **BV** $\beta$ **J** (-o *ex* -a **B**) 23 patrociniis **M** 24 in *om. B*

sua odia quae plerumque ex inanibus causis oboriuntur, habuerit.

Multa succurrunt, sed, si qua est, iudices, dicenti fides, 26  
ego nihil invidiosius reputeo, quam quod civitatem suam  
5 sine causa perdidit.

Quaecunque ratio, quodcunque propositum fuit, audi  
quae passi sumus, postquam redire potuisti. transeo tor-  
menta nostrae inopiae, maciem corporis, vulsos terra de-  
strictosque ramis cibos, quod aris altaria non inposuimus,  
10 quod populus corporibus suis vias stravit, quod mendicus  
quem rogaret, non habuit. non obiciam tibi famem. o  
tristis recordatio! o tormentis omnibus conscientia gravior!  
rumpe ferreum pectus et ardentia scelera viventisque intus  
epulas excute. luctantur intra viscera animae et uterum  
15 funeribus gravidum in os agunt. credibiles fabulas fecimus,  
felices miserias, scelera innocentia. omnes quascunque  
clades fama vulgavit, solacia hinc petant, hinc audient  
occisos sine sanguine, sepultos sine ignibus cibos. si quis  
mentitus est Cyclophas, Laestrygonas, Sphingas aut inguini-  
20 bus virginis latratum Siciliae litus et quaecunque miser  
didici domi — comites quaero — hinc argumentum, hinc  
fidem accipiant. quaedam plane falsa sunt: sol in ortus  
non occidit nec ad humanorum viscerum epulas diem  
vertit. vidit nos funeribus pastos et ad eviscerata cor-  
25 pora inluxit. publice monstra commissa sunt, et inexpiabile  
nefas uno ore civitas fecit. poenis nostris iam ne  
fames quidem satis est. hoc non omnes ferae faciunt, et

1 ex manibus *M. corr. m* aboriuntur *B* 3 dicendi *Vσ*  
4 invidiosus *M, corr. m* quod *om. BV* 8 districtosque *V*  
9 altariae *B*; altaribus *M*; *om. σ* 10 suis *om. β* 13 viven-  
tesque *βσ* 14 epulas *e in ras. M* discute *σ* lutantur *B*  
17 vulgavit solatia: -uit solatia *in ras. V* 18 occi-  
ciosos *B*; ociosos *P* inguinibus *M, corr. m* cibos *om. V* 19 ciclophas  
*Vβ*; cyclophas *H* lestrhrygonas *B*; lestrygonas *reliqui* sphyg-  
*P*; psyngas *S*; spingas *H* 20 Siciliae: suciae *M, corr. m*  
ad quaecunque *Sch.* 21 quaere *B*; quaeret *M* margu-  
mentum *B* (*m del. b*; in argumentum *M* 22 ortis *Pσ*; ortu  
suo *ε* 24 funeribus *Bu.*: vulneribus *ω* pastas *Hi* 26 nec *M*

quamvis sensu careant muta animalia, pleraque tamen  
 27 innocentibus cibus vescuntur, uti quaeque consuerunt. inter  
 homines etiam si qua alienis membris inprimunt dentem,  
 mutuo tamen laniatu abstinēt, nec est ulla supra terras  
 adeo rabiosa belua cui non imago sua sancta sit. nos 5  
 quibus divina providentia mitiores cibos concessit, quibus  
 sociare populos, mutuo gaudere comitatu, sidera oculis  
 animisque cernere datum est, visa non ante nos fecimus:  
 nigros fame dentes pallidis cadaveribus inpressimus et inter  
 horrorem ac famem restrictis labris morsus abrumpimus. 10  
 cadavera rogis devoluta sunt, et ad funera, tamquam ad  
 naves, concurrimus. deficit aliquis extremo iam spiritu  
 pendens, tamen durat, quia prius moriturum alterum putat:  
 invicem expectant, et, si spei figuratione tardius cadet,  
 morsibus pugnat. non in omnibus mortes expectantur, 15  
 pater liberos esurit, et oppressa decimo mense mater sibi  
 parit, redit in uterum laceratus infans. cludunt domos,  
 ne quis funus eripiat. solae sunt divitiae mortium velut  
 infaustae aves supra expirantes stamus. secreta miseri  
 petunt, in solitudinem fugiunt, et ubi nulla spes vitae 20  
 superest, mortes suas abscondunt: iam morituri ad feras  
 confugiunt.

28 Dehisce, terra, et hanc noxiam civitatem, si hoc saltem  
 fas est, haustu aliquo ad inferos conde. caelestes  
 auras contaminato spiritu polluimus et sideribus ac diei 25  
 graves invidiam saeculo facimus. nullas iam spero fruges,  
 propitios deos non mereor. quomodo me a scelere meo  
 divellerem? in quas ultimas terras, quae inhospitalia maria

1 multa **B** tamentē **B** 6 concessit — populos *l* 7  
*om. M, infra ultimo versu add. m* 8 visa non ante nos  $\sigma$ :  
 vis annos **BVP** $\sigma$ ; <sup>OR</sup>  $\cdot$  *u* (*= quattuor; or supr. m*) annos **M**; vis  
 agnos annos **S** 10 hoc rorem **B** restrictis **V** abrumpi-  
 mus **S** $\sigma$  11 cadavera *ex -ri M* 15 expectant  $\equiv$  **B**; expect-  
 tantu **P** 16 decimo mense: decimse **B**; o *in ras. M* 19 ex-  
 pirantes  $\sigma$ : aspirantes  $\alpha$ ; spirantes  $\beta\gamma$  20 et — confugiunt  
*l. 22 om. B* 21 mortis **V** 24 hausti  $\beta$  25 aures **BM** $\beta$ **J**  
 27 ab **M** scelere: scelo **P**



conderem? meum sine conscientia urunt animum intus  
 scelerum faces, et, quotiens facta reputavi, flagella mentis  
 sonant. ultrices video furias, et, in quamcumque me par-  
 tem converti, occurrunt umbrae meorum. habitat nescio  
 5 quae in pectore meo poena, et ne morte saltim hos metus  
 effugiam, occupant gravia apud inferos supplicia, volueris  
 rota et fugacibus cibus elusus senex. adeo ne apud in-  
 feros quidem ulla poena est fame maior; et ille haec pa-  
 titur qui hominem apposuit epulandum. nobis imminet  
 10 saxum, nobis stridunt ferreae turres, nostris causis urna  
 iam stetit, nobis vivax ipsum crescit iecur, quia illic quo-  
 que viscera tantum aves laniant. excipiunt nos in pro-  
 ximo litore inhumatae nostrorum animae. miserum me,  
 verane haec sunt, an mens aspicit? laceros video manes  
 15 et truncas partibus suis umbras. quid hoc est? non de  
 sepulcris insurgunt, non aliquo terrarum haustu procedunt  
 umbrae nostrorum: de populo exeunt. illuc ite, illi taedas  
 intendite, illum anguibus petite et tam longae morae ex-  
 igite rationem. vobis dicat: 'duplum attuli.' vobis dicat:  
 20 'ad diem veni.' ego, si huius poenam videro, possum  
 reddere rationem, quod vixi.

1 sane  $\epsilon$  urānimum **B** 2 reputo **M** 3 quacumque  
**B** partem me **V** me om.  $\beta$  patrem **B**. corr. **b** 4 con-  
 verto **V** 5 qua **BV**  $\equiv$  pectore (s. er.) **M** mea  $\beta$  saltim  
**M** $\beta$  $\sigma$  6 ante supplicia *ras.* 12—16 *litt.* **M** 7 fugātibus **B**  
 clusus **M** senex: x in correctura **b** adeo: non audeo **BV**  
 9 hec ominem **B**; et hominem **V** apposuit diis epulandum **M**  
 10 strident **V** nostri **B $\beta$  12 laniant aves **V** ave **B**, s  
*supr.* **b** 13 inhumatum  $\beta$  14 mēs<sup>n</sup> **B** 15 tuncas **V**  
 num de **P** 16 austu **B**, h *supr.* **b**; hiatu  $\epsilon$  17 non de  
 populo **S**; num de p. **P** 18 incendite **V** ungibus **V**  
 19 duplum — dicet om. **V** 20 video  $\beta$**

*subscriptio in B deest* **M. FABII Q<sup>1</sup>NTILIANI CADAVE-**  
**RIS PASTI. EXPLIC̄. INCIP̄ APES PAVPERIS** **V** **EXPLIC̄**  
**CADAUERIS PASTI. ĪCIP̄ ARḠ** (*minio picta*) **M** **Explicit**  
 cadaveris pasti Incipit gladiator **P** **Feliciter explicit cada-**  
 veris pasti. Incipit gladiator **S**

## XIII.

## APES PAVPERIS.

DAMNI PER INIVRIAM DATI SIT ACTIO. Pauper et dives in agro vicini erant iunctis hortulis. habebat dives in horto flores, pauper apes. questus est dives flores suos decerpi ab apibus pauperis. denuntiavit, ut transferret. illo non transferente flores suos veneno sparsit. apes pauperis omnes perierunt. reus est dives damni iniuria dati.

1 Credo ego, iudices, plerosque mirari, quod homo tenuis, etiam ante quam quod habebam, perdidit, pauper, ausus sim iudicio lacessere divitem utique vicinum eumque notae inpotentiae, expertae crudelitatis, in tantis fortunae viribus perniciosum inimicum, etiam si venena non habeat. neque hoc ipse periculum ignoro expertus non levi documento quanti steterit mihi quod semel inperata non feci. sed neque illud, iudices, damnum tolerabile est pauperi,

2 PS. HIER. ad Praesidium de cereo paschali 11, 2 (p. 210 B): puto te Quintiliani controversiae recordari in qua pauper causatur dolens ob interitum apum flores ab impotentissimo divite venenatos.

titulum *om.* **B** 3 damni — actio *om.* **S** post actio *add.* viridi colore argumentum **P** data **B**; dati *ex* data **M** fit **Mσ** accio **B** 7 suo **P** 9 post dati *add.* EXPĒ ARG. ÎCIPIT de APIB; VENENO ASP̄SIS 7 SIC OCCISIS LIBER  
in marg. CAVSA XIII<sup>a</sup> omnia minio picta **M**; PAVPER **P** minio pictum.

10 quod: quo **P** 12 sum **V** undique vicinum *Sch.* eumque: cumque **P** 13 nocte (c. *er.*) **M**; nocte **S** 15 ipse hoc **Vβσ** 16 quanto **V** quod *om.* **H** 17 iudicium β damnum *om.* σ

cum tam parvis etiam divites moveantur, et mihi, quamquam prope nihil iam relictum est quod perderem, si tamen ista impune sustinenda sint, solacium erit iram potius quam contemptum pati. nec sane vitae causa iam superest, si ad ceteras humilitatis nostrae contumelias hoc quoque accedat, ut, si habemus aliquid, migrandum sit, si perdidimus, tacendum. unum oro, ne cui minor dignitate vestra videatur causa litis meae. ante omnia enim non debetis expectare, ubi pauper magna perdiderim: sed quantum est quod abstulerit mihi dives, minus est quod reliquit. et tamen quis indignatur apes formula vindicari, cum venenis etiam flosculi vindicentur? quae tamen, iudices, quanquam eversus et ab omni spe tuendae paupertatis exclusus, aequiore animo omnia tolerarem, si cuius mihi conscius culpa<sup>e</sup> etiamsi iniustam poenam, meritam tamen iram tulissem. sed circumspectanti omnia nihil mihi obici potest a divite, nisi quod vicinus sum.

Est mihi paternus, iudices, agellus, sane angustus et pauper, non vitibus consitus, non frumentis ferax, non pascuis laetus, ieiunae modo glebae atque humilis thymi, et non late pauperi casae circumiecta possessio. verum mihi vel hoc fuit gratissima quod non fuit digna quam dives concupisceret. in hoc ego vitae meae secreto remotus a tumultu civitatis ignobile aevum agere procul ab ambitu et omni maioris fortunae cupiditate constitui et, dum molesta lege naturae transiret aetas, vitam fallere. hoc mihi parvulum terrae et humilis tugurii rusticum culmen aequitas animi regna fecerat, satisque divitiarum

1 moveantur (n er.) *M* 7 dignate *BM*, it *supr BM*  
 8 vestra; a *in ras.* *M* 9 ubi: ut *ε* 11 etamen *B* formulam *B*; formula hac *M* 12 venis *V* etiam: et *P*, corr. *p*  
 quae *scripsi*: quod *ω* (quod tamen = attamen *Dess.*) 13 pe  
*M*, s *supr. m* 14 omnia *om. β* 18 agillus sine *B*, corr. *b*  
 19 frumenti *σ* 21 pauperis *M* 22 haec *Gr.* 23 dives:  
 pauper *V* ergo *V* mae *B* 24 a tumultu *B* 25 constitui *B*  
 26 vitas *B* 27 tuguriis *B*, s *del. b* 28 facerat *P*

erat nihil amplius velle. quid prodest? sic quoque me latentem invenit invidia. nec ab initio, iudices, vicinus divitis fui, pares circa me habitavere domini, et frequentibus villis concors vicinia parvos limites coluit. quod cives pascebat, nunc divitis unius hortus. postquam proximos quosque revellendo terminos ager locupletis latius inundavit: aequatae solo villae et excisa pagorum sacra et cum coniugibus parvisque liberis respectantes patrium larem migraverunt veteres coloni, et latae solitudinis indiscreta unitas facta est, postquam ad apes meas divitis fundus accessit. namque ego, iudices, dum fortius opus permisit aetas, terram manibus subegi et difficultatem labore perdomui et invito solo nonnihil tamen fecunditatis expressi. cito labitur dies, et proclivis in prorum fertur aetas: abiere vires, census meus, defectoque labore senectus, magna pars mortis, nihil mihi reliquit nisi diligentiam. circumspicienti quod conveniret opus invalidae senectutis curae, succurrebat sequi pecora, fetuque placidi gregis paupertatem tueri; sed ex omni parte circumiectus divitis ager vix tenuem ad gressus meos semitam dabat. quid agimus? inquam. undique vallo divitiarum clusi sumus. hinc hortuli locupletis, hinc arva, inde vineta, hinc saltus, nullus terrae datur exitus. quaeramus animal quod volet. nam quid apibus invenit uatura praestantius? parcae, fideles, laboriosae. o animal simile pauperibus! et

1 HIER. quaest. Hebr. praef.: me quoque procul ab urbibus, foro, litibus, turbis remotum sic quoque, ut Quintilianus ait, latentem invenit invidia. HIER. vita St. Malchi 6 (44) sic quoque me latentem invenit invidia.

2 ante iudices *er. di V* 5 unius *M*: hunus (*h del. b*) *B*;  
 unus *reliqui* ortus *BM* 6 quoque *M* revelendo *B*  
 (1 *supr. b*) agere *P*; ag' *S* 7 aequato *M* pagorum *scripsi*:  
 pacor *BV*; paria *M*, t *supr. m*; patria *βσ*; pago *Dess.* 12 <sup>dif</sup> ~~fi~~-  
 cultatem (*dif supr. b*) *B* 17 circumspicienti *P* cum venerit  
 cūeniret *P* 19 paupertatē (~ *er.*) *B* 20 vix: iuxta *BM*  
 21 clausi *V* 22 ortuli *P* 23 hic saltus *B*, n *supr. b*  
 24 volet — quid *om. S* 25 o *om. B*

sane dabat occasionem mihi opportunitas hortuli mei. est  
namque positus ad ortus solis hiberni apricus, omnibus  
ventis medius. fusus ex proximo fonte rivus trepidantibus  
inter radiantes calculos aquis utrimque ripa virente prae-  
5 terfluit. satis consiti flores et viridis quamvis paucarum  
arborum coma, nascentibus populis prima sedes, unde ego  
frequenter consertum novae iuventutis agmen ramo gra-  
vescente suscepi. nec me tanta capiebat voluptas, quod  
fluentia ceris mella conderem, quod ad sustinendas pauper-  
10 tatis impensas deferrem in urbem, quod divites emerent  
quam quod adversus omnia lassae taedia aetatis habebam  
senex quod agerem. iuvabat aut lenta vimina vernis  
foetibus texere, ne vel aestivus ardor aut hiberna vis gra-  
vidam penetraret alvum, hiantis rimas tenaci linire fimo  
15 aut fessis apibus ultro praebere mella aut fugiens examen  
aere terrere aut bella sedare pulveris iactu, tum, ne quid  
periculi saltem singulis esset, avidas longe fugare volucres  
et arcere parva dictu animalia, reclusas interim scrutari  
apium domos, ne per vacuas alvos foeda pestis insidiosas  
20 texeret plagas.

Dederam laboribus meis iustam senex missionem, ha- 4  
bebam quae pro me opus facerent. quo non penetras,  
livor improbe? quidve scabrae malignitati clausum est?  
invidit pauperi dives. cum evocasset me subito trepidum  
25 totoque fortunae suae strepitu circumstetisset: 'quid tu',  
inquit, 'non potes inperare apibus tuis intra privatum

1 ortuli *P*      2 hortus *B*      solis hiberni *in ras. B*  
a  
apricus *B*; et apricus *VM*      3 ex: et *B*; e *VM*; *om. σ*  
proximus *Bσ*      4 callulos *P*      virente ripa *M*, *transp. m*  
6 ergo *B*      9 conderem *P*      10 deferrem *V*; differrem  
*H*; differam *J*      11 lassae et taedia *M*      habeam *P*  
12 vimina — ne *l. 13 om. S*      13 texere: -xere *in ras. B*      ne  
vel *Sch.*: ne *om. BV*; vel *om. Mσσ*      arbor *P*      aut: ad *B*      vis  
grandinis *J*      14 hiantes *σσ*      linere *Mσσ*      16 terrere:  
trāere *B*      iactu: u *ex corr. M*      19 vacua saluos (*s prius*  
*er.*) *M*      phoeda *BM*, *corr. BM*      insidiosas *B*      25 qui tu *M*  
26 ut intra *V*

volent? ne hortorum meorum floribus insidant? ne in meo rorem legant? remove, transfer.' inpotentissime tyranne, quo? numquid tam latum possideo agellum, ut illum apes transvolare non possint? neque tamen tantum inerat pectori meo robur, ut non perturbarer denuntiatione notae inpotentiae. volui relinquere avitos lares et conscios natalium parietes et ipsam nutriculam casam iamque pauperem focum et fumosa tecta et consitas meis manibus arbusculas destinatus exsul omittere decreveram. volui, iudices, decedere, volui; sed nullum potui invenire agellum, in quo non mihi vicinus dives esset.

Nec tamen licuit diu quaerere. forte serenus pura luce fulserat dies, et hilaris matutini solis tepor ad cotidiana opera laetius solito agmen effuderat. quin ipse spectator operis, — praecipua namque haec mihi voluptas erat, — processeram sperans fore, ut viderem quemadmodum aliae libratae pinnis onera conferrent, aliae deposita sarcina in novas prorumperent praedas, et, quamquam angusto festinaretur aditu, turba tamen exeuntium non obstaret intrantibus, aliae militaribus castris pellerent vulgus ignavum, aliae longum permensae iter fatigatae anhelitum traherent, haec ad aestivum solem porrectas panderet pinnas.

5 Miserum me, ignoscite modo gemitibus meis, non flosculos perdididi nec caduca folia proximo lapsura vento: apes, cum volarent, suffugium tenuitatis meae, solacium senectutis amisi. nunquam me alias pauperem putavi.

1 volet **B**, n *supr.* **b** insideant: (e ex i) **B**; insidiant **V**;  
 insidiant (i *er.*) **M** me<sup>o</sup> **B** 2 legant **V** 3 quoquo **P**,  
 corr. **p** tam: iam **B** angulum **BM** (corr. **b**) 4 neque enim  
 tamen **V** 6 volu<sup>i</sup> **B** 7 causam **B**, corr. **b** 8 arbusculas  
 transferre destinatus **ε** 9 omittere *om.* **ασ** 10 volui de-  
 cedere iudices **S** 14 effuderet **P**, corr. **p** 16 processerant  
**BM** 17 et 23 pennis **ω** praeter **B** ubi corr. **b** honera **V**  
 20 pellere **BV** 25 proxima **B** 26 apes: apisci **K B**; aspexi  
**K V**; apes cum **H** effugium **Bσ**

triste me excepit expectatque silentium et inanis alvei inchoata tantum opera et rudes cerae. vos, iudices, aestimate, quatenus recipiatis hunc adfectum meum. libenter bibissem, si invenissem, venenum. hoc mihi damnum non  
 5 brumae glacialis penetrabilis rigor, non suppressi longa siti flores induxerunt ieiunam miseris famem, non aviditas iniusta domini nihil mellis reservavit, non aequalis fessas morbus invasit, non damnatis sedibus suis avias fuga petiere silvas. apes pauper miser in opere perdidit.

10 Paravit homo nefarius ante omnia tantum veneni quod posset et divitis hortis satis esse, et linivit flores maleficis sucis et in venenum mella convertit. sparsit omnibus floribus mortem, et quanto plura interim corrumpit quam quae apes abstulissent? illae studio cotidiani operis ex  
 15 citatae, ut primum aurora lucem vocavit, in adsueta miserae pascua volant, ut ante quam noctis umorem radii solis ebiberent, matutinos legerent rores et caelestis aquas ad horreum ferre possent nec sibi, sed operi biberent. hic triste spectaculum, et tantum non ipsi qui fecerat, 6  
 20 miserandum. illa ad primum feralis suci haustum insolito consternata gustu fugit, sed fugisse nihil prodest. illa longiores expetitura pastus in altum tollitur vitamque in aura relinquit. haec primo statim flosculo inmoritur. illa rigescentibus morte pedibus exanimis, sicut haeserat, pendet.  
 25 alia defecta nisu volandi adhuc per terram languide repit. si quas tamen usque ad sedem suam distulit mors lentior, sicut aegrae solent sub ipsis pendere portis, in globum

1 tristi *M*, corr. *m* expectatque *om.* *Vσ*; que *om.* *B*  
 6 indixerunt *V* 7 reservantis *MS*5; reservatis *P*; reservantis dedit *Gr.*; reservantis paravit *Dess.* 9 in opere *om.* *V*  
 10 veneni in lacuna 7—8 *litt. om.* *P* 11 et ante divitis *om.* *V*

ortus *P* flores -- omnibus *l.* 12 *om.* *B*, in marg. add. *b* 12 sucis *M* *¶* in *V* sparsit *ex* spasit *V* 13 corrumpit *MPσ* 14 illa *B*; ille *M* 17 ibiberent *B* matinos *B* flores *V* et *om.* 3 caelestes *Pσ* 18 orreum *P* possint *B* (corr. *b*) *V* 19 fecerant *V* 20 succi *ω* (corr. *b*) 23 reliquit *J* 23 *¶* rigescentibus (*ri er.*) *V* 24 exanans *B* 25 defacta *B*, corr. *b* repit: repperit *J* 26 unusque *B*; usque sed *s in ras.* (*ex un?*) *M* 27 aegri *BV*

nexas et mutuo amplexas mors sola divisit. quis figurare possit, quis dicere quam multas mali formas, quam varia leti genera fecerint tot mortes? semel, ut ipse tristem finiam expositionem, dicendum est, omnes perdidit. celebre illud alvearium et domino suo notius ad nihilum recidit. 5

Audete nunc lacessere divitem quibus vitae causa superest: exerite libertatem fortibus verbis, si quid offenderit: <habet> et, quod difficillimum fuit, iam expertus est venenum. quod si mihi fortuna vel ingenii vires vel suas dedisset, crimen istud non privatam taxationem formulae 10 merebatur. venenum leges habere, emere, nosse denique vetant, inevitabilem pestem occulta fraude grassantem. male haeret ibi innocentia, ubi in potestate est secretum scelus, velut venenum, et quidem praesentaneum, inventum, compositum, datum est. quantum interest quis 15 biberit? homo dedit, et homini dari potest. non adeo desunt odiorum causae, ut iam rara simultas sit; et, ut videatur aliquis nihil magis quam malos odisse, libebit aliquando longius manum porrigere et indulgere animis. credite mihi, iudices, difficilius est venenum invenire quam 20 inimicum.

7 Sed me conscia mediocritatis infirmitas intra meas tantummodo continet querelas. nam damnum, id est, iudices, gravissimum pauper vulnus accepi; quod mihi diutius defendendum apud vos quam probandum est. nam coarguen- 25 dum quidem criminibus quis labor est adversus confitentem? habent divites hoc quoque contra nos contumeliosum,

3 tristes **B** 4 finiam: num **B**; om. **M**, add. **m** 5 alvearium **B**; alveasium **P** 6 causam **M** 7 exercite **B** offenderit: id quod *Sch.* 8 habet add. *Dess. p. 90*: om.  $\omega$  10 privata **BV** taxationem  $\gamma$ : extationem **BV** $\beta\sigma$ ; actionem **M**; expes  
actionem  $\gamma$  12 tem **B** 13 potestatem  $\beta$  14 et quidem **B**, t del.  $\delta$  15 datum om. **P** 16 dederit **BM**  
18 malo **M**, s *supr. m* libebis  $\beta$  19 et om. **J** 20 est om. **B** 22 mediotrinitatis **B**, corr.  $\delta$  me has **V** 23 querellas **B**, l del.  $\delta$  24 gravissimus **BM** (corr. **m**) 25 coarguendi **M**; -is  $\epsilon$  26 quis: s *in ras.* 2 *litt. M*



quod non tanti videmur, ut negent. porro qui confessum defendit, non absolutionem sceleris petit sed licentiam. longius ista quam timui, quaestio pervenit. non de praeterito tantum litigamus: hoc agitur, ut etiam si quid forte  
5 reparavero, iterum diviti liceat occidere.

In duas enim, quantum animadvertere potui, quaestiones dividit causam: an damnum sit, et an iniuria datum. negat esse damnum, quod animal liberum et volucre et vagum et extra imperia positum perdiderit. negat iniuria  
10 datum, quod in privato suo, quod eas quae sibi nocerent, extinxerit, postremo, quod sparso tantum per flores veneno ipsae apes ultro ad mortem venerint.

Ut nihil esset quod his possem respondere, aecum erat inter vicinos sic agi?

15 Sed excutiam singula, nec prius meis argumentis nitar quam diversa reppulero, quoniam quidem quaeritur, an damnum sit perdere quod lucrum est habere.

Liberum est animal, puta: non dico fetus meis mani- 8  
bus exceptos et in tutam conditos sedem et reservatis ad  
20 supplementa generis favis examen vernaculum, quoniam quidem tyrannorum iura defendis, natos in privato meo. puta me vel inanis arboris trunco vel cavis inventos petris domum favos retulisse: multa nihilominus quae libera fuerant, transeunt in ius occupantium sicut venatio et  
25 aucupatio. nam ut cetera animalia hominum causa finxerit providentia quod omnibus nascitur, industriae praemium est.

1 ut *om.* **P** 2 sceleris *ex* -es **M** 3 de *om.* **V** 5 reparavero  $\varepsilon$ : praeparavero  $\omega$  6 anima vertere **B**, d *supr.* **b**  
7 sit *om.* **V** damnum **P** an et  $\beta$  iniuria **V** 8 librum **P**  
11 extinxerit  $\Xi$  (n *er.*) **M** 13 aecu **B**, quū *supr.* **b**; aequum *reliqui*  
14 agi sed: egisse **V** 19 excepto<sup>s</sup> **B** sed in **BV**  
20 suplementa **BM** (*corr. m*) 21 defendis  $\beta$ : -es *ad* 22 trūco **B** pecris **P** 23 reculisse **P** nihil hominus **B** 24 fuerāt **B**  
25 finxerit  $\Xi$  **M** 26 omnibus *ex* ominibus **B**; hominibus **V**  
industre:  $\dot{\iota}$  in *ras.* **M**

Quid autem non liberum natura genuit? taceo de servis quos bellorum iniquitas in praedam victoribus dedit, isdem legibus, eadem forma, eadem necessitate natos. ex eodem caelo spiritum trahunt, nec natura vilis sed fortuna dominum dedit. cur infrenatis equis victor insidet? 5 cur iniusto cotidie iugo bouum colla deterimus? cur in usum vestium saepe pecori lanae detrahuntur? taceo de sanguine et epulis per mortem paratis. si omnia quae libera generantur, naturae reddemus, desinitis divites esse. si vero haec condicio est, ut quicquid ex his animalibus 10 in usum hominis cessit, proprium sit habentis, profecto quicquid iure possidetur, iniuria aufertur ut volucres mutae et aliae quae per rusticas villas quaeque ditibus cellis saginantur, in quibus tamen domini ambigua possessio est, et vaccae et armenta et omne pecudum genus. 15

9 Sed illa inpositus cohibet magister. peiusne domino in his ius est quibus custode non opus est? nam si hoc dicitis, nihil esse nostrum quod perire possit, ex nullius animalis damno haec edi formula potest. nam et errare pecudes solent et fugere mancipia. si hoc in ceteris non 20 obstat, vagari tu nolles <apes>, in opus exire et ad cotidianum censum laboris adsidui non detractare militiam? at nonne ipsae domum sua sponte revolant finemque laboris sui sole metiuntur, et omnis intra solitas domos

1 autem: ante  $\beta$  3 hisdem  $V$  post natos habent  $\omega$   
 cur — insidet  $l. 5$ ;  $\mathfrak{b}$  signo ordinem verborum correxit; ordinem  
 genuinam servavit *Andegavensis* 4 vilis: illis  $\epsilon$  5 cf.  $l. 3$   
 aequis  $B$ , corr.  $\mathfrak{b}$  insidit  $VM$ ; insidis  $\beta$  6 bouum  $B$ , corr.  $\mathfrak{b}$   
 7 vestuū  $\equiv$  (t er.)  $M$  8  $\equiv$  omnia  $B$  9 redemus  $B$ , reddi-  
 mus  $\mathfrak{b}$ ; demus  $\beta\sigma$  11 homini  $\beta$  12 auferet  $P$ , corr.  $\nu$   
 ut: aut  $\alpha$  (corr.  $\mathfrak{b}$ ) mites  $\epsilon$  13 aliae  $B$ , corr.  $\mathfrak{b}$ ; gallinae  
*Bu.* 14 in quibus — est *transp.* post genus  $l. 15$  *Sch.*  
 17 es  $B$ , t add.  $\mathfrak{b}$  custodi  $BV$  (in -de corr.  $B$ ); custodia  $M$   
 defendi  
 19 hac dedi  $B$  21 vagari  $B$ ; vagare  $V$  apes om.  $\omega$ , add.  $N$   
 22 detractare  $M$  23 ad  $B$ , corr.  $\mathfrak{b}$ ; an  $\epsilon$  non<sup>de</sup> (ne *supr.*  $\mathfrak{b}$ )  
 $B$ ;  $\bar{n}$   $M$ , ~ er. et  $\bar{u}$  *supr.*  $m$ ; non  $V\beta\sigma$  suam  $\beta$  sponēta<sup>te</sup>  
 erevolant  $B$  24 solitas intra  $M$ , *transp.*  $m$

turba conditur, noctemque modesto silentio trahunt? age porro, ut non sit earum certa possessio, dum volant; nempe, cum remearunt, concludi, transferri, donari, venire possunt, in potestate sunt. quomodo autem potest sine  
5 damno meo perire quod cotidie meum est?

At extra imperia positum est. mirum hercules, si negato commercio sermonis humani sunt in ceterorum animalium forma. tamen quam dominus dedit, incolunt sedem, lascivientem <in> luxuriam fugam tinnitu conpescimus. etiam, si diversis regibus coorta seditio ad bellum  
10 inflammavit iras, exiguo pulvere vel unius poena ducis resedit omnis tumor. illa vero admiranda sedulitas, quod operi totus insumitur dies, in dominorum reditus ablata supplentur. age, si obsequi possent quid amplius imperares? intellego his vanis ultra necessitatem esse re-  
15 sponsum.

Si non sunt apes meae, ne id quidem quod his efficitur, meum est. atquin nulla umquam inveniri potuit in-  
pudentia quae fructus mellis in dubium vocaret. hoc ergo  
20 fieri forte potest, ut quod nascitur, meum sit, quod generat, alienum? age, si mihi alvei furto abessent, utrum  
nulla daretur actio? an viminis modo vilisque texti pretium formula taxassem et proinde agerem, quasi inanes  
perdidissem? nisi fallor, esset aestimatio et apum. an  
25 tandem quas subripere non liceret, liceat occidere? non est damnum. quod exutus sum? quod reditus perdidit?

1 conditor *B*, corr. *b* 3 remearunt: remedi<sup>are</sup>arum *B*; remeant ante *M*; remearint *J* domari *J* 4 autem: añ *P*  
5 meum est cotidie *V* 6 si: se *B* 9 lascivientem *B*,  
corr. *b* in om. *ω*, add. *Dess.* 10 choarta *B*; cohorta *V*;  
choorta *M* 11 huius *B* 12 ammiranda *M* 14 possunt  
*B*, corr. *b* 20 forte potest *scripsi*: fortes *BV*; fortem potest  
*M*; potest *βσ* 21 alienum: ù in ras. *M* alvei<sup>ti</sup> *V* abesent *B*  
22 null<sup>a</sup> *V* viminis<sup>ti</sup> *B* textit *BV*; tex<sup>ti</sup> *M*; textiit *σ*  
23 formulata saxem *B*; formulatas axem *V* et — perdidissem  
om. *V* 24 existimatio *J* et om. *β* (*supr. P*) așpum *P*  
apum an: apuma in *BV* 25 laceat *B* 26 redditus *Vβ*

quod annuos fructus, praesidia paupertatis, amisi? non est damnum id perdidisse quod, ut proximo utar argumento, si habere voluero, emendum est? quid ergo tibi opus est maleficis sucis, cum liceret palam trucidare et plenas vel cremare igni vel aquis inmergere alvos? an est aliquod animal quod non liceat nisi venenis occidere?

'Ut damnum sit', inquit, 'iure tamen feci in privato meo.' per fidem vestram, iudices, succurrite. exemplo — non sufficit his partibus unus rusticus pauper — obviam publice eundum est, et obiciendae adversus nascentem licentiam consensu manus. credite mihi, maior lite quaestio est. hoc vobis hodie iudicandum est, ubi scelus facere non liceat. nam cur non hoc idem de homicidio respondeat? cur non de latrocinio? non enim iure ista sed modo differunt. aperitur ingens funeri via, et obluctantia diu legum velut claustris scelera libera porta prorumpunt, si in privatum iura non veniant, et in manifestissima quoque noxa non de facto quaeritur, sed de loco, non aequa portione cum sceleratis terras divisimus.

11 Vbi enim non iam divitum privatum est? parum est proximos aequare terminos et possessiones suas velut quasdam gentes fluminibus montibusque distinguere. iam etiam devios saltus et silvas vasta solitudine horridas occupant, tot aquae intra paucorum umbram latent, e finibus suis populus excluditur, nec ullus procedentis finis est, nisi cum et in alterum divitem incidit. adhuc tamen spolia transeuntium et abacti pecorum greges sub hoc titulo defendebantur iam privati veneni transcriptio est. iterum

2 utar: ut **B** argumentis **V** 5 alvos: in alveos *corr.* **b**;  
 alveos **Mβ** 7 in *om.* **B**, *supr.* **b** 11 concensu **B** lite in  
 ras. **M** 12 dicandum **B**, iu *supr.* **b** 13 respondeatur **M**  
 15 funeri: sceleri *Ritter* viae **B** 16 porta in *margin.* **V**  
 prorumpant **V** 18 noxia *a* 19 cum sceleris **B** 20 parum  
 est *om.* **V** 21 possiones **B** 24 tot aquae: tota qui **B**;  
 totaque **V**; totas atqui **M** latent: later. **B**; latentur **V**; late-  
 ret **M** e: ep **B** 25 nullus **B** 26 et *om.* **V** 27 peccorum **V**

ac saepius, iudices, admoneo, considerate, discite: aut nihil usquam contra ius licet aut in privato omnia.

Etenim adversus inferentem damnum iusta ultio fuit. dicam nunc, quam iniqua sit invicem iniuriae compensatio  
 5 quamque non solum legi adversa sed paci. barbarum mos est populorum quos procul omnis iuris humani societate summotos proxima beluis natura efferavit. nos ideo magistratus legesque a maioribus nostris accepimus, ne sui quisque doloris iudex sit, et adsiduae scelerum causae  
 10 se refellant, si ultio crimen imitabitur. damnum accepisti. erat lex, forum, iudex, nisi si vos iure vindicari pudet; at mehercule, si ad arma mittimur, et iustituitur pernicio-  
 ciosa nocendi contentio, et in vicem legis ira succedit. premetur quidem obnoxia infirmitas, et paucorum dominio  
 15 subiecta plebes triste servitium perferet. est tamen et pauperibus interim dolor, et, ut facilius nobis noceri potest, ita vobis latius. postremo placeas licet tibi opum  
 tuarum fiducia, dives, si mihi videre non expedit, pares sumus. quid ergo? si quid tibi damni attulissent apes  
 20 meae, non mihi auferretur ratio, sed forsam aliqua daretur et tibi.

Nunc vero quid quereris? credo depopulatos agros eversosque reditus. non enim debet leve esse damnum quod dives ferre non possit. 'decerpebant', inquit, 'flores  
 25 meos.' ecquid intellegitis, iudices, quanto dolore dignum sit quod ego perdidici, si etiam hoc damnun est flores

1 iudicis  $\beta$  amoneo  $V$ ; ammoneo  $M$  dicite  $M$  3 at enim  $\epsilon$  4 iniqua $\mu$   $B$  5 pati  $BMS$  barbarorum  $\omega$  praeter  $B$  6 societatem  $BV$  7 summotus  $B$  proxime  $BV\mu\sigma$ :  
 proximos  $M$  8 magistratis  $B$ ; magistratos  $V$  10 ultio: vicio  $BV\sigma$  crimen mutabitur  $M$  11 vindicari  $ex$  -re  $B$ ; vindicare  $V$  12 mehercule $\equiv$  (s  $ex$ .)  $V$  si: iam  $\beta$  instituit  $M$   
 14 dominiorum  $B$  (i alterum del.  $\delta$ )  $M$ ; dominorum  $V$   
 15 plebs  $V$  perfert  $V$ ; perferret  $M$  est: et  $\sigma$  et: nec  $BV$   
 16 et  $om.$   $M$  nobis  $om.$   $V$  17 opuum  $B$  18 vivere  $\epsilon$   
 20 afferetur  $M$  sed del.  $Bu.$  forsam  $M$  23 versosque  $BV$   
 25 ecquid  $\epsilon$ : etquid  $\omega$  iudices  $om.$   $\beta$

auferri? ita plane. alioquin tu illos in vetustatem reservabas, et durarent adhuc, nisi ad hortum tuum apes venissent. cuius rei inveniri potest brevior aetas? namque dum immaturos exterior alligat cortex, nondum dixeris florem. paulatim deinde vividiore suco tumescit uterus et albentis accipit rimas, necdum tamen flos est. at cum se ruptis iam tunicis in patulum capita fuderunt et velut fissa in orbem, iamque terrarum videtur maturitas, et ingenitus occasus est et iam sine ventis quoque soluta natura labitur gratia, nec quicquam est flos nisi novus. quare si dicerem, abstulere peritura et quae protinus humi iacuissent, in usus hominum conversa, inauditus tamen livor videretur etiam apibus invidere. nunc vero disserendum mihi est quam momentosa sit huius animalis rapina. nescimus qua pernicitate plerumque vix contactis floribus revolet discurratque per singulos velox experimento, quam etiam, ubi inmorantur, libratis pendeant alis. quis umquam quod ferentem apem viderat, ubi deesset

13 invenit? quantum vero est quod ex his manu consitis floribus legant? prata silvaeque vel maturae fructibus, vites et fragrantis thymo colles, quantum coniectura suspicari potest, pabulum ministrant. non omnibus floribus carpunt utilia operi suo, sed in omnibus quaerunt.

Praesens quidem illa protinus redditur merces, quod omnibus quibus insedere, odorem mellis inspirant et brevi contactu vim sui relinquunt. hoc tu damnum intellegis? hoc veneno vindicas quod mehercule inhumane etiam fumo prohibuisses?

1 auferre  $\alpha$  3 breviora  $B$  5 suco: huc  $V$  6 albentes  $M\sigma$  at *om.*  $V$  tum  $V$  7 et velut — occasus est *l. 9 om.*  $\sigma$  8 fixa  $M$  iam quae *Dess.* terrarum *del. Dess. p. 90*; eorum  $\epsilon$  maturis  $B$  9 ingenitus *vel innatus Dess. ib.:* ignotus  $\omega$ ; admotus *Gr.* 10 quisquam  $M\beta$  novos  $B$  14 mementosa  $B$  16 revolat  $V$  17 quam: quod  $\beta$  inmorabantur  $\alpha\sigma$  pendeant: ant  $B$ , pende *supr. b* 18 quod: qui  $\beta$  videat  $\beta$  ubi viderat deesset  $V$  19 his *om.*  $\beta$  20 mel maturae  $BV$  21 frag<sup>n</sup>gentes  $B$  (*n supr. b*); fragrantes  $M$ ; flagrantes  $S$ ; fragrantibus  $\sigma$  thymo  $P$  22 ex omnibus  $\epsilon$  24 et quidem  $\epsilon$

An non te solus vicinus colui? non frugum mearum primitias omni vere misi? non si quis ceris novis candidior incidit favus, tuis reservatus est mensis, cum parvis mediocritate munusculis illa semper adiceretur commendatio; 'hoc tibi mittunt apes meae?' puto, relata est mihi gratia.

'Admonui', inquit, 'et, ut transferres, denuntiavi.' idcirco contumacem merito punisti. non enim video quid aliud patrocínio tuo conferat haec denuntiatio: supervacua, si [non] licuit tibi facere quod queror; iniusta, si <non> licuit. ultio aut sine ista aut ne cum ista quidem valeat.

Pudoris vero quod velamentum est male audire, culpam defendi superbia? aut tandem, tuas pecudes quamvis diffusa stabula non capient, tibi omne armentis mugiet nemus, tu gregibus arva sulcabis, et ad excolendos agros procedet ignota etiam vilicis familia, tuis horreis populi annona pendebit, nec tamen invidemus, nec quisquam tamen grave putabit sibi istud fortunae tuae pondus, nos si paucas apes intra angustias pauperis horti composuimus quae tamen vobis mella faciunt, id prorsus indignum ferendum est? et, quod nunquam fando cognitum est, vicinus diviti pauper molestus est? adeo parum est plurimum possidere, ut, cum servis quoque vestris habere peculium liceat, invidiosum nobis putetis quicquid egestatis nomen excesserit? tantone his in hac, ut putamus, aequissima libertate legibus vivimus, ut nobis habere medellam non liceat, vobis habere liceat venena?

4 munusculus **B**, corr. **b** 5 est *supr.* **V** 7 admovi **V**  
 igitur inquit **M** 8 non enim ideo qui **BV** 10 non *transp.* **Gr.**  
 11 ultio *scripsi*: iusta  $\omega$ ; *locus varie temptatus ab editoribus*  
 ut sine **J** 12 velamen **S** est *om.* **P** audere  $\epsilon$  13 culpa  
**BV** aut in tandem **BV**; aut vitandem **M**; an tandem  $\epsilon$   
 14 defusa **V** 15 siccabis **J** 16 procedat **a** vilicis *om.* **B**,  
 paucas  
*supr.* **b** 18 tamen *Obr.*; tam  $\omega$  sibi *om.* **V** 19 tales **M**  
 20 indigne  $\epsilon$ ; indignum nec ferendum *Sch.* 23 habene **V**  
 25 tutone *Obr.*; tam iniquis *Bu.*; tantone tuis *Dess.* 26 legibus  
*om.* **V** medellam **B**: medelam **V3b**; mella  $\epsilon$  27 vobis  
 habere liceat *om.* **B**

Postremo quidem divitis patrocínio non putavi, iudices, respondendum, nisi rideri vestram maiestatem contumeliosa defensione non ferrem. 'ultra enim', inquit, 'ad mortem venerunt apes tuae.' ita plane. alioquin tu venenum floribus dederas. impudentiaene, iudices, eius adsignem, si hoc mihi apud vos obtinuerit, an stultitiae, si speravit? si venenum homini dedisset, diceret ipsum labiis admovisse pocula. si percussorem posuisset in saltu, ipsum in insidias ultra venisse clamaret. si telum obiectasset in tenebris, inlatum sua culpa contenderet. ego, iudices, quid dico? duo esse sola quae omni in crimine spectanda sint, animum et eventum. quis animus divitis fuit, cum venenum sparsit? ut apes perirent. quis eventus? perierunt. in summa, iudices, quis dubitat, quin damnum ei sit imputandum, sine quo non accidisset?

- 15 Intellego neque prudentiam vestram desiderare plura de causa neque vestram fidem ac religionem egere exhortatione vere iudicandi. quid moror igitur? tenet me dolor et adsuetae voluptatis desiderium. sunt quaedam in hac causa quae sarcire poena non possit. maior forsitan materia videatur adfectus. si pauperes amare nisi paria non possumus, et necessario nobis pretiosa quae sola, sunt, animum meum extinctae unius horae momento tot animae movent quod perierint de me bene meritae. quin ipsum leti genus addit indignationem: veneno perierunt. quis hoc ulla satis persequi possit invidia? apes veneno?

2 irrideri *J* contumeliosam *BM* 3 defensionem *M*  
 5 impudentiane *B*; impudentie *V* eius iudices  $\beta$  6 speravit:  
 superavit *M*; spavit  $\beta$  8 potuisset *BM*; posuit sed *V* 9 ob-  
 iectasset  $\varsigma$ : abiectasset  $\omega$  10 ego sum iud. qui *M* 11 ex-  
 pectanda *BM* 12 <sup>e</sup>ventum *V* 14 sit inferendum imputan-  
 dum *V* 15 accendisset *B*; accessisset *M* 16 si neque *BV* (si  
*corr. d*) desideraret — religione *hoc loco om. et add. post* reli-  
 gionem *l.* 17 *B* desideraret *BV* 17 neque de *BV*  
 vestram fidem ac religionem *sic verba iterata B* 18 quid maior  $\sigma$   
 19 adsuetudo *B* 21 *post* adfectus *add.* non possit *M*  
 23 unius *B*; unius *V* horae *om. V* 24 quot perierunt  $\varsigma$   
 qui in *B*, *corr. d* 25 leti *B*



Haec illis gratia refertur, quod fructibus nostris in-  
 vigilant? quod cotidiana statione laboris adsidui ne damno  
 quidem summoventur? nam et cetera animalia videtur  
 mihi natura usibus nostris genuisse, haec etiam deliciis,  
 5 cum eo quod in illis quae vel scindendo solo vel matu-  
 rando itineri comparamus, multus ante reditus insumitur  
 labor, et cum perdomanda, cum alenda sint, nihil tamen  
 possunt sine homine, et tantum coacta prosunt. apes fa-  
 ciunt iniussae; ac sine ullo rationis humanae ministerio  
 10 totus fructus ultro venit. adice quod cetera aut satis  
 incurrunt aut vitibus nocent, primaque, ut fama est, ho-  
 stiae causa pecudi fuit laesa fruges. harum ita innocuus  
 per prata silvasque discurrit labor, ut tantum factum  
 opus appareat.

15 Qua satis digna prosequare laude? dicam animal quo- 16  
 dammodo parvum hominis exemplar? hoc humana ex-  
 cogitare non potuit sollertia. etiam ratio nostra quae sub  
 terris lucrum invenit, quae maria inquisitione sua sideribus  
 inmiscuit, hoc tamen efficere, consequi, imitari non potuit.  
 20 venena potius invenimus.

Iam primum futurae laudabilis vitae digna principia:  
 non illas libido progenerat domitrixque omnium animalium  
 Venus. utque homines in excusationem sui fabulis tradi-  
 derunt, etiam deorum posteritas has regnis suis excepit.  
 25 abest inimica virtutum voluptas castis sine labe corpori-  
 bus. solae omnium non edunt fetus sed faciunt. ipsae  
 paulatim sicut stipatae sunt per mella viviscunt, et, ut  
 oportet, animal laboriosum ex opere nascitur. inde ut  
 adolevit iuventus, et ad similes labores aetas roborata

3 quid *P* 5 naturado *B*, corr. *b* 6 uultus *B* ante:  
 autem *S* redditus *M* 8 prosunt: possunt *B* 9 ac *Klotz*:  
 fac *BV* 30; faciunt *M*; favos = 12 itaque *BM* 13 labo *B*,  
 r *supr. b* 17 nostram *B* 23 utquia *V* suis *M* 24 de  
 eorum poteris has regni (posteris has *supr. m*) *BM*; de eorum  
 posteris has regnis *V* deorum: dominorum *P* suis regnis 3  
 25 virtutum *V* 30 voluptas *V* 26 edunt *om. in lacuna 5 vel 6*  
*litt. S* ipsa *B* 27 stipata *BV* 30 vivescunt *B* 28 nascun-  
 tur *Obr.* 29 adholevit *V* labores *om. M, add. m*

convaluit, relinquitur liber parentibus locus. et ne coacta in angustum multitudo nova turba laboret, quasi habita verecundiae ratione cedit populus minor, suspensumque proximis ramis examen humanas manus expectat. acceptas cum fide colit sedes. et cum ingenia nostra, quae nos 5 scilicet ambitiosi nostri aestimatores proxima divinis credimus, ad perficiendas disciplinas multo labore desudent, nulla apes nisi artifex nascitur. quid credas aliud quam divinae partem mentis his animis inesse? quid praecipuum 17 referas? non ut cetera animalia per pastus vaga incertum quieti capiunt cubile noctis arbitrio semper habitatura, sed tutas sedes continent; urbes tectis, turba populos imitantur. non ut ferae volucres, non praesentis modo cibi memores, in diem vivunt, duraturus hiemi reponitur victus, et repletis vere cellis tutus annus est. etiam cum 15 ad humanos usus opera subducta sunt, reparare amissa contendunt, et labor damno incenditur, et nunquam deficit animus ante quam locus. quid? quod inter animalia quae non verba coniungunt, non verba rationis invicem regunt, tantus operis consensus est, tanta difficillimae rei laboris 20 concordia? non humano vitio in proximos quaeque usus lucrum ducit, in publicum vivitur, et communes opes congeruntur in medium, nefas est delibare gustu prius quam plena horrea securos spondeant menses. quis tantus porro ardor operis quaeve officiorum partitio, ut aliae congerant 25 onera, aliae accipiant, aliae linant? quae severitas in castiganda inertia? multa dictu visuque miranda: prae-

2 nove turbe β 5 non scilicet *Bσ*; nos *om. M* 7 percipiendas β; perpiciendas *J* 8 apes *VM*; nisi: sine *B*, *corr. b*; non *M* 9 praecipium *B* 10 incertum *ex -am B* 11 habitaturas et totis *BV*; habitatura sed totis noctibus *M*; habitura sed tutas βσ 12 turbe *BV*; tura *P* 13 fere α 16 ad: *om. B*; in *M* humanos *B* 17 defecit *P* 19 regunt *Obr.*: regant *Dess. p. 93*; negant ω 21 proximos: primos *M*; proprios ε 23 nec fas βσ 24 qui tant'φ (*corr. b*) porro sus arbor (ardor *b*) *B* qui *V* porro tantus *Vβσ* 25 congerent *BV* 26 honera *V* liniant *V*

videre tempestates nec dubio se caelo tradere nec ultra  
viciniam nubilo tendere, iam si levis iniquior aura rapuit,  
ad dirigendos in destinata cursus modico lapilli pondere  
librare pinnas, illas maiorum pectorum motis pro rege  
5 castris procurrere et inire bella mortemque honestam pro  
duce oppetere. adice, quod, si quas aut aetas longior aut  
morbus oppressit, efferuntur prius corpora, posteriorque  
operum quam funerum cura est. quid inligare cruribus 18  
flores? quid ore sucos in publicum ferre?

10 Me tamen ipsius operis praecipua admiratio subit. non  
est temere, nec fortuitam figuram et sedes modo reponendis  
cibus quaesisse credas, rudis cera componitur, accedit usibus  
inenarrabilis decor. nam primum tenacibus vinculis funda-  
menta suspendunt, tum ab exordio in omnem partem opus  
15 aequaliter crescit, nec quicquam ex inchoatis parum est  
quod non sua portione perfectum sit, iam ne alia parte  
opus esset. gemina frons ceris inponitur, et cum forami-  
nibus tantum spatium detur quantum ad generanda exa-  
mina natura spem capiat — ipsis enim sibi invicem an-  
20 gulis haerent et ita mutuo vinciuntur atque inligantur,  
ut quod voles, id medium sit — his textis, ne universi  
mellis effluat pondus, intersepta onera cluduntur. quis  
non stupeat hoc fieri posse sine manibus? nulla inter-

1 dubios **B**, e *add.* **δ**; du<sup>3</sup>bio **V** a caelo **B**, a *del.* **δ**  
2 in nubilo **M** iam  $\epsilon$ : nam  $\omega$  leves **M** $\beta\sigma$  iniquior aura:  
iniqui hordura (*h del. δ*) **B**: iniquiori <sup>a</sup>dura **V** rapiunt **B**; ra-  
piuntur **V** 4 pennas **δM** $\beta\sigma$  illa  $\alpha$  maiorem **BM**  
peccorum **M**, *corr.* **m** motis *Bu.*: votis **BM**; totis **V** $\beta\sigma$   
5 totis *post* mortemque *add.* **P**, *del.* *man.* 3 7 referuntur  
**BV** $\sigma$  8 furibus **B** 9 fucos **V** 10 ammiratio **P**; ad-  
mirant **BV** subito **V** 11 est: eas *Obr.* sedens **B**; sedis  
**P**, *corr.* **p** 14 omnes **P** 15 inchoatis **V** parum  $\epsilon$ : par-  
vum  $\omega$ ; partium *Dess. p. 96* 16 quod *om.* **BV** nec  $\beta\sigma$   
18 exanimina turam **B**; examinaturam **V**; exanima natura **M**;  
examina puram  $\beta\sigma$ ; e. curam *Dess.*; ad generanda examina natu-  
tura apum capiat *Bu.* 19 ipsius **M**; ipsi  $\beta\sigma$  se **BV**; sibi  
*ex*  $\epsilon$ <sup>3</sup> **M** anguli  $\beta\sigma$  20 alligantur **P**; alligatur **S** 21 uni-  
versis **B** 22 honera **V**

veniente doctrina hanc artem nasci? quid non divinum habent, nisi quod moriuntur?

- 19 An vero auctorem vini Liberum colimus, primitiae frugum Cereri referuntur, inventrix oleae Minerva narratur, mella genuisse minus est et interponenda gustus voluptate tantum effecisse quantum ne ipsa quidem rerum natura per se potuit? ad plurimarum incursum valitudinum remedium est, praesentissima medicina. nam quod ad cibos quidem pertinet, divites viderint. his animalibus aliquis insidiari potuit, et insidiari, quare mella facerent? haec pestiferis sucis exquisita per fraudem morte confecit? et quod sit indignissimum, quo facilius deciperet, fortasse venena melle permiscuit? quae tam inhumana crudelitas? quis tam inauditus livor? nihil est enim quod, <ut> utaris patrocínio tuo, dives, paucorum damno foliorum doluisse te simulas. Dum meas apes occidere vis, flores tuos inutiles fecisti.

3 haec saepissime a scriptoribus usurpantur, ita, ut iure dubites, num posteriorum (e. g. PANEG. 4, 17 ARNOB. nat. 1, 38 TERT. apol. 11) loci gemelli ex hac declamatione fluxerint.

4 Cereri ex ceteri **M**; tereri **S** inventrix ex -is **B** Minerva narrantur **B** 5 gustus: gustu suo **B** voluntate **V** 7 valetudinum  $\beta\sigma$  8 medicinam **B** nam om. **BM** 9 pertinent **B**, n del. **b**; pertinent **VM** is **B**, h supr. **b** 11 mortem **MJ** 13 venenum  $\epsilon$  14 ut om.  $\omega$ ; add. *Bestius* 15 filiorum **B**

subscriptionem om. **B** **M** FABI<sup>Q</sup> QVINTILIANI APES PAVPERIS. EXPLICIT **v** EXPLIC<sup>Q</sup> DE APIB; VENENO OCCISIS. INCIP<sup>Q</sup> LIB<sup>Q</sup> ODII POTII (*minio*) **M** Feliciter Explicit apes pauperis. Incipit gemini languentis (-tes **S**)  $\beta$  (*in P minio picta*)

## XIV.

## ODII POTIO I.

**Meretrix** amatori suo pauperi dedit odii potionem. adol-  
lescens desiit amare. accusat illam veneficii.

5 Sentio, iudices, hanc quoque calamitatibus meis acces- **1**  
sisse novitatem, ut vobis nondum videar odisse. nec me  
praeterit, plurimum perire de nocentissimae potionis in-  
vidia, dum me putatis adhuc inpatientia priore miserum.  
quaeso tamen vel hinc totam delati sceleris probationem  
10 gravitas vestra prospiciat, quod dolori meo querelaeque  
non creditur: nec amo qui accusare possum, nec odi qui  
amare mallet. quid est aliud quod bibi quam venenum?  
licet igitur nocentissima feminarum rideat quod accuso, et  
manifestissimi sceleris confessione per ludibrium malorum  
15 evadere temptet meorum, <quasi es>set, quod hodie me  
torquet ac lacerat, quod a deterrimae mulieris caritate  
discessi: [sed quod] remedii mei patior dolorem. fidem  
iustitiae! fidem severitatis humanae! ne meretrici prosit,  
vel quod praevaricatione videor explicatus. pro me for-

argumentum *om. BM* (in marg. add. *m*) **S** CAVSA XV in  
*marg. minio picta M* incipit eiusdem de meretrice et eius  
amico per veneni potionem de amore in odium verso *Paris.*  
1618 3 meretrix Incip̄ odii Potio amatori (I. o. P. *minio*) **V**

6 odise **B** 7 poterit β nocentissima **B** potius in-  
vidiā **P** 10 doloriri **B** 12 <sup>≡</sup>quid **V** 13 in *post* et *add.*  
**VMσ** 14 confessionem **S** 15 evaderem eorum **B** temptet  
*om. V* quasi esset *scripsi*: sed ω; non hoc est ε 16 a la-  
cerat **B**, *corr. b* teterrimae **BMβσ** 17 dicessi β; disces-  
sisset (*om. sed*) **B** sed quod *delevi* quod hodie remedii  
**M** dorem **B** fidem ε: eidem ω 18 *ante* ne *add.* ad-  
hibeatis **M** meretrice **BV**; meretricii (ii *in ras.*) **M** possit  
**BV** 19 praevaricationem **BV**; privaricatione β

sitan fuerit, ut amare desinerem, contra me inventum est, ut invitus odissem.

2 Hoc primum itaque, iudices, a clementia publica peto, ne, quod videtis tristem habitu dirumque conspectu, verbis asperum, contentione terribilem, mores putetis. haec est illa sanitas mea, hic omnium in hac corporis mentisque dierum noctiumque feritate ille modo lentus, ille, si creditis, nimium remissus amator excandui. miseremini, iudices, ne vobis venena sic imponat, tamquam hoc mei caritate commenta sit. suum animum, suum tantum se- 10 cuta fastidium est. odii potionem contra se nemo dabit homini, nisi quem oderit. quaeso itaque obtestorque vos, sanctissimi viri, ut calamitatis meae penitus velitis existimare mensuram. perdidit infelix, quod quandoque potui amare desinere, patior necessitatem rei quam breviter uti- 15 que noluissem: excogitatur contra animum futuramque rationem, ne, quod relinqueretur, meus esset adfectus. iterum cum meretrice compositus sum, rursus in se cogitationes meas, rursus retorsit oculos, et hominem quem ab incommoda caritate vel satietas vel aetas vel fortunae 20 suae fuit dimissura condicio, ad perpetuam inpatientiam viribus nimiae diversitatis implicuit. hoc solum insanabile genus amoris est, ut odisse cogaris. festina ad complorationem praesentis doloris, anime, festina, sed te a prioribus malis recens abducit indignitas; altius gemitus, altius 25 querela repetenda est. cum meretricis sit quod amator odi, cuius putatis esse quod pauper adamavi?

1 forsitan *M* 3 iudices: id *BVσ* a clementia: ad clau-  
mantia *B* 4 dierum (e *er.*) *M* 5 contentionem *V* est illa:  
stilla *B*; illa est *M* 6 hic: sic *σ* ac *B*, *supr. b* 7 ferita-  
tatem *B* modo: vero *β* lentus *σ*; laetus *ω* 9 vene-  
fica *σ*; venenaria *Sch.* sic imponant *BV* (-ic im- in *ras. B*)  
11 est fastidium *V* 13 volitis *S* 16 voluissem *β* 20 ab  
*om. B* vel aetas *om. B*, in *margin. b* 21 inpatientiam *B*,  
*corr. b* 23 amoris *Obr.*: mortis *ω* (est mortis *V*); morbi  
*Gr.* cogitaris *B* 24 praesentis doloris: fidelis *V* sed te;  
sedite *BVσ* a: ad *B* 25 adducit *B*; adducit *V* gemitus  
altius *om. M*, *supr. m* 26 querella *B*

Non quidem ego, iudices, ex illis unquam fui quibus nobiles opes affluentes indulsit fortuna divitias, quorum felicitas capere possit in amore luxuriam. habui tamen unde ad vitae necessitates concessa gaudia parca medio-  
 5 critate sufficerent. ideoque meretrice tantum, et quae 3  
 certissima est in voluptate frugalitas, una fui semper eademque contentus. at ista seria, gravis, quae nunc amari recusat, o quam voluit amari! quibus artibus, qua  
 calliditate miseram simplicitatem meam sollicitavit primum,  
 10 deinde tenuit, donec quantulamcunque substantiam in huius sinus credulus, iam iamque securus amator egererem? iam frustra captavit videri miserari condicionem, in quam nos ipsa detraxit. breviter totum nocentissimae mulieris acci-  
 pite facinus: pauperem me fecit, deinde ferre non potuit.  
 15 sive enim, iudices, pro communibus quae ad corrumpendas expugnandasque mentes excogitant ingenia meretricum, placuit experimentum, et in me temptatum est, quantum quis amare, quantum quis posset odisse, seu mulier omni-  
 bus exposita mortalibus vanitatem fastidio mei despectu-  
 20 que captavit, ei fama inde quaesita est, ut a solis videretur amari debere divitibus. non erat profecto quod paulo ante patiebatur, iam tunc noster adfectus, quod scortorum foribus haerebam, quod, si istis creditis, pauper-

2 apes *B* affluentes *S*: affluentes *reliqui* post quo-  
 rum *ras. 6 vel 7 litt. M* 3 facilitas *S* habuit *M* tm *P*  
 5 sufficerem *Gr.* meretrice *M, corr. m* et  $\bar{q}$ ; *B*; te quae  $\beta$   
 voluntate *B $\beta$  $\sigma$* ; frugalitate *V* fragilitas *S* fuissem per *a $\beta$*   
 6 eandemque  $\beta$  contemptus *M $\beta$*  ad *B* gravisque *M*  
 7 recussat *B* artibus *om. B*; verbis *M* qua: qui *B*  
 8 simus *B* iam *om. BV, supr. b* iamque: animaue *S*  
 egerem *BM, corr. bm* 14 potui  $\alpha$  (vel potuit *supr. m*)  
 15 pro communibus *scripsi*: pro communium *BV*; communium  
*M $\beta$  $\sigma$* ; carminum *Obr.* 16 mox ante meretricum *add. M, del. m*  
 19 expositam *V* despectuque *B, corr. b* 20 ei: et *Obr.*  
 21 debere *om. S* quid  $\alpha$  22 patiebar  $\epsilon$  iam: non *S*;  
 iam tunc *om. H* 23 isti *Obr.* pallor et indeformis macie  
 ante paupertatem *add.  $\alpha$ , om. p. 268, 1* paupertasque *M*

tatem in lupanarum obsequia transtuleram, inde veniebant pallor et informis macies unde nunc, quod excandesco, quod fremo.

- 4 Nunquam hoc tantum meretrix scit quemadmodum non ametur. quod negari igitur, iudices, non potest, virus homine firmius, mente constantius, quod inmodico ardoris aestu et exundante inpatientia possit etiam recusantis animi dolorem conpescere, diris utique carminibus et ferarum precationum terrore permixtum, lenitate vultus et blanda porrigentis dissimulatione protectum iam perustis, iam laborantibus visceribus infudit et hominem solaciis potius ac mollium remediorum ratione tractandum exasperavit ira, dolore conclusit magnaue miserum commutatione renovavit. an fecerit, iudices, ut amare desiderem, vos existimabitis; fecit, ut amare mallet. explicitum me putatis et ab incommodo hilariorem dimissum? nunc, nunc me fateor debere sanari. habet aliquod solacium quisquis in amore miser est. levior calamitas cui blanditur aliquid de voluptate laetitia. nunc infelix uxor ac laceror, nunc retinere mentem, nunc regere non possum. 2
- 5 crudelius est odisse meretricem. veneficii ago.

Seposita paulisper, iudices, noxae potionis invidia nonne vobis videtur implere sceleris fidem quod abstulit fidem condicio personae? veneficium, iudices, tota vita meretricis est. parum se lenociniis, parum putant agere 2

- 1 lupanarium *ασ*; cf. *Dess. Archiv f. lat. Lex. XI, 133*  
 veniebat *σ* 2 deformis *σ* 5 negare *β* 6 firmus *H*, corr. *h*  
 imente *B* 7 exsudante *BVβσ*; exudante *M* impatientiam *P*  
 9 praecationum terrore: -tionum *tr-* in *ras. B*; praecantationum *ε* terrorem *β* 10 dissimulatio *V* proiectum *M*  
 11 ominem *B*, corr. *o* 14 renodavit *Gr.* desinerem *ε*  
 15 exaestimabitis *B*; aestimabitis *V*; ex estimabitis *M*; existimabilis *S* ut *om. Bσ* 16 hilariore *BVβσ* demissum *BV*  
 17 debere *V* sanare *V* 18 levior *B*; levior est *M*  
 19 ac laceror: acceleror *S* 21 ante ago *add. causam M*  
 22 noxae *B* 23 quod abstulit fidem *om. J* 24 tota *B*  
 25 parum se lenociniis *om. S*



mendaciis, et cum omnis ad expugnandas mentes cura conlata sit, non sufficit tamen, ut de sui caritate corpori credant. in hoc noctium dierumque sollicitudo consumitur quemadmodum de libidinibus fiat adfectus, qua ratione  
 5 transcurrentia cotidie desideria teneantur; ne cui prosit offensa, ne quem explicet pudor, ne quem satietas aliquando dimittat. en quam putetis ignorare quibus vincatur oculis, quae per incommoda desideria flagrant  
 10 mentes corrumpat primum, deinde consumat, cum sciat quibus oscula, quibus artissimi rumpantur amplexus, quae pro laetitia dolorem, pro blanditiis gaudiisque tristitiam praecipiti velocitate substituunt. infinitum est quantum ex hoc medicamento deprehendi possit notitia peiorum. nemo scit tantum remedium.

15 Temptavit, iudices, mulier inpudentissima sceleris invidiam nomine potionis effugere et venenum negat esse tantum, nisi quod occidit. facinus est, iudices, evadere nocentes, quia iam facinus plura devitat. quid refert. animo noceat aliquis an membris? eodem scelere porri-  
 20 gitur omne quod non licet. unumquodque ex his quod datur, venenum est.

Excusatio mehercule adhuc pro sexu tuo, pro condicione 6 mulieris, sed ut illa nesses gratia tui desideriumque posses ingerere nolentibus. excogitasti, per quod maritos a con-  
 25 iugum caritate diducas, per quod iuvenum mentes abiungas ab aliis fortasse meretricibus. odii medicamentum nun-

1 mendicus *B*, corr. *b*      2 non  $\epsilon$ ; om.  $\omega$       <sup>f</sup>sufficit *B*  
 corpori *ex -re B*; corporis *V*      3 sollicitudo *B*      4 retione *in*  
 ratione *B*      6 ne — pudor om. *J*      neq<sup>c</sup>; sacietas *B*; neque  
 sacietas *V*      7 vincantur oculi *Gr.*; oculus *Obr.*      8 flagran-  
 tesque *B*; flagrantis  $\beta$       9 mente *B*      cōsumat *B*      cum: cura  
*Obr.*      12 substituunt alterum u *in ras. P*; substituunt  $\epsilon$   
 13 oc *B*, corr. *b*; del. *Gryphius*      14 tm̄ sed remedium *S*  
 15 temptat *Mzσ*      17 tantum del. *Gr.*      18 iam plus devitat  
*J* denotat *Obr.*      refret *P*      20 unumquodque  $\sigma$ : -quoque  $\alpha\beta$   
 is *B*      21 est om.  $\beta$       22 excusatione hercule *B*      est  
 excusatio h. *Dess.*      23 posses  $\epsilon$ : posset  $\omega$       25 ducat *B*:  
 deducat *V*; educas *Mσ*

quam ideo tantum meretrix habuit, ut illo contra se uteretur.

Me quidem, iudices, si quis interroget, in comparatione veneficii de quo queror, minus odisse debeas quod occidit. et si qua ex ipsis quoque mortiferis mitiora sunt quae 5 statim tota velocitate grassantur et dolorem inter exitum vitamque non detinent, ita crudelius quod sic ordinatur, ut corporis parcat invidiae, et sit tantum animi venenum. quid ais? non est noxium virus, nisi quod occidit? quid ergo vocaremus illud quo lumina sola raperentur, quo 10 pars aliqua membrorum debilitate languesceret?

Tu te veneficam negas quae potes potione facere, quantum offensae, quantum ira, quantum dolor? amabit cui permiseris, execrabitur ille quem iusseris: accipient a te desideria nostra ortum, finem, modum. sane et amor et 15 odium naturalis videatur affectus, veneficium sunt, cum iubentur. quid? quod non potest non habere vim veneni quod contra voluntatem homini datur? video cur sibi medicina permittat corporum vitia membrorumque morbos infusis medicaminibus expellere, et sine animae spiritusque 20 contagione quaecunque extrinsecus accidunt, potione vincuntur.

7 Non potest ullus adfectus sedibus suis per virus expelli nisi totorum concussionione vitalium et, cum anima constet ex sensibus, quaecunque auferre temptaveris, illa 25 statim prima nostri parte prioribus retento confectoque

---

4 debeat  $\epsilon$  5 si quis *BV*; si que *M*; si qua  $\beta m$ ; sicut  $\epsilon$   
 quas *B* 6 crassantur *BV* 7 non *om.*  $\beta$  8 corporis: mortis  
*Sch.* invidiae: iniuriae *Bu.* sit *om.* *B*; post animi le-  
 gitur in *M* 11 languesceretur  $\beta$  12 veneficium *S* po-  
 tionem *B* 13 quantum ante ira eras. (*lacuna*) *M* dolor  
 suaserit *M* amabat *S* 15 sane eum et *M* 16 naturales  
 videantur  $\epsilon$  19 medicinam *BV* 20 spiritus *BM*, que *supr.* *bm*  
 23 ullus  $\epsilon$ : illius *BV*; ullius *M\beta\sigma* 24 toto torum *B* con-  
 cussionem *B* 25 exsensibus *B*, s *supr.* *b* quemcumque  
*B\beta\sigma* aufere *B* 26 ante prioribus *add.* subtrahuntur *M*  
 prioribus retento: corporibus retenta  $\epsilon$ ; peioribus *Dess.*

quod petebatur, reliqua quoque viribus vicinae tabis expirant. quaedam fortassis medicamina possunt aliud vocari quam venenum. dare quod non licet, non est aliud, quam beneficium.

5 Quantum, nefanda, de poenis humanis excogitare potuisti? innocentius mehercules fuerat, ut amaret aliquis invitus. potionem excogitasti qua bella committere, qua se totum humanum genus posset odisse. potest efficere, ut non ament liberos parentes, ut propinquitates, ut fraternitas, ut amicitia se collidat. odii potionem nemo accipit nisi contra hominem quem non debet odisse.

Temptat hoc loco nocentissima feminarum de scelere suo facere beneficium. 'meretricem', inquit, 'amaveras.' differo paulisper, iudices, affectus huius excusationem. dii 15 deaque, quantum in hoc contumeliae est quod sibi meretrix videtur adamata! tu tibi cuiusquam adfectus censoria gravitate praestabis? tu tibi aestimare permittis quam frequenter aliqui lupanar iniret? tu cui non licet excludere debilitates, fastidire sordes, exposita ebrietatibus, 20 addicta petulantiae et, quaeque novissima vilitas est, noctibus populoque concessa, mores iuventutis emendas? aequiore animo feras, ut meretrix velit adamari.

'Eras', inquit, 'et pauper.' volo, iudices, sic apud vos 8 paulisper agere, tamquam in hoc me adfectu propinqui 25 amique castigent. non ego alicuius matrimonii corruptor

1 quoque: vero V vicina et ab his (is B, corr. b) BV  
 2 fortassis Mσ: fortis BV; forte βγ 3 quam: quod P  
 venenum: veneficium S 4 quam: quod P veneficum BM  
 6 innocentiu B, s sup. b fuerant B; om. V 7 qua: q̄; B  
 (~ add. b); Que V comittere B; committeret M 8 potest:  
 potes β 9 et fraternitas β 10 se om. BV 15 in om. V  
 ho B, c sup. b est om. M 16 cuiusquam: tamquam S  
 cessoria P; cessoua M (corr. m) 17 praestabis: pensabis  
 Lucas; pensitabis Bu.; pensitare vis Dess. 18 quam: quod  
 P aliquis Mσ lupanar: loquar S 19 sordis B  
 20 utilitas M, vel vilitas sup. m 21 que om. V iuventis  
 B, tu sup. b 22 amari M 23 amator et pauper σ  
 24 tamquam — castigent l. 25 om. S mea defectu αH; me  
 de defectu J

invigilo, nec efferas cupiditates per illicitos duco complexus. inventas credo meretrices, ut esset aliquid quod liceret amare pauperibus. nullam ego circa corpora ista consistere impatientiam puto. diliguntur inmodice sola quae non licent. ut in furorem caritas aliqua convalescat, opus est difficultatibus. brevis de concessis, sed statim satietati vicinus adfectus est. non fovet, non nutrit ardorem concupiscendi, ubi frui licet. et quaecunque in mentibus circa permissa coalescunt, non sunt desiderii sed voluntatis. hoc ipsum tibi, mulier, obicio quod nos in fabulas sermonesque misisti. solus debet amare meretricem, quem meretrix oderit. pauperi dedit odii potionem. quid illam putatis dedisse divitibus? si mehercules repente nobis contingerent opes, iterum nos in sui caritatem alia portione revocaret, et ista nunc seria, gravis, vellet impatientia priore retinere. meretrix pauperem amatorem propter se tantum non potest pati.

'Amanti', inquit, 'dedi'. hoc si remedium est, detur scienti. prima pars sanitatis est, ut libenter accipiat. quin immo cur non potius datur amaturo? quanto melius, quanto providentius et minore bibentis dolore constabit, ut adhuc labentem adgrediaris animum, ut tum adolescentis ardoris impetus in parvis extingatur elementis? eo tempore das potionem quo pariter duos patiar adfectus. aliam impatientiam paras, et accipio odium, quia iam amorem ferre non possum. non desino, sed esse aliud incipio, nec emendor in amore, sed transferor. illa vero sunt remedia quae fugatis morbis causisque languoris postea non sentiuntur, et ea tantum innocenter dabuntur quae potentiae suae qualitate consumpta desinunt, cum

1 efferas *ex* effasas **B** 2 inventus **B** 6 brevis decori  
sensus si statim *Par.* 15103 societati **V** 13 repent **B supra**  
*lineam* inae *add.* **b** 14 portione *ex* -em **B** 17 potes **B**  
18 amasti (s *inseruit* **b**) **B** si *om.* **M**, *add.* **m** 20 qui immo **B**  
21 minori (i *alterum in ras.*; *ex* a ?) **M** libentis **σ** 22 adhu  
**B** cum **BV**; tamen **β**; *om.* **σ** 23 impletus **B** extinguan-  
tur **σ** 24 quod **B** 28 vera **ε** languoris: u *del.* **b**

profuerunt; tu mihi dedisti quod semper exasperaret. perpetua res est odisse sine causa. ducam licet uxorem, te tamen odero, in peregrinas expeditiones patria dimittat, te tamen cogitationes sermonesque respicient. quid inter-  
 5 est quemadmodum possederis animum meum, quemadmo-  
 dum mihi a te non liceat abire, discedere? fecisti, ut te  
 ubique persequar, ut meis fortassis manibus invadam, ve-  
 lim dare venenum. qui meretricem odisse non desinit,  
 amator est.

10 'Sed, infelix, misereris mei.' quid ergo sanitate tam  
 rigida? paulatim potius ratione conpesce, misceantur con-  
 silia, blanditiis veritas temperetur. alioquin non est quod  
 abigas, quod expellas. exasperant necessitates, et in amore  
 contentio semper accendit. adiuvabit te interim libertas  
 15 ipsa qua fruar, tempus, satietas et fortasse amator alius  
 admonens condicionis. sed inter oscula, inter amplexus  
 paupertatem, non tamquam exploraris, sed tamquam mi-  
 sereraris, adlega. quamquam quid opus fide? sine curer,  
 ut desinam, si quantum adfirmas, invitum misereraris ac  
 20 diligis. amatoris unum remedium est, amari. si tamen  
 necessariam putas emendationem, quam multa sunt aman-  
 tium remedia citra venenum? exclude, dimitte. fastidium  
 posset, quantum non posset praestare paupertas. fac, ut  
 me potius ipse castigem, ut erubescam, ut aliquando de-  
 25 sperem. is tantum in amore sanatur qui quod desinit,  
 sibi debet.

Homo igitur, qui merito indignarer, si hoc tantum 10  
 fecisset aliquis, ut diligi desinerem, quanto iustius queror,

1 exasperaret: r *alterum ex correctura B*; exasperet *M*<sub>3</sub>  
 3 odoro *V*; odio  $\beta$  4 respicient *BV* 5 possideris *BV* $\beta$   
 7 vellim *B* 8 meminit *M*, desinit *supr. m* 11 conpesci  
*BV* 14 accendit *B* adiuvavit *a*; adiuvabat  $\beta$  15 quae  
*B* fortasses *B* 16 admovens  $\beta$  18 qua quam *V*  
 19 misereraris *B*; miseraris *VM*; misereris  $\beta$  20 diligas *V* amo-  
 ris *P*, *del. et corr. p*; post amatoris *ras. 3—4 litt. M* 21 emen-  
 datinē *B* 22 fastidio *BVII* 23 posses *II* quantum —  
 posset *om. V* non *om. M, supr. m* 27 oc *B*

factus cum iam sum alius, infelix, alia patiens? decipiunt vos rerum falluntque nomina. et ille qui odit, de amore miser est. non refert animi quid nimium velis, et inter sanitatem languoremque nihil interest, si utrumque ferre non possis. frustra mihi quisquam blanditur remedio cuius patior tormenta, cruciatus. aliud est, ut amare desinas, aliud, ut oderis. recessisse nunc me tantum putatis ab amore meretricis? ablatum est mihi ille hominis melior adfectus, perdidit miser quicquid est, unde gaudium, unde venit vitae tota laetitia. amor ille, per quem rerum naturae sacra primordia totiusque mundi elementa creverunt, qui tenet nunc figitque rixantia et de contrariis depugnantibusque seminibus molem perpetuae societatis animavit, fugatus eiectusque. non habeo infelix adfectum quo quandoque possim ducere uxorem, amare liberos, appetere amicitias, sperare convictus. quisquis odii medicamentum biberit, unum fortassis oderit, sed amare neminem potest. dii immortales! quid ego hausi? quale visceribus virus ingestum est? non fuit illud unum venenum: bibi miser execrationis quicquid totius mortalitatis ira contulerat, quod erat omnium ferarum, omnium serpentium congesta rabies. odii medicamentum quid aliud est quam adsiduus animi labor, perpetua tristitia et homo ab omnibus gaudiis in contubernium doloris adductus? fieri non potest, ut virus tam inpotens semel in viscera receptum

---

1 iam *om. M, supr. m* patens *BM* 2 nos  $\epsilon$  qui odit: quod id (d ex t) *B* de *om. M* amorem *B* 3 misertus *BV*  
 4 ferrum *B* 7 tantum *om. V* 10 naturae: nare *B*  
 12 tenent *BV* hunc  $\alpha\sigma$  contariis *B*, r *supr. b* 13 que  
*in ras. M* 14 armavit *BM* (vel animavit *supr. m*) eiectus-  
 que est  $\epsilon$  15 quoque quandoque *B* 17 unam *V*  
 18 ausi *B* 19 ingustum *B, corr. b* 20 execrationis: x *in*  
*ras. V*; ex<sup>a</sup>ectionis *M* amortalitatis *BV* ira bis  $\beta$   
 21 omnium ferarum *scripsi*; omnium furorem *B*; omnium fur-  
 rorum *VM $\beta$* ; omnium animalium ferarum  $\sigma$ ; omnium animalium  
 furor  $\epsilon$ ; omnium furor ferarum *Dess.* 22 quam *om. V*  
 23 labor: dolor *J* omo *B* 25 tamen *B* visceribus  $\beta$

sit et in unum tantummodo sensum mandeturque potioni,  
 quousque dominetur. ecce iam, mulier, odi. quid tamen **11**  
 adhuc facere illud in vitalibus putas? paulatim se ne-  
 cesse est per totum diffundat animum et, quamvis primo  
**5** statim haustu illud expugnet, in quod datur, brevi tem-  
 pore in nominis sui potentiam omnes reliquos stringit ad-  
 fectus. medicamento cui tantum contra animum primum  
 licet, prima fortassis vis erit odium, exitus iste, ut vene-  
 num sit. respondere, iudices, illis libet qui me paulo  
**10** ante dicunt in amore fuisse miserabilem. quanto crude-  
 liores, quanto graviores patior qui dicor explicitus? mo-  
 destior, cum amarem, et quietior. fuerat sane pallor in  
 facie, sed ipsa quoque comis, optanda tristitia. inveniebam  
 conloquia merebarque sermones, nunc me omnes fugiunt,  
**15** aversantur, oderunt. tum frequenter a lupanari deducebat  
 pudor, abiciebat occursus, nunc publica detinent, quod  
 queror, adsisto, convicior. pro miseranda condicio! rideor **12**  
 ubique, narror, ostendor. ego sum tota civitate meretricis  
 inimicus. si patior miser illas lupanarum insultationes,  
**20** illa compotantium maledicta, convicia, non possum satis  
 tormentorum exprimere mensuram. odi, nec unquam visus  
 sum magis amasse. intellegitis, puto, iudices, hominem  
 qui tantum ad vos detulit animi mentisque cruciatus, et  
 pro vita queri. sed potio infelix, quicquid est, per quod  
**25** paulatim proficitur ad mortem, assidue mecum rixatur ad-

1 mandeturque *BVS*; manetur *M*      2 quousque *om. V*  
**5** austu *B*, h *supr. b*      impugnet *V*      6 potentium *B*      re-  
 liquos *B*      7 medicamentum *BVβσ*      primum *om. V*  
**8** vix *σ*      odium erit *V*      exitum siste ut non venenum *M*  
**11** patiar *Bσ*      decor *B*      12 amare *B*      15 aversantur *ε*:  
 adversantur *ω*      tum: tamen *H*      16 abigebat *Gr.*      pub-  
 lifice *Sch.*      quod queror: conqueror *β*      17 adsistor *α*  
 condio *B*, ti *supr. b*      18 per totam civitatem *M*; civitatē *B*  
**19** sic *ε*      lupanarium *VMβ*      20 illas *α*      compotantium *Gr.*:  
 corporarium *α* (*in* -alium *corr. B*): corporalium *βσ*; scortatorum  
*Dess. p. 95*      24 potio operatur *inf. M*      quicquod *B*; quid-  
 quod *V*      est *om. B*      25 proficiscitur *V*

fectus, et brevi necesse est consumar quo cotidie vincor. quae putatis esse tormenta, quem dolorem, cum mens vetatur oculos sequi, cum a luminibus suis animus abducitur? odio quod non proficit, hoc superest, ut occidat. me infelicem, si venenum istud non habet mortem, si mihi inter hos dolores longior vita ducenda est. cur ego post hoc animi vices, quae commenta prospicio? si meretricis inpatientiae omnia licent, hoc erit remedium, ut amare rursus incipiam.

## XV.

10

## ODII POTIO II.

Meretrix amatori suo pauperi dedit odii potionem. accusat illam pauper veneficii.

1 Etsi, iudices, ita a natura comparatum est, ne sit ullus iustior dolor quam beneficii sui perdidisse rationem, nihil-  
que gravius adficiat conscientiam bonorum quam quotienscumque nulla merita ceciderunt, non efficiet tamen nefan-

1 necesse **B**; necesse **M** quo *om.* βσ vincar **V**  
4 odio *om.* **M** 5 felicem σ sed venenum **B** 6 cur: quos **M**  
7 vices commentaque ε; v. tormentaue *Obr.* 8 impotentiae ε  
9 <sup>r</sup>ursus **B**

*scriptio deest in B* M̄ FABI Q̄NTILIANI ODIJ POTIO  
EXPLICIT. **V** EXPLIC̄ ODII POTIO; INCIP̄ DE POTIONE  
QVAM DEDIT PVELLA IVVENI VT 2TEMPTIS ALIIS SE SOLAM AMARET (*minio picta*) **M** Explicit. Item odij potio incipit. β (*minio P*)

*titulus et argumentum desunt in B in marg.* THEMA  
(*minio*) in aliis sic tema incipit; sequuntur l. 12 sq. 13 EXPLIC̄  
THEMA (*minio*) **M** post veneficii *add. minio picta* INCIP̄ EL2  
Dē PARS ALTERA CAVSA XV **M** *argumentum om.* β

15 venefici **B**; veneficii **V** 16 adficiat *ex -faciat B*  
quotiensqueque **V**; quotiensque **Mσ** 17 nulla praecesserunt  
merita convitia inciderunt **M**; irrita merita ceciderunt *Gr.*; inutilia m. c. *Obr.* efficient **BVσ**



dum praesentis reatus indignumque discrimen, ut misera puella non gratuletur sibi quod illam pauper accusare iam potest. timuerat infelix, ne remedio suo sic repugnaret pauper, ut magis amaret, ne iuuenis in omni genere animi  
 5 contentiosus ac pertinax potionem illam dolore coactae sanitatis expelleret. bene, quod et terribilis et minax est pauper, quod poenam nostram, quod sanguinem petit. non expectes, ut statim gratias agat qui sanatur invitus. nobis tamen, iudices, hodiernam pauperis mentem non prima  
 10 fronte tractantibus miserrimus iuuenis nondum videtur explicitus, et, si bene prioris ardoris impatientiam novi, quod cum maxime facit, ira, non odium est. alioquin si profecisset remedium, et a pristino furore iam liber animo intellectum sanitatis admitteret, omnem adhuc puellae vi-  
 15 taret occursum, non sibi crederet ultionem et ipsum quoque iudicii timeret adire complexum. deprehensa est, puto, novissime potionis supervacua persuasio. amat, iudices, amat qui queritur quod non ametur.

Quid agam hoc, iudices, loco? sub quo temperamento  
 20 defensionem periclitantis adgrediar? timeo, ne, si coepero simplicissimae puellae laudare mores, referre probitatem, amare rursus pauper incipiat. sive enim, iudices, malignitas est persuasionis humanae formam vacantem vocare meretricem, seu miserae nomen id inposuit aliquis amator  
 25 cui cum corporis bonis fortuna non dederat unde severi matrimonii castitati sufficeret, laboravit necessitatum sua-

2 gratuletur: tuletur **B** accurre iam non potest **B**  
 4 in: non **B** 5 coactae *ex* aoactae **B** 6 ¶ et terribilis **M**;  
 de **BVσ** 7 ā sanguinem **P** 8 exspecut **B**, tat *supr.* **b**  
 9 tm̄ β; manem **B**; *corr.* **b** 11 ardor **P** *post* impatientiam  
*ras.* 16—18 *litt.* **M** 12 cum *om.* **Mβσ** proficisset **B** 16 con-  
 plexum: consessum *Sch.*; conexum *Dess.* 17 amat *alterum om.*  
**P**, *add.* **p** 19 temp<sup>e</sup>ramento **B** 20 ne si: nisi **B** 21 pro-  
 bitatim **M** 23 formae *Sch.* 24 misere probrum nominis  
 iudices inposuit ioco aliquis *ect.* **M** nominis **BV** iūd **B**  
 25 cui: quia *Bu.* bona **BM** se veri **Vβ** 26 castitati ε:  
 -te ω necessitatum **Vβσ**

rum custodire probitatem. nullius unquam per hanc ma-  
 trimonii turbata concordia est. nemo questus est pro filio  
 pater. nemo exhaustas facultates in avidissimos sinus  
 paenitentiae dolore deflevit. temptet licet ingratus  
 iuvenis invidiam miserae facere prioris adfectus, non po- 5  
 terat obicere meretrici et quod amarit, et quod amare  
 desierit. ne quem igitur accusator hac prima fortunae  
 suae conploratione decipiat, tamquam meretricis caritate  
 consumptus sit, securi estote pro innocentia nostra, talis 10  
 incidit, talis adamavit nec habuit quod perderet in tam  
 inmodico ardore nisi mentem. vidistis enim notissimum  
 tota civitate miserum. cum lupanari noctibus diebus de-  
 serviens et, quamvis indulgentissimae puellae simplicitate  
 frueretur, modo tamen maledictis opprobriisque vulgi, modo  
 crebra rivalium contentione pulsatus abigi tamen coupesci- 15  
 que non posset, movit mitissimam puellam hic infelicis  
 adfectus. laboranti primo sui voluit facultate succurrere,  
 sed quicquid indulserat, fovebat ardorem, quaeque in hanc  
 patientiam prona persuasio est, quia nihil praestanti me-  
 3 retri tam saepe contingeret, amator sibi videbatur. post- 20  
 quam nihil miseratio, nihil proficiebat humanitas, tempta-  
 vit asperitate discutere. poposcit, exclusit. non defuerunt  
 misero preces, adhibita sunt ex ipsa iuvenis condicione  
 consilia. sed ista vincebat, et vires amoris impedimenta  
 perdebant, donec intellegeret, hominem qui explicari ra- 25  
 tione non poterat, necessitate servandum. puto, iudices,  
 frustra male audit inmodico pauper ardore. meretrix

---

1 probitē<sup>ta</sup> **B**    hāc<sup>n</sup> **B**    3 nemo: no (n in ras. ex m) **B**  
 5 invidia **BV** (m add. **b**)    faceret **B**    pris<sup>or</sup> **B**    7 accusator **B**  
 9 securi om. **B**    talis incidit om. **B**, *supr.* **b**    11 inmodic<sup>c</sup>  
**B** nocentissimum  $\rho$     14 que om.  $\beta$     15 contention<sup>e</sup> **B**  
 pulsatur **M**    16 movet **BV**    imitissimam **B**    17 primo  $\epsilon$ :  
 prima  $\omega$     18 hac impatientia  $\beta\sigma$     19 perpersuasio **B**  
 praestant **B**, i add. **b**    23 adibita **B**    24 amoris ex -es **B**  
 25 intellegeret  $\epsilon$ : -ent  $\omega$     hominum **B\sigma**    26 poterant **B**

magis amavit hominem, a quo noluit amari. consumptis  
 igitur optimae feminarum cunctis indulgentiae severitatis-  
 que consilii, dum apud omnes de pauperis sui amore  
 conqueritur, incidit remedium quo iam dicebatur alius  
 5 amator explicitus. quae prima igitur medicamenti pariter  
 ac dantis integritas est, non negatura porrexit, adiuvit  
 deinde quod dederat, imperavit sibi, ne quas admitteret  
 amplius preces, ne querelis adsistentis, ne lacrimis move-  
 retur, exclusit. vultis scire, iudices, ubi sit medicamenti  
 10 quod obicitur, totus adfectus? quisquis odium dedit, omnia  
 post hoc facit, ut debeat amari. quanto iuvenis hoc me-  
 lius? in forum aliquando venisti. incipis agere serium,  
 gravem, iam leges, iam iura loqueris, conviciaris maledicis-  
 que meretricibus. hunc tu animum modo inter libidines ac  
 15 scorta perdebas macie notabilis, pallore deformis solaque  
 inpatientiae tuae fabula notus. perieras infelix, nisi bi-  
 bisses venenum.

Veneficii agit. credam mehercules, iudices, ad sub- 4  
 20 scriptionis huius inmanitatem expectasse publicae severi-  
 tatis aures, quoddam saeculo nefas nuntiaret hic gemitus,  
 quae prosiliret orbitas de novercalibus quaesitura com-  
 missis, quem pestiferis heredum medicaminibus enectum  
 tristis comploraret adfinitas? non pudet ergo quod va-  
 25 catis lupanarium querelis et ad vos deferuntur amantium  
 rixae? videtis nunc accusatoria fronte terribilem? oscula

1 amovit *Vσ* hominum *B*, corr. *b* a om. *BV* 3 omnis  
*B* pauperi *B* 4 co<sup>n</sup>queritur *B*; queritur *M* quod *BVP(S?)*  
 6 non *del. Gr.* necatura *β* 7 in aliis *hř* impetravit *supr. m*  
 8 moverentur *α* 10 omnium *M* 11 quando *V* 12 seriam *J*  
 13 grave *α* iam leges om. *J* 14 tu om. *BP* (*supr. p*) libi-  
 dinis *β* 16 perieras — agit *l.* 18 om. *J* 18 veneficii causam  
 agit *M* credebam *βM* suscriptionem *B* (corr. *b*) *MP*; sub-  
 scriptionis *ex -em V* (corr. *altera manus*); subscriptionem *Sσ*  
 20 gemitus minabar *M* 21 prosiliret *ex -eret B* 22 quem:  
 qm̄ *P* heredum *Bu.*: -em *ω* enectum: necdum *BV*; evec-  
 tum *β* 23 tris *B* vacatis: evocatis? 24 lupanarium *V*  
 ad vos: duos *M* animantium *B* 25 hunc *Mβ*

poscit, destitutos queritur amplexus. vultis vos abire potius in vestra secreta, ibi gaudia querelasque mutata conversatione consumere? non agnoscunt leges ac iura miseros. hic audiuntur seriae calamitates. non est ultione dignus, de quo potest efficere meretrix, ut queratur. 5

Et quando umquam, iudices, audistis de veneficio vivum querentem? facinus hoc semper ex mortibus accepit invidiam. si latrocinium, probes cruore, vulneribus, si sacrilegium, spoliis numinum praedaeque templorum: ita, veneficium si arguas, oportet ostendas putre livoribus cadaver, 10 inter efferentium manus fluens tabe corpus. ut iam istud obicere possit, et vita debet aliquid esse passa quod invidiam mortis imitetur. veneficium voca quod caecitate grassatur, quod in aliqua deprehenditur debilitate membrorum. profer, agedum, corporis notas, in quas se noxiae 15 potiois vagus fervor effuderit, ubi depasta senectus visceribus saevitura consederit. aspicio par laboribus corpus, retinere sua ministeria sufficientem animum, seriis actibus, 5 accusatoria firmitate robustum. crede, iuvenis, hominibus qui te modo noverant, nunc acrior, erectior resedit in 20 sensus vigor, in membra sanguis viribus velut novae iuventutis exultans.

Bibisse te medicamentum probare non posses, nisi meretrix fateretur. quod si permittitis, iudices, ut quicquid contra consuetudinem datur, ad huius vocabuli re- 25

---

1 nos  $\epsilon$  2 nostra  $\epsilon$  querelaque  $V$  mutua  $Bu.$  8 sacrilegium  $V$ ; sacrilegium  $\equiv M$  9 spoli  $B$ , s *add.*  $b$  nomen  $B$  temporum  $B$  14 quo  $V$  15 vagedum  $BV$ ; agendum  $\beta$  16 feror  $B$ , *corr.*  $b$  effuderit: i *ex corr.*  $B$ ; effuderet  $P$  ubi — consederit *l. 17 om.*  $B$ , *in marg. infimo add.*  $b$  depastis  $Gr.$ ; depastis intus  $Obr.$  senectus: sensus  $Dess.$   
*p. 99* 17 <sup>se</sup> conderit  $V$  hospicio  $B$  18 sua retinere  $V$   
 19 omnibus  $\epsilon$  20 noneram  $B$ , noveramus  $V\beta\sigma$  erectiorque  $\beta$  rediit  $Gr.$ ; se dedit  $Bu.$  21 membra:  $m$  *in ras.*  $V$   
 iuventu <sup>tu</sup>  $M$  23 bibis  $B$  24 permittis  $M$  25 extra cons.  $\beta\sigma$  ab  $BV$  (*corr.*  $b$ ) uius  $B$  vocabuli  $Obr.$ : vulgi  $\omega$

feratur infamiam, beneficium male audiendo vertetur san-  
nitatis, statimque merebitur sceleris invidiam quicquid  
profuerit invito. illud tantum noxium virus vocavere  
leges quod non admitteret interpretationis incertum. ini-  
5 quissimum est venenum videri quod in potestate bibentis  
est, an sit remedium.

Sentit, iudices, iuvenis crimen quod detulit, nec nomine  
nec effectu scriptionem legis implere. itaque ex vocabulo  
mulieris quaerit invidiam. 'meretricem', inquit, 'accuso.'  
10 nescis, mihi crede, iuvenis, sceleris quod detulisti, qualem  
mihi debeas probationem. rem expecto mehercules, ut sit  
ante omnia minax vultus, feralis habitus, horreant squa-  
lore crines, rigeat super nefandas cogitationes efferata  
tristitia. facinus quod dicitur inquietare superos, sidera  
15 diris agitare carminibus, tumulos, busta scrutari et am-  
putatis cadaveribus ipsas in scelus armare mortes, fieri  
non potest, ut auctorem suum non statim primo prodant  
aspectu. vides veneficae non horridos vultus placidamque  
faciem. si cogitationes, si consilia pertractes, sola cura  
20 de forma, omnis in hoc conlata meditatio, ut sollicitet  
aspectu, sermone detineat. audio subinde exactas mero 6  
noctes, tua, mulier, convivia, perditas amantium rixas. me-  
rettricis unum veneficium est, ne desinat amari.

Numquid inique, iudices, in tanti sceleris subscriptione  
25 depono, ne nominibus reos velitis aestimare sed moribus?  
venefica tua quid prius unquam, quid simile commisit?

1 infamia *V* beneficio *BVσ* diendo *B*, dicendo *δ*  
vertetur *Dess.*: ut et *Bσ*; ut ad *V*; vitetur *Mβ* 2 statum que *V*  
3 vocare *BVσ* 5 venenum — est *l. 6 om. B* venenum et quod  
— est *om. M*, *add. m in marg.* videre: iudices *β* 7 crimen:  
venenum *M* ne nomine *J* 8 nec ante effectu *om. B*, *supr.*  
*δ* legis valet implere *M* ex *om. B* 10 credere *J*  
sceleris *om. J* 11 meercules *B* 12 minax *ex -as B* squa-  
lores *β* 13 rigeant *B* 15 tumulos et busta *β* scrupari *M*  
16 mortes: *ex -tis B*; mortis *V*; manus *Mβσ*; vel manes *m*  
fleri *BV* (*corr. V*) 17 actorem *β* 19 si consilia, si cogita-  
tiones *M* 20 sollitet *M* 21 exactas *B* 26 quid simile:  
*d ex s V*

cuius per hanc expugnatus animus? quis queritur iuuenis? quis senex? quis dives? quis pauper alius? in te ergo solo venefica, in te tantum aliud ista quam meretrix. vultis integritatem puellae breviter probem? hanc quam nunc pauper detestatur, accusat, amare mallet. omnia, 5 iudices, facinora, ni fallor, causas vel de cupiditate vel de simultatibus trahunt. quod odium de amatore meretrici? quae praeda de paupere?

'Odium', inquit, 'accepi.' ecquid, iudices, satis me contra infamiam veneni vel solum medicamento nomen 10 absolveret? nec invenio, cur debeat idem videri quod non potest idem vocari. agedum, iuuenis, potionis imple huius inmanitatem: dic: 'odium accepi contra coniugem, contra liberos meos, ut' a sacris avocarer adfectibus, ut pignora sancta despicerem.' illud odium in meretrice fa- 15 cinus est quo utitur in sui caritatem. ita vel hoc solum sufficit excusationi quod illa contra se tantum dedit.

7 'Odium', inquit, 'accepi.' nunc te hic reposco, iuuenis, invidiam quam fortunae nostrae paulo ante faciebas. dic: 'meretrix dedit, prostituta porrexit.' o quam timueram, 20 ne diceres: 'amatorium sui.' consurge agedum, iuuenis, et totis corporis animique viribus imple susceptae accusationis horrorem. est quod audiente tota civitate proclames: 'miseremini mei, adiuvate, succurrite, bibi medicamentum crudele, saevum, desii pauper amare meretricem. iamiam 25 non inquietis noctibus vagus vilissimi cuiusque perditos patior ictus, nec exclusus ante lupanarium fores posterum

2 qui dives **B**      qui pauper **BV**      3 veneficia **B**; -tia  
**VM** alius **BM**      4 breve|viter **B**; be<sup>r</sup> uir̃ **V**      5 estatur **P**  
6 nisi **Vβσ**      ni fallor facinora *sed transp.* **M**      puditate **B**  
7 simulati<sup>bus</sup> **M**      8 quae: quo **M**      9 etquid **BV**      12 imple **ε**:  
impie **ω**      13 accipi **B**      14 adfestibus **B**      15 meretricem **β**  
16 quod **BMσ**      18 ibi **M**, hic *supr.* **m**      21 atorium **B**  
sui **ε**: sibi **ω**      22 animisque **B**      24 bibe **B**      26 quietis  
**M**, ī *supr.* **m**      non<sup>c</sup>tibus **B**      27 luparium <sup>an</sup> **B**; lupanarum  
*exc. Mon.*

diem pervigil amator expecto. possum navigare, colere  
 terras, sufficio militiae, redditus mihi est animus quo  
 fierem maritus, quo senectuti liberisque prospicerem.  
 quantum, dii deaeque, remedium condicione bibentis  
 5 valuit? fecerat te potius ista felicem, si divitem  
 puella. ita vel hoc non solum, iudices, innocentissimae  
 puellae pro defensione sufficeret quod nihil fecit causa  
 sua? amatorem dimisit, explicuit illa quae captare dicitur,  
 ut ametur, quae sollicitat, quae corrumpit adfectus.  
 10 ingrate, quanta de te potuerit gloria frui? non quidem  
 confers pretia, non stipes, sed adsides, sequeris, haeres,  
 praestas comitatum, favorem, laudas ubique, miraris. hinc  
 ergo iam meretricibus, quod illas etiam pauperes ament,  
 quod facile contingant, quod laboribus exorentur adeun-  
 15 tium, <invidiam> facies, hic amator, ut divites ament, in  
 crimen maximum captas transferre beneficium? ut aliquis  
 amare desinat, non nisi ab amante praestatur.

Quid ais, iuvenis? ita bibisti potionem quae finem 8  
 cupiditatibus daret, premeret ardorem, desideria restingue-  
 20 ret? abi, recede, dum puellae publico generis humani  
 nomine gratias agimus quod hoc fieri posse monstravit.  
 furor ille qui, si credimus, numina quoque detracta side-  
 ribus misit in terras, qui de sacris venerandisque pigneri-  
 bus monstra commentus est, ardor qui miscuit hominum  
 25 ferarumque concubitus, ferrum, ignis, claustra laxabat, per  
 interiecta late maria fugiebat, vetatur, perit. accipite  
 quod magis debeatis stupere, mirari: remedium amoris  
 mulier invenit. desinite nunc incestum timere, mortales,

---

2 terram **P** 4 quam te **BH**; quante **V** conditioni  $\beta$ ;  
 -em  $\sigma$  5 potio **M** istam **B** 7 puellae *om.* **M**  
 8 dimisit et explicuit **M** 11 pretia: praemia  $\beta$  *post*  
 pretia *ras.* **V** adsidisse quaeris erat **B**; absidisse queris  
 heret **V**; assidisse queris heres  $\sigma$  12 favor est **V** lauda  
**BV** miseraris **V** 14 contigat  $\beta$  15 invidiam *add.* **Dess.**  
 hinc  $\epsilon$  19 restringeret **V** 21 agamus **M** 23 pignoribus **V**  
 25 ignes **M** $\beta$  $\sigma$  26 interiecta  $\epsilon$ : interrta  $\omega$  laetae **B**  
 accipite — invenit *l.* 28 *om.*  $\beta$  28 desinite -- mortales *om.* **J**

nulla pietas horreat infandae cupiditatis instinctum. quicquid non parentum minae, castigationes, non serii propinqui, non paupertas, non necessitas poterat efficere, haustus brevis, facilis, unus extorquet. o si quis odium posset omnium bibere vitiorum! felix profecto mortalitas, si reliquos lapsus incommodosque mentis errores fas esset infusa potione compescere. facinus est quod maximum remedium gratiam sui vocabulo perdit auctoris. miraremur hominem qui illud contra meretricem dedisset.

Tibi tamen ultra omnes inmodica cupiditate flagranti, tibi praecipue succurrendum, iuvenis. cuius homo conditionis adamaveras? divitiis opus est, ne simus in amore miseri, et inpotentissimi mali difficultates illi fortasse non sentiant quos contra fastidia ceterosque contemptus explicat felicitas magna pereundi. felix profecto qui non nisi facultates in lupanari effudit. tu perdis animum, ille aes: tu bibis uxoria, ut lacrimis rogas, pallore blandiris, et, quod ad pessimum spectat eventum, miserabilis sis oportet, ut amator esse videaris. finge te nullum huius adfectus sentire cruciatus, id amare te pauper saltem non pudet? homo cui non vacaret agere longa languoris, quem aegrum non deceret totarum noctium quies, excusare non possis, si tantum perdidideris dies. cuius census ex manibus, ex laboribus substantia, quem <cibus> cotidie poscit

1 nunc illa pietas **B** nefandae **V**βσ 2 non: nunquam β parentium **V** minae ε: mirae ω castigationis **V**  
 7 potionem β maximum **V** 8 actoris β 10 post ultra  
 6 *litt. er. M* 12 divinum **M**, divitiis . . . quod melius *in marg. m*  
 15 fecitas **P**, corr. **p** qui non nisi: quam **BV** non nisi  
 om. σ; nisi om. **M**β 16 ille aes om. σ 17 aes: est αβ  
 uxor attu **BV** 18 expectat **B** adventum σ 19 fingū te **B**;  
 fingite **V**; fingo te **M**, corr. **m** 20 cruciatum **M**β adamare  
*Gr.*; sic a. *Sch.*; ipsum a. *Bu.* 21 languoris **B**; languoris  
 otia ε 22 aegrum quae ω; corr. *Gr.* diceret α (2 *litt.*  
*in fine er. V*; corr. i in e **m**) tota **M**, corr. **m** excusari **V**  
 23 perdidideris **V** censum α; sensus **P** 24 laboris α  
 cibus *add. Bu. post poscit; transposui*



ultra rationem in dies demensus, amentiam pateris, ad-  
 vers<is reb>us felicium oscula tantum amplexusque medita-  
 ris, et, unde tibi calamitatis huius non potest nec venia con-  
 tingere, de voluptate miser es. expectandum videlicet, quando  
 5 te famis, inopia castiget. sed inter ista coepisti: quid iam  
 facere potest ratio, consilium? odio sanandus est quem non  
 explicat quod pauper adamavit. non tamen intellegere pos-  
 sumus te non solam <sanaturam> fuisse paupertatem. ite-  
 rum non opes tantum tibi, non facultates defuerunt: non  
 10 erant, quantum video, propinqui, non amici: alioquin illi te  
 potius nostra potione sanassent vel, si ignorassent huius  
 graminis virus, vinculis nexibusque tenuissent. quid blandis  
 adfatibus inpotentissimum eludis adfectum? datum est  
 15 remedium dolori qui saepe egit in laqueos, in praecipitia  
 compulit, qui cruciatus laborantis animae vulneribus emisit.  
 quantum amori in homine liceat, illi magis sciunt qui  
 amantur. iunge nunc cum fortuna tua condicionem mu- 10  
 lieris adamatae. incideras quidem miser in puellam mi-  
 nime superbam minimeque difficilem. quasdam tamen non  
 20 possumus circumire meretrices. quam multa pro illis ex-  
 igit sexus, aetas poscit! semper necessitas petit corporum  
 cultus, poscit tristissimae stationis impatientia. totos in-  
 felix dies lupanarium foribus inpendes, ut quando pro-  
 stituta pauperi vacet. contentione numerantium dilatus,  
 25 exclusus, otium meretricis expectas. negatur tibi com-  
 plexus, indignatione persequeris. contingit, verum felici-  
 tate corrumpis. spem gaudia parant, adversa contri-

1 dimersus **BM**; demersus  $V\beta\sigma$  amantia **B**; amentia (*ex*  
 -antia **V**)  $V\beta\sigma$  adversus  $\omega$ ; *corr. Klotz*; in adversis *Sch.*

3 contigere **B** 5 famis  $\beta\sigma$  6 sanandum **BV** 8 te non  $\omega$ :  
 tecum  $\epsilon$  solum **V** sanaturam *add. Dess. p. 91*; te in sola fuisse  
 paupertate *H. phil. Wochenschr.* 12 vires  $\epsilon$  13 adfatibus  $\epsilon$ :  
 affectibus  $\omega$  14 praecipia **B** 16 hominem  $\beta$  17 amant  $\epsilon$   
 19 quaedam ... circumcidere *Bu.* 21 semper — poscit *l. 22 om.*  
**BM**, *in marg. add. m* 23 inpendes  $\epsilon$ : impendit **BV**; -is  $M\beta\sigma$   
<sup>>do</sup>  
 quq; **M**; quandoque  $\epsilon$  24 et contentione  $\alpha$  (*V er.*) 26 contig-  
 tigit **BM** 27 conditione **BV**; contrictionem **M**; contentionem *Gr.*

tionem. ex utraque fortuna desideria coalescunt. nobis crede qui vidimus, quis tibi tunc fuit corporis habitus? quis pallor? quam miserabilis, quam pudenda tristitia? quotiens tu venenum bibere voluisti?

Non est igitur, iuvenis, quod tibi queraris illam mitissimam partem humanae mentis ablatam: non caritatem, sed impatientiam, non voluptatem, sed tormenta, non amorem, sed quod amaveras, perdidisti. amoris, si sapientiae sequamur auctores, antiquissimum numen et cui se naturae debet aeternitas. sed ille mitis et serius honestis cupiditatibus et viribus sacrae caritatis exultans, ut qui cuncta priscae noctis operta caligine diduxerit primum, deinde miscuerit. hic vero quo perditis visceribus adhaeremus inquieti, lascivientis adhuc aetatis instinctu tumultuosus ac petulans, telis funereis facibusque armatus. praestat igitur ille mortalibus liberos hac usitata coniugii pietate, hic incesta, libidines, adulteria, meretrices.

11 Referam nunc fabulosas inmodici furoris prodigiosasque novitates, conceptum nescientibus oculis ignoti hominis aspectum, formam suis in se luminibus ardentem, virgines patrum senectute flagrantis, mortalium ferarumque coitus

14 *cf.* HIER. epist. 52, 1 (p. 254) dum essem adolescens, immo paene puer et primos impetus lascivientis aetatis eremi durtitia refrenarem.

2 tunc *Obr.*: uni  $\omega$  4 quoties<sup>n</sup> **B** venenum—bibere (*sic*) **V**  
8 adamaveras **V** si $\equiv$  **V** patientiae sequar **B** 9 actores **P** antiquis antiquissimis **B** 11 et sacrae  $\beta$  12 post noctis *add.* visionibus **P**, *del. man.* 3 deduxerit  $\alpha\beta$  13 dein **V** quod **BV** 14 aut ad lascivientis **BV**; ad l. **M**

adhuc **B** instinctum **V** tumultuosa **BV** 15 stellis **V**; tellus  $\sigma$  fueris **BV**; funeris **M** (*e supr. m*); funeris  $\beta$ ; *corr.*  $\epsilon$  que *om.*  $\alpha\sigma$  (*add. m*) 16 hac usitata: accusatura **BV**; ac usita **M**, *corr. m* coniugia **BV** ac usitatam coniugii pietatem *Klotz* 17 adhulteria **V** 18 nunc: num **BV**; non

*M* furosis **B**; amoris **V** inprodigiosque **BV** 20 formam  $\omega$ ; *corr.*  $\epsilon$  suis *om.* **J** ardentes **M** virgines  $\epsilon$ : virginem **BM**; virginum **V**; virginis  $\beta$  21 patrum  $\epsilon$ : patrum  $\alpha\sigma$ ; partum  $\beta$  flagrantis  $\beta$  coitus *Klotz*: vultus  $\omega$ ; fetus *Obr.*

usque in monstrosa fecunditatis onera perlatos? ex omnibus tamen quae nobis patientibus extorquet affectus, hoc saevissimum patimur, quod nemo vult in amore sanari.

‘Ego tamen,’ inquit, ‘amare mallet.’ hoc est ergo, 5 propter quod opus odio fuit. nihil agebant castigationes nec preces, consilia perdebant. odio debet amator explicari quem sanat adamata. interrogare te hoc loco libet, numquid accusare posses, si quod fecit medicamento puella, fecisset animo? licuit te reoscere, quantum numerare 10 non poteras, fastidire, contemnere. iam indignaris quod te maluit remedio quam dolore sanari. mulier cui ad dimittendum amorem sufficiebat, ut odisset, ipsa pro te commenta est, ut illam tu potius odisses. finge te tamen aliqua remedii tui sentire tormenta, adrogantissime miserorum, tu autem sperabas ardoris inmodici felicem statim 15 sanitatem. quid, si queratur aeger abstinentiae dolore sanatus? excussa sunt plerumque languentium vitia verberibus, redempta debilitate vita, ignibus, vulneribus interdum profutura grassata sunt, et quae fuissent mala sanitatis, in gratiam remediorum de maioris periculi comparatione redierunt. 20

Vix mehercule contingere potest, ut hilares ab hac in- 12 patientia laetique discedant quos pudor, quos satietas, quos paenitentiae ratio dimittit. nec sine aliquo morsu 25 resilitur a malis quae voluptate tenuerunt. iterum materia amoris est, desinere nec queri. opus fuit pari diver-

1 honera *V* 2 quae nobis: quem (que *M*) bis *ασ* (*corr. m*) patientibus *BVII*;  $\equiv$ pat $\equiv$ entibus (*initio ras. 6—7 litt.*) *M*, vel patientibus *supr. m* 3 quo *BVII* satiari *J* 6 perdebantur  $\epsilon$

10 contemnere *M* 11 dolose *M* 12 dimitentū *B* 13 finge te: fingite *BV* te *om. σ* 14 remedia *ασ* (*corr. m*) tua

*BVσ* 15 sperabis  $\beta$  17 excu<sup>s</sup>a *B* vitia *om. M* 18 redemptaque *M* vitia  $\omega$ ; *corr. Dess.* 19 grassata *B* 20 gratia  $\alpha$  sanitatis *ante de add. et exp. V* 22 inpatientia *V* 25 voluptatem *M* maria *B*; matheria *V* 26 queri $\equiv$  *M*

sitate, viribus quantis adamasti, ne resipisceres neque frequenter in media sanitate subsisteres. quale tibi remedium debuerit adhibere, vel ex hodierno senti, iuvenis, adfectu. pro homine qui post odium queritur quod non amet, parum fuit, si amare desineret. audi igitur, ingrattissime, quatenus ad publicas aures secreta vestra proferre voluisti: dedi. quid enim, inquit, facerem quae remedia tua multa perdideram? ferre misera non poteram quod te iam coeperunt omnes ridere meretrices. repete, agedum, illarum conloquia noctium quibus te frequenter alterius et fortasse divitis amatoris iniuria receptum inter oscula amplexusque monui. quid miser cum fortuna, quid cum mea condicione rixaris? parce necessitatibus meis: duo pauperes sumus. sed et tu quotiens in sinus meos lacrimis fletuque resolutus exclamasti: sentio furorem, sed imperare oculis, sed animum regere non possum! quam libenter te, mulier, odissem! non est igitur, ingrattissime mortalium, quod beneficium nostrum nomine potionis infames. remedium bibisti, sed illud odium tuum est. quid? quod furis, conviciaris, exclamas, non est haustus illius adfectus, sed amor. talis fuisti. aliud sunt, aliud illi quos in voluptates superfluentium facultatum mittit secunda felicitas. improbius pauperes amant. sic tumultuabaris admissus, sic moras, sic impedimenta ferre non poteras. maledicebas populo, conviciabaris intrantibus. cuius unquam felicitas commutata fortuna est, si tunc omnes oderas, nunc unam pauper odisti? quin potius, iuvenis, admittis consilii rationem? quid agis, infelix? cur redditam modo sanitatem rigore nimiae contentionis exasperas? praedico, testor,

1 neque ne *Vgσ* 3 adhiberi *M* odierno *B* 5 amare: sanare *V* 8 tua *om. β*; ita *Sch.*; tam *Obr.*; iam *Bu.* 9 ridere: odire *V* recepere *B*, corr. *σ* 12 cum vel tum? *P* 15 imperatores *B* 19 esse *V* quid *om. M*, add. *m* fures *BV* 20 conviciaris *B* sed: et *BV* 21 aliud alterum *om. V* voluntate *α* 22 facultatum *VMσ* 23 tu tumultuabaris *M* 28 <sup>u</sup>q̄r *B* 29 ante exasperas add. perfura *P*, del. man. 3 praedico *M*

consumis odium, nondum totam mentem vis perfusa possedit, adhuc circa te duo maximi rixantur adfectus. adiuva potius, adiuva potionem. contradic, agedum, quicquid est aliud quod tumultuatur, exaestuatur totumque sanitas componat hominem. tunc te sciemus amare desisse, cum desieris odisse.

Et innocentiam quidem puellae satis, ut spero, defendimus, magnitudo periculi vocet preces. consurge, agedum, miserrima feminarum, reliquam defensionis tuae partem tuere lacrimis. accusator, quid speras? quid expectas? ad genua tua non mittimus eam. toto licet infelicem terrore convenias, non exosculabitur manus. mortem, suprema denunties, te non rogabit. frustra tibi aliquid de periculo nostro metuque promittis. nescis, puella non habet odii remedium. sane tamen viribus potionis effectum sit, ut accusaveris innocentem, sufficit ultioni vidisse pallentem, satis est audisse gemitus, memineris hanc esse quam tu non, iuvenis, odisti. quid agis? etiamne perferes illud pronuntiationis anceps, illud humanae salutis incertum? numerabis ergo sententias et, si damnaveris, exultabis, nefande, gaudebis? puto non adamasti. an et sequeris, dum carnifex trahit? intereris, dum hos oculos occisura contingit manus? dum haec amplexibus tuis nota cervix ad supremos nudatur ictus? non exilies? non pectus oppones? non fidem hominum deorumque clamabis? accipies percussam super palpitantia membra consistens?

2 miximi **B**, corr. **b** 3 contradicat **BV** 4 illud *Obr.*  
 quid **BV** 5 dedisse **BV** (corr. **b**) 7 quidem  $\equiv$  (2 vel 3 litt. er.) **M** 8 nocet  $\text{?}$  consurgere **BV** dum **V** 10 expectas **B** 11 terrorem **BM** 12 exosculabitur *ex -us B* manes **BV** suprema **B** 13 rogavit **BV** 14 odii *ex odie B* 15 fit **V** 16 ultionis  $\alpha$  17 memine **B**; memini **M** hanc <sup>n</sup> **B** tu *om. M, add. m* 18 non *om. BM* ais **M** perferis **B** (perferas **b**); perfereris **V**; perfers **M** 20 sentias **V** damnaveris *om. M* 24 hictus **B** 25 deorum hominumque **V** 26 super  $\sigma$ : nuper **BM**; numquid non **V** membra consistens  $\epsilon$ : merori (*ex memori M, corr. m?*) ad consistentes  $\omega$ : post membra *add. mirari Dess.* post consistentes *add. membra nudabis V*

potes hoc videre? potes hoc ferre? sanatus es. quod si quid tristius iudicii huius attulerit eventus, dii rapide pereuntium beneficiorum semper ultores, di quos iste crudelis in amplexibus puellae frequenter maerore, lacrimis aut finem amoris rogavit aut mortem, date nobis iustam de ingrato iuvene vindictam. non inprecamur debilitates, naufragia morbi. pauper sit et amet quamcunque meretricem et amare non desinat.

## XVI.

## AMICI VADES.

Duo amici, ex quibus uni mater erat, peregre profecti ad tyrannum appliciti sunt. mater cognito quod filius haberetur a tyranno, flendo oculos amisit. oblata est a iuvenibus tyranno condicio, ut dimitteret alterum ad visendam matrem, ad diem praestitutam reversurum ita, ut, nisi occurrisset ad diem, de eo qui restiterat, poena sumeretur. et iureiurando adstrictus est. venit iuvenis in civitatem. mater detinet ex lege qua parentes in calamitate deserere non licebat.

1 potest **B** 2 quid: quis *a* iudicium **M** huius *om.*  
**BM** diripite *aβ*; dirapite *σ*; *corr. ε* 3 uultores **B**, *corr. δ*  
 di: de **BV** quo **V** 6 iuvene *ex iubene* **B** debilitates *σ*: -tis  
**BMβ**; -ti **V** 7 naufragia (*f er.*) **M** morbos *σ*

*subscriptionem om. B (reliqua columna vacat) P* **M** FABI

QVINTILIANI MEDIOCRIT̄ ODIS POTIO EXPLICIT. INCI-  
 PIT AMICI VADES, *nova in linea minio picta sunt* INCIP̄  
 AMICI VADES. **V** EXPLIC̄ ODI POTIO; ICIP̄ ARḠ (*minio*)  
**M** Quintiliani odii potio explicit **S**

10 *titulus deest in BS* 11 duo — erat *om. a*; uterini  
 duo fratres peregre profecti *ect. M*, *in marg.* in aliis sic incip̄  
 thema duo amici *ect. m* 13 tyranno **BV**; *et talia saepius in*  
*codd. quod adnotare supersedeo* amisit oculos **V** 14 iuveni-  
 bus a **M** 15 ad diem: ad *ϕϕ* diem **B**; et ob diem **M**  
 reversurus **BV** 19 desere **V** *post* licebat *add. β* Explicit

Etsi, sanctissimi viri, olim omnes videor humanorum 1  
 pectorum adfectus in solam amicitiam contulisse et patior  
 invidiam hominis qui sibi non reliquerit, ut amaret et  
 matrem, quotiens tamen universam pietatis meae conscien-  
 5 tiam intueor, in qua minimum est quod videor bonus  
 amicus, non possum non hanc primam electionis nostrae  
 conplorare fortunam, quod mihi necesse est aut amicum  
 relinquere aut matrem. facinus, severissimi viri, facinus  
 fit impatientissimis adfectibus meis quod succurri non po-  
 10 test duobus. excedit omnem querelae meae conplorationem  
 quod tam diversis meorum conatibus adversa conveniunt,  
 ut videar eligere. quid non darem miser pro luce matris  
 qui, ut illam viderem, amicum dedi? fidem vestram, iu-  
 dices, ne inter maximas necessitates pereat usus hominis  
 15 qui paratus est duobus inpendi. iam hic est tota ratio  
 clementiae, ne ibi me detineatis, ubi non prosum. nec  
 dissimulo, sanctissimi viri, perferre me cum maxime tam  
 incredibilis exempli fidem, ut non immerito possim videri  
 cum matre concludere. ego videor excogitasse istum colo-  
 20 rem, et hoc quod detineor, amicitiae vocatur infirmitas.  
 miseremini, iudices, temptate me et dimittite. an voluerim  
 reverti, scire non potestis, nisi revertor.

Illud, sanctissimi iudices, illud adfectus meos torquet 2  
 ac lacerat quod sim ingenti expectatione deceptus. spera-  
 25 veram futurum, ut hoc loco rem magnam faceret et mater.

thema (*minio picta P*) EXPLIC̄ ARḠ ÎCIP̄ AMICI VADES  
*in marg.* CAVSA XVII<sup>a</sup> omnia minio picta *M*

1 etsi — olim *om. B. add. man. saeculi XIX* etsi — omnes  
*om. V*; dum hinc matrem praesentem, hinc fratrem contueor ab-  
 sentem, omnes videor *ect. M, in marg.* in aliis libris sic incipi-  
 tur causa etsi *ect. m*; tsi *S* 2  $\Xi$ pectorum (*corpore er.*) *V*

3 reliquerit *B* 4 quotiens *B* 5 benus *B* 6 possum *B*  
 possum hanc *V* vestrae *B* 10 querelle *B* 11 quod me  
 t. *a* tamen *BV* 12 ut non videar scire eligere *M* quid  
*M*; quod reliqui 16 prosim  $\beta$  17 proferre  $\epsilon$  maximè  $\epsilon$

tamen *a*; tum  $\epsilon$  18 credibilis *a* 19 videt̄ *B* 21 valuerim *M*  
 24 ingenti $\dagger$  *B* 25 futurum — paraveram *p. 292, 1 om. B*

paraveram apud tyrannum hanc iactationem, ut me crederet remissum, et genus ostentationis adamaveram, ut mirarentur hominis fidem etiam in orbitate. quo vultis hoc animo feram quod, etiam ut revertar, amico meo mater inposuit? et quantum ad hanc pertinet, maximum iuvenem decepit, illum qui meos crediderit adfectus. non possum, iudices, litis huius dissimulare facinus. innocentius fuerat, ut ego nollem reverti.

Viderint, sanctissimi viri, . . . . . sed receptas nominum persuasiones velut aliquam servitutem caritatis attendunt. me si quis interroget, nullos adfectus tantum nasci puto. et si quis omnia vera ratione respiciat quicquid liberos, fratres, propinquos invicem tenet, amicitia est. homines igitur quos cum maxime incredibilium rerum loquitur invidia, sumus sine dubio non eiusdem pars animae, non eiusdem pondus uteri, et quanto minus in causis, tanto plus in adfectu est. admirabilior caritas, in quam coimus viribus nostris. non pudet, iudices, hanc fateri persuasionem, minus debetur homini qui aliquem ideo tantum amat, quia necesse est. ita est, iudices, ita est: a primis statim aetatibus in eandem coire vitam habet aliquem fraternitatis adfectum.

Sic effectum est, ut nos statim fama committeret, et tali certamine coimus, ut, si quid accidisset uni, deberet alteri exemplum. inde est, quod et pariter reverti con-

1 tyrannum V ut <matris> morarentur *Dess. p. 89*  
 3 hominēs V etiam morbitate V 5 maxime M 6 accepit cum M crediderint M 7 dissimula<sup>re</sup> B 9 sed: qui ε; *de lacuna cf. Dess. p. 89* 10 karitatis M 11 nullus  
 BV effectus β 12 vera B persp. *Frantz* 13 est *supr. B* hominis α 15 sumus profecto sine V 16 uteris B; uturi P sed V quato B 17 est bis V ammira-  
 bilior karitas M qua β 18 hac B 21 cohire BM  
 24 cohimus B; coimus M (*h. cr.*) ut: et Bσ quis M  
 accidisse BV 25 et alteri V et *supr. B* contempsimus  
 ω; *corr. Bu.*



tendimus, et quasi facilius esset in ter<ra> fides, placuit  
 sub incerta pelagi cohaerere. nec tamen vanitate, nec 3  
 discursu putetis extractos: magnas et inexplicabilis navi-  
 gandi fuisse causas vel hinc potestis aestimare quod nos  
 5 non detinuit haec mater. utrumne igitur, iudices, sumere  
 de nobis etiam nunc voluit experimentum ipsa amicitia?  
 et parum fortuna credit hominibus adhuc tantum feliciter  
 amantibus? an haec est magnae semper opinionis invidia?  
 nec ulli unquam tam plena confessione laudantur, ut illos  
 10 non ipsa quoque amicitia temptare velit? litoribus ap-  
 pulsus sumus, homines, quorum omnia casus, fama custo-  
 diebat, consumimur terrore qui parentibus statim caecitas  
 est. hinc illud evenit quod sumus pariter alligati. sic  
 magis adversus solutum carcer inventus est. pudet, iu-  
 15 dices, fateri: iam in hoc victus, iam inferior recessi. ex  
 duobus magis amatur quem tyrannus paratus est alligare.

Quantum tibi, amice, debeo? non potuit nos dividere  
 nisi mater. tibi primum caecitas nuntiata est, tuus hic  
 adfectus fuit quod hoc credidit tyrannus. quid ille non  
 20 fecit! ut rex desideravit vicarium corpus, amplexus est  
 catenas. sponderi sibi voluit hominem rediturum. per  
 maria, per matrem repromisit de incertis tamquam de  
 animo suo. quis hominum pro se tam multa fecisset?  
 praestitit, inquam, amicus, praestitit rem quam videbatur  
 25 ideo tyrannus indulsisse, ne fieret, et hominem qui in re-

1 <sup>t</sup>equasi **B**    <sup>t</sup>ēē **B**    in terra **ε**: inter **ω**    fideles **M**;  
 fidos **ε**    2 incerto **ε**    tu<sup>7</sup> **M**    3 inter explicabiles **α** (-lis  
**BV**) **σ**    4 nos ~~nos~~ non **B**    5 detinuit *ex* detenuit **B**  
 haec: hic **ε**    6 ipsa *om.* **P**, *add.* **p**    7 credidit **ε**    8 amanti-  
 bus *ex* amentibus **B**    9 illas **BV**    10 non — velit *om.* **M**;  
 amicitia — velit *om.* **BVσ**    ad litoribus **BII** (ab **b**; a **h**); a lit-  
 toribus **V**; **≡**litoribus **M**    11 omni **BVII**; omnis **J**    12 con-  
 sumimus **BM** (*corr.* **m**) **σ**    14 iudicium **B**    16 amator **V**  
 18 ~~tibi~~ tibi **B**    19 tyrannus credidit **ε**    20 desideraverit **ω**  
*praeter* **V**; desideraverat *Sch.*; fecit ut dimitterer rex desideravit  
*Dess.* **p.** 88    21 ponderis ibi **V**    23 horū<sup>†</sup> minimum **B**    24 vi-  
 debat **B**    25 ideo: dē **H**; debere **J**    tyrannis **M**, *corr.* **m**

bus humanis hunc esse nolebat affectum, decipimus, dum temptamur.

4 Ego non invenio, cur horreat mater arcem, quid sibi velit quasi destinatas operire cervices. non odit me tyrannus cuius non interest, an alium occidat. miserere, 5 mater, si quis est magnorum meritorum pudor, querere hoc unum de caecitate: impatientius ex nobis amari semper absentem. cui tu fortunae, quibus necessitatibus inicis manum? me ad amicum meum admitterent alterius catenae tyranni, nunc mihi portas aperiret, subsidio navigium 10 pirata praestaret. si mehercules ante morerer, ire deberes, mater, ad diem. misera non intellegis quanto te magis pius obligaverit amicus? plus debes homini qui me tibi remisit, ex quo pati non potes, ut revertar. libet mehercules, iudices, libet misereri hominum qui me lau- 15 dant revertentem. amicus mihi credidit, ut redirem. ita nunc ego facio rem magnam, ego sum ille bonus amicus, ille mirabilis, ille narrandus. si qua dicentis fides est, facinus mihi videtur, quod scio me non esse periturum.

Sentit, iudices, et ipsa mater rem se facere turpissi- 20 mam, si necessitate detinear. itaque mulier quae adhuc de affectu cuncta fecerat, ad legem subito convertitur. 5 pessima, iudices, causa matris est, in qua plurimum lex potest. 'liberi parentes in calamitate ne deserant.' facinus est, iudices, hoc dici homini reverso. ita nunc ego 25

- 
- 1 volebat *M*      3 horrea *M*, *corr. m*      carcerem *N*§
- 5 cuius misericordia non *V*      non: nunc *M*      mirere *B*<sup>se</sup>
- 6 quis magorum *M*, *corr. m*      7 hoc *Bu.*: quod  $\omega$ ; quod  
unum d. c. potes *Dess. p. 89*      amaris  $\omega$ ; *corr. b*      8 fortunas  
 $\omega$ ; *corr. Obr.*      fortunas uberius impraecabaris quibus *M*  
inimicis *BV* (c *ex corr. V*)      9 admitteret  $\beta$ ; admittas  $\sigma$
- alterius — portas *l. 10 om. s*      catenae: catenae et *M*; catena  
et *reliqui*; *corr. Dess. p. 75*      10 tyrannus *M* $\beta$       subsidio:
- fastidio *II*      12 ad diem *B*      13 pius: plus  $\omega$  *praeter M qui*  
*om.*; *corr. Gr.*      qui me *om. V*      14 potest *V*      ut non rever-  
tar *M*      15 misere *B*      17 nunc: non *P*      18 miserabilis  $\omega$ ,  
*corr. s*      21 detinear *V*      22 affectu *B*

contemno matrem, ego despicio caecitatis obsequia, homo  
 qui omnium calamitatum mearum ambitum in hoc con-  
 sumpsi, ut redirem? qui inter supremas sollicitudines non  
 pro me rogavi? mihi quisquam contumacium supplicia  
 5 liberorum, mihi neglectae pietatis minatur invidiam? bone  
 Iuppiter, quanti mihi constitit, ne malus filius viderer?  
 inputem tibi necesse est, mater, quod meum amicum  
 propter te reliqui, ad quem facinus est non reverti. non-  
 dum, iudices, necessitates meas, nondum amici merita re-  
 10 fero; interim contendo, tunc esse tantum legis huius usum,  
 cum in calamitate soli sunt parentes. magnam partem  
 mortalium fortuna dimisit a legibus, nec ulla iura tam  
 tristia sunt, ut ea in adversis patiantur homines. ego,  
 cum me necessitas rapit, sic habeo queri, quasi relinquer.  
 15 excusatae sunt parentibus liberorum calamitates, et si  
 quem lex ista deprehenderit in alterius fatum, transeat  
 necesse est tamquam orbitatem. quid enim si me deti-  
 nente matre alter e latere revocaret? et si bella militem  
 poscerent, si legatum patria dimitteret, vel uti ad pro-  
 20 priam descendam necessitatis meae conplorationem, si me  
 damnatum poena constringeret, videlicet effringeres carce-  
 rem, mater, iniceres carnifici manum et perituri filii iugu-  
 lum auctoritate iuris operires?

Dii deaeque! quam longe est lex quae retinet homi- 6  
 25 nem qui poenae non venit! nescis, quantum intellego,  
 mater, quantam invidiam debeant facere liberis parentes,  
 a quibus relinquuntur. mater quae se deseri queritur,

1 contemno *P*    2 calamitatum *Vσ*    4 contumacia *B*  
 5 mihi: mi *sed del. B*    6 constitui *α*    ne *om. B*; ut *V*  
 8 at *V*    quem *om. V*    10 iterum *P*    tunc esse: tu ne-  
 cesse *BVσ*; tu necessarium *M*; tum necesse *P*; tamen necesse  
*S* tantum *om. β*    usum iudicis cum *M*    11 soli *om. B*  
 parem *B*    13 tristitia *B*    ut *≡* ea (*S—9 litt. er.*) *M*    ho-  
 minis *BV*    14 capit *BM*    16 factum *MPJ, corr. p*; fatu  
*Dess.*    17 detinentem *B, m del. b*    18 altero latere *BV*  
 19 dimittere et *B*: dimitteret et *M*    23 operiris *ex -us B*:  
 operiris *m*    25 pene *ω*    27 *q≡ M*    deri <sup>se</sup> *B*    deseri se *β*

illud exclamet: filium meum civitas peregrina sollicitat, ut amoenos nescio cuius recessus orbis petat, debilitati meae subtrahit humeros. iuvenis meus abducitur amore meretricis et ab officiis civitatis vitiis abstrahitur oculorum. eiusmodi gemitu filium necesse est persequaris, ut quod detineor, obiter et poena sit. non facit ista lex ad liberos qui misericordia detinentur. ut turpe sit quod recedo, in eo tantum est, ad quem revertor, et, ut facinus sit relicta mater, non faciunt nisi causae relinquendi. homo qui ad tyrannum revertor, si malo animo relinquo matrem, dignus sum qui detinear. non est itaque quod subinde nominis vestri beneficia, mater, opponas, non est quod vilitati tuae fieri putes, si credimus esse in rebus humanis et alterum affectum, amicitia est, si quam mihi videtur natura excogitasse, ut coire invicem possit totum hominum genus, quae ideo nondum circa se tenet omnes admirationes, quia tota non contingit, quae tamen pervenerat ad incredibilium fidem, nisi illam vos impediretis. amicitia, plurimum corporum unus animus, vicariae manus, fortior quam matris affectus.

7 Rogo, quid refert, quid vocetur ille qui sic amat? quid interest, ex quibus magna merita descendant? vultis scire quid de hoc affectu sentiat mater? et amicum meum putat malle, ne revertar. finge me positus paulisper meritis quibus obligatus sum, hoc tantum dicere: amicus alligatus est, ire volo, mater, ut redeat, ut consoler, ut dominum rogem, ut, si tyrannus exegerit, vicarium corpus

1 exclamat *M*    2 am<sup>o</sup>enos *B*    urbis *V*    debilitatis *M*  
 3 um<sup>e</sup>oras *B*    4 ob  $\beta$     5 genitu *B*    7 turpis et *BV*  
 9 matre *V*    12 benefici<sup>a</sup> *B*    opponat *V*    13 utilitati *M*;  
 vilitate tui *Gr.*    potest  $\omega$ ; *corr. Gr.*    14 amicitiae  $\omega$ ;  
*corr. Dess.*    qua *VPS*    16 omnes tenet *M*    17 ammi-  
 rationes  $\beta$     totam *BVS*    tam *BVS*    18 incredilium *M*  
 illa *BVS*    19 am<sup>i</sup>icitia *B*    plurimum *ex -orum M*; plurimo-  
 rum  $\sigma$     vicariae: in caritate *M*; in carne *P*    21 refert  $\epsilon$ :  
 ferent  $\omega$ ; fierent *N*    amatur *M*    23 scire *om. M, supr. m*  
 26 consoletur dominum  $\omega$     27 regem  $\omega$ ; *corr. \epsilon*

opponam. quid detines? quid moraris? hoc est tempus, propter quod coimus. nescias, an diligat cuius non habet experimenta nisi sola felicitas, et, si vitae praestes omnia secunda, amicus otiosa res est. dicturum me putas, hoc  
5 expectat alligatus, expectat totum immo genus hominum, et nos in hanc fidem persuasionis receperunt, ut, si hoc faciam, nemo miretur. vis scire, mater, quem adfectum, quam reverentiam in calamitatibus amico praestare debeamus? nullam legem timuit, ne relinqueretur.

10 Differo interim causam amicitiae, agere paulisper omnium libet: et tyrannus mihi credidit, volo reverti. nulli unquam, mater, plus commisit fides, neminem magis obligaverunt expectationes. credidit mihi homo cui res favorabilis contingit, si decipitur qui sibi excogitasse contra  
15 omnes amicos videtur, ut illi inponeremus. non est quod mihi supplicia, quod omnem mortis apparatus, mater, opponas. facinus est, id tantum hominibus bene credere quod expedit, et actum est de rebus humanis, si sola servatur utilitatum fides. infinitum est quantum mihi cre-  
20 diderit tyrannus, si me occiderit reversum.

Intellegit, iudices, et ipsa mater quantae reverentiae 8 locum amicus optineat, quae incipit contendere adfectu. nisi fallor igitur, cum ego sim materia litis, hoc primum aestimare debetis, uter in mea calamitate plus fecerit.  
25 ante omnia permitte mihi de hoc adfectus tui genere, mater, queri. quid tibi tam rabido, tam praecipiti dolore voluisti? quid adversis tuis praestare faciem et in oculos tuos accipere nuntium? non reliquisti tibi, ut redimeres,

1 qui **BM**, quid **dm** detinis **B**, corr. **b** <sup>tem</sup> corpus **V** 2 coimus  
*Obr.* 5 immotum **BV** nus **B**, ge *supr.* **b** 6 persuas<sup>o</sup>n<sup>is</sup> **B**  
12 fide si **BV** 13 expectationis **B** favorabilis; v *ex* **b** **B**  
16 omne martis **B**; omnem artis **V** **3J**; omnem martis **II**  
18 et: ut **σ** 19 utilitatum **B**: -um *reliqui* 21 quanta **B**  
23 sum **S** si materialicis **B** 24 ut **a** **3J** media **V** *post*  
mea *ras.* 5 *vel* **G** *litt.* **M** 25 <sup>n</sup>ate **B** tui *om.* **β** 26 quaeri  
**B** rapido **γ** 28 nuntium: beneficium **N**

sine dubio adiecisti ad matris adfectus, oculos in media orbitate fudisti, sed illud non laxat catenas, non explicat corpus. quid mihi prodest iste qui se citra filium consumpsit, adfectus? plus fecisset mater quae isset ad tyrannum. alligatus sum, tu nunc sic flebis, tamquam solvar 5 in lectulo, tamquam in tuis manibus expirem. in quibusdam calamitatibus desperatio non est summus affectus, et quisquis orbitatem statim credit, festinat ad impatientiae securitatem. dissimules licet, mater, tantae pro me impatientiae, tam incredibilis adfectus, amicus rem difficiliorem fecit, quod servavit oculos suos, ut alligaretur. dii deaque! quantum ille praestitit qui mihi invidit poenam meam nec recessit! ille, ille terribilem carcerem facit qui inde procedit. iam non corporis nexus haerebat, nec aliud quam resederant pondere catenae, consumpti longo squa- 15 lore vultus, concretae noctibus diebusque super ora lacrimae.

9 Miseremini, iudices, ne perdat auctoritatem meritum quod ultra expectationem est. ponite sub oculos alligatos quorum alterum amicus redemerit, alterum mater. rogo, uter plus fecerit? bone Iuppiter, quam avide, quam fortiter vincla nostra tractavit! quibus ille precibus exegit, ut sibi crederetur! 'accipe', inquit, 'has manus, haec membra, si fieri potest, ut amicum matri remittamus. in totum explebo, si videtur, vicaria poena locum recedentis. vel si vis utique tibi dimissa membra restitui, spondeo 25 quemcunque iusseris aperto iugulo diem.' fidem deorum hominumque! quid non factum est, ut amicum meum paeniteret! ingestum est misero illud carceris tenebrarumque secretum, gravioribus vinculis opus esse carnifex dixit

---

1 adiecisti *M*, corr. *m*      5 nunc *om. M*      9 dissimiles *M*,  
 corr. *m*      impatiae *M*, corr. *m*      10 difficiliorem *ex* diffi-  
 ciliorem *B*      11 quos *B*      12 de<sup>e</sup>que *B*      me *BV*; *om. H*  
 vidit *σ*      13 nec: non *B*      ille *semel M*      16 contrate *B*  
 diebus noctibusque *β*      18 ≡sub *M*      oculis *Mβσ*      19 amicis  
 redemerit *B*      21 tractabit *BV*      exigit *BV*      24 videatur  
 ex vicaria *M*      loco *V*      27 qui *M*      28 tenebrarumque *M*

ad bonum amicum. accedere ad illum cubile iussi sunt homines nocentes, et subinde dictum est, 'vide tamen, amice, si tanti est.' una vox, unus miseri gemitus: 'urite, lacerate, distrahite, ille tamen revertetur.' miserere, mater, 5 magna res agitur. amicum meum reliqui contententem cum tyranno. excuso me vobis, humani generis adfectus, et tibi ante omnia, mater, excuso, quod hoc fieri passus sum. ulla ergo in rebus humanis necessitas tanti fuit, ut illum amicum meum in carcerem ipse deducerem? ut 10 squalorem meum, meas catenas in membra festinantis exuerem? ut tam abrupti commeatus diem contra tot incerta promitterem? testor te, misera conscientia, et, si quod nos in illa necessitate numen aspexit, quantum simus rixati circa catenas, quam omnia fecerim, ut ille 15 potius veniret ad matrem.

Fateor, iudices, unius cogitationis pudore victus sum, 10 quod tam magni beneficii difficultatem ab amico non accipere, adfectus videbatur hominis qui non credidisset. miserere, mater, ne me solutum putes, amicum alligavi. 20 hae sunt catenae quae tegunt membra, quae per maria, per infinita terrarum spatia restringunt. sic non potest carcer effringi. invideo tyranno; scit alligare amicos, scit tenere dimissum. iterum ac subinde proclamem necesse est: ego amicum meum alligavi et, ut te viderem, poenam 25 meam altero homine implevi. scio, quo hoc amicus praestiterit animo, sed ego rem feci hominis non reversuri. interrogo hoc loco impatientiam tuam, mater, interrogo quid faceres, si nos ad te videndam deduxisset alligatos

---

1 at *M* illud *βσ* cubile: custodire *M* 3 unius *V*  
 urite *om. in lacuna P* 10 membra *ex membre B*; membris *M*.  
*corr. m* 11 exueterem *B*; excuterem *M* 13 nomen aspexit *V*  
 17 acciperem *V* 18 effectus *M* 20 haec *B (ex hac) ε*  
 tegant: e *ex corr. M* 21 hic *Sch.* 22 carcere *α* fingi *B*  
 (*f supr. β*) *M*; fungi *V* amicos *om. V* 24 ut: utut *B*  
 25 praestitit animo *≡* et (*s. er.*) *M* 28 si nos *om. et in marg.*  
*add. V* duxisset *B*; deduxisset *V*; deduxissent *Mσ*

aliqui satellites, si barbarus aliqui? fruereris osculis, fruereris amplexibus? non est quod te ista tamquam levior, tamquam expeditior condicio decipiat. quid putas esse quod me dimisit solutum, ire quo vellem? crudelis artifex non reliquit nobis, ut inponeremus.

- 11 Supervacuo igitur hoc vos in matris causa movet quod caeca est. hoc quod nobis invidiam facit vulneribus oculorum, nolite detinendi putare causas, idem videns faceret. nec plus est quod non potest caecitas ferre quam mater, ut aliqua filio carere non possit, non unquam calamitas facit. quod si, iudices, in persona mea nec adfectu nec meritis inferior est amicus, quid aliud iustitia vestra debet attendere quam uter plus patiatur? iam satiavit dolorem mater, egressit aestus, effudit impetum, iam non desiderant oculi, cum cadunt. adice, quod hanc qualemcunque fortunam inter amicos tenet, inter propinquos, habet omnia ministeria sua debilitas, suas comparationes. vis scire quanto intolerabilius sit quod patitur amicus? excaecavit te quod ego sic tenebar. accipere cibos quos carnifex, quos tortor appendebat. . . . .

1 aliquis *bis* **M** satelles  $\beta$  osculis fruereris *om.* **B**  
 oculis **VMS**; obsculis **S** 2 levior tamquam *om.* **P**, *in marg.* **p**  
 3 peditior **B** 4 irem **BV** (*m exp. V*); ut irem **M** 5 reliquid **B**  
 7 saeca (*s ex f ? fecit man. 3*) **P** facit: fit **J** 8 videns *om.*  
**BV** 10 *inter mater et ut lacuna 5 vel 6 litt.* **P** calamitatis  
 fuit **V** 11 impersona **V** affectum **P** 12 qui tali ut **B**; qui  
 talia ut **V** 13 patitur **V** 14 effudit **B** 15 iam *om.* **B**

at dice **B**, *corr. b* 16 quale<sup>cū</sup>que **B** 17 cooperationes  $\epsilon$ ;  
 conplorationes **Bu**. 18 tolerabilius **V** 19 accipere *sqq.*  
*om. V* accipere: ille accipit  $\epsilon$  20 appendebat: appendit  
**M**; apponit  $\beta\sigma$  *post* appendebat *add.* amicus dedignatur **M**;  
*cf. Dess. p. 91*

*subscriptionem om.* **BV** EXPLIC̄ LIB̄ amici uades. ICIP̄  
 ARḠ *minio picta* **M** Incipit Venenum effusum  $\beta$



## XVII.

## VENENVM EFFVSVM.

Filium ter abdicare voluit pater, victus. invenit quodam  
 tempore in secreta domus parte medicamentum teren-  
 5 tem. interrogavit quid esset, cui parasset. ille dixit  
 venenum, et se mori. iussit pater bibere. ille effundit  
 medicamentum. accusatur a patre parricidii.

Delassatus per diversos miserae mentis aestus et eun- 1  
 dem dolorem, dum me ab utroque animi genere semper  
 10 quod inpulerit, abducat, et in pertinaciam desperationem-  
 que neutram mihi licet perferre patientiam, hoc primum  
 a notissima clementia vestra peto, ne miremini quod inter  
 tam varia tristissimaque fata consilio diductus sum nec  
 pro malis meis quicquam melius invenire potui quam ut  
 15 morerer, nec pro innocentia, quam ut viverem. novo igitur,  
 iudices, inauditoque genere discriminis utriusque animi reus  
 qua satis calamitates meas comparatione, quo deflebo ge-  
 mitu? filium mori volentem paene occidit quod inter-

2—3 venenum effusum. Argumentum. filium—invenit *a manu saeculi XIX suppleta* **B** *titulus deest in V. man. saec. XV in marg. superiore* Venenū effusū 3 unicum filium invenit senex pater quodam *ect. M* ilium (f *in lacuna om.*)—abdicare *litteris maioribus V* invenit eum **V** 4 tenentem **αP**; texentem **S** 6 et *in ras. M* mori velle **ε** effudit **Vβσ**  
 EXPLICIT ARGUMENTŪ. INCIP. VENENŪ a Filio effusum.  
*in marg. Causa XVIII omnia minio picta M.*

8 delassatus **ε**: *om. BM*; lassatusque *omissa litteris initialibus V*; me lassatus **P**; Ellassatus *litt. init. om. S*: lassatus **σ**; licet iudices inveniam per diversos *ect. M* 9 utroque **B** 11 neutrum *Lucas* liceat **B** patientiam **V**; -ia *reliqui* 12 miremini *ex -imini B* 13 tot varia **V** fata **ε**: facta **ω**  
 deductus **Mβ** non **BM** 15 innocentia **B** 16 que *om. P. supr. p* anime **B**, *corr. b* 17 comploratione **γ**

venerat pater. videtis adhuc illa secreti nostri contentione rixantem. quidquid citra suprema, citra exitum est, contumaciam vocat, quantum absolutionem aspicit, vitam. <viderit> qui post hoc quaerat ac dubitet quo me adfectu iusserit virus haurire. qui parricidium vocat quod non biberim, permissurus fuit, si bibere voluissem. quaeso itaque, iudices, delationis hodiernae penitus velitis perspicere causas. obicere putatis parricidium patrem pro se? necatur, uritur, sine dubio torquetur. vitam ex hoc tamen non potest ferre quod mori filium iussit, nec coegit et scit facinus fuisse in inperio, si innocentia est quod recusavi. suae quod crudelitatis est, vel ab invidia se criminibus meis defendit, excusat, et ne vocem illam tamquam peractum facinus oderitis, substituit pro malo patre miserum.

2 hic est, iudices, deprehensae impietatis aestus. nemo unquam volet innocentem filium videri quem voluerit occidere.

Illud quoque, iudices, a gravitate publica peto, ne quis me mori voluisse non credat. contumaciter adhuc, prioris constantiae meae more, defendor: alia est mihi ratio, cum vici. fortior sum reus quam absolutus. sed tunc tantum par esse non possum calamitatibus meis, cum me constare coepit nihil aliud esse quam miserum. bene, quod rursus vocavit in forum, iussit integritatis agere causam, fecit, ut mihi videar perdidisse mortem. si paenitet patrem quod me bibere iussit venenum, ego ferre non possum

1 viditis **B**; vidistis **bV** contione **B** 2 quid **ασ**  
 exitum **B**; exitium **ε** 3 absolutionem: absolutionentas **B**;  
 absolutionem voluntas **V** aspicit: fastidit **Obr.** et vitam **V**  
 4 viderit *add. Dess. p. 88* quis **ε** me *om. V* 5 biberit  
**BM** 6 si; sibi **B**; si ibi **M** 7 dilationis **BV**; delationis *ex*  
 delectionis **M**; delationes **P** 8 pro se **ω**: perose *Dess. p. 99*  
 necat **BV**; negat **M** 9 extorquetur **V** 10 quo **M**, *corr. m*  
 mori *ex more B* 11 sive **V** quod *om. M*; quam **P** 12 crudelitat<sup>s</sup>  
 ulatatis **αJ** vel: quod **M** 14 substituit **B** misurum **B**, *s supr. b*  
 15 impietatis **B** nec novum unquam **BV**; nec nunquam **M**  
 16 nocentem **α** 17 qui **B** 18 voluisse *om. V* non *om. M*  
 certumaciter **P** adhuc: *fol. 116<sup>v</sup> librarius tertius scribere incipit*  
**V** 19 convici **P** 20 hunc **S** 24 paenitet **B** 25 vivere **BV**

quod effudi. licet igitur inmitissimus senex confundere  
 publicos conetur adfectus querelarum fronte mutata, non  
 sumus novi vobis accusator et reus, nec nos modo pietatis  
 eversae recens adseruit inmanitas: parricidam me olim  
 5 vocat. ita est enim, iudices, ita est, iam pridem homi-  
 num nefandorum solis nominibus accusatur. sic mihi illa  
 prima patris maledixit asperitas. hic est ille quem de-  
 sinere iam iusseratis, qui semper ad vos recurrit et vin-  
 citur. fallitur, quisquis illam de moribus senis lassitudi-  
 10 nem vel patientiam sperat. patri qui abdicare non potuit,  
 minus est filius nocens quam absolutus.

O pertinacissimum accusatorum genus, victi parentes! 3  
 dum auctoritatem nominis vestri fortius imperiosis adseritis  
 adfectibus et, ne pudorem paenitentiamque fateamini, con-  
 15 tumacia vindicatis errorem, calamitatibus meis accessit, ut  
 ter absolverer. namque ut erat in supervacuo odio mei  
 senex prima luce deprensus, ferre non potuit quod red-  
 debar invito, et, quia a iudicibus non inpetraverat, ut  
 abdicaret, apud se tenuit, ne desineret hoc velle. credidit  
 20 tamen aliquid profecturum querelarum errore repetito et  
 speravit iuxta contentionem suam, ut lassesceret aliquando  
 pro me iusta miseratio. quid facerem igitur? quo ver-  
 terem iam fatigatam innocentiam? nec exire me decebat  
 ex domo, ne viderer quicquid vos non credideratis, agno-  
 25 scere, nec expectare poteram, cum mihi rursus aliam se-  
 riam malorum minaretur, quod me iam coeperat pater  
 contentione qua vobis irascebatur, odisse. tandem infelix

1 effudi  $\equiv$  *M* inmittissimus *B* 3 accusatur *B* 4 ad-  
 serum *B*; adserit *M* 5 hominē <sup>V</sup> *B* 10 quid *V* 11 nocens  
 alligatus quam *M* 13 vestri *J*: vestris  $\alpha\beta$  *H* 15 meis:  
 viris *P* accessit — erat *l.* 16 *om.*  $\sigma$  16 ter: t <sup>u</sup> *M*; t <sup>i</sup> *P*  
 17 senes *V* luce: lite *Obr.* 18 quia iam a *B* 19 credidi *BV*  
 20 errāre <sup>o</sup> *B*; terrore *Bu.* repetitio *B*; *om.* *V* 21 iusta *M*  
 suam *om.* *M*, *supr.* *m* lacesseret *BM* 22 iuxta *V* quo ver-  
 terem: quod vellem *BV* 23 excire *B* dicebat *BM* (*corr.* *m*)  
 24 nos *BV* 26 pater *om.* *M*, *add.* *m* 27 odisse *ex* audisse *V*

miseritus mei, miseritus patris, cum de praeteritis prospicerem, iurgia tam longa quam vitam, <vitare> captavi, fateor, omnem occursum quem mihi videbar exasperare praesentia, exorare, dum morior, et tamquam novissimi ambitus genus excogitavi, ut me in honorem sui reverentiamque pereuntem sic odisse desineret, quomodo parcere solet ira cedenti. non habet alium quam mortis exitum filius qui nec reconciliari potest nec abdicari.

4 Erat in domo nostra locus, in quem secedebam semper reus, in quem revertabar absolutus, querelis meis lacrimisque iam conscius, in quem se ferant. in hunc, non tamquam custodiae patris inponerem, nam quid possit inveniri quo non me captantis aliquid deprehendere cura sequeretur, sed sicut solent qui in mori volunt, pudore, non ira, ab omnibus quae videbantur avocatura, secessi. nam nec placuerat exitus genus querulum, tumultuosum aut quod faceret invidiam. sed quid mihi tecum est integritatis nimia simplicitas? non putat se posse deprehendi, quisquis venenum parat ipse poturus. totus oculis animoque conversus haerebam miser in opere moriendi, nec dissimulo, cum quadam cunctatione, cum mora, sicuti bonae conscientiae lenta mors, nec praecipiti per suprema trepidatione festinant, quos hoc solum quod sui miserent, occidit. abiit per tacitas conquestiones mens in obitus contemplatione posita, et hausurus potionem qua renuntiarem rebus humanis, totam apud se repetebat animus innocentiam suam, cum pater secretum quod per impatientiam

1 miseritus *bis* **B**; misertus *V* **J** <sup>ci</sup> patrus **B** (*corr. b*); patri **M** prospicere **B** 2 vita' *V* vitare *add. Dess. p. 87* 3 omnem: hominem **B**; hominis *V*; hominis omnem *Dess.* 6 parcere **M**

7 cedentis *a* 8 reco<sup>n</sup>ciliari **B** 10 querelis — inponerem *l. 12 om. H post absolutus add. reus aβi querellis B* 11 an consciis? 12 inponere *aβ* qui **M**, *corr. m* 13 me *om. B* 14 sicut: si dicunt *BV*; sicuti **M** mori **M** 19 oculus **B** 21 quandam **B** bona et *BV*; bone *om. M, supr. m et p er.* 22 mors **B** 23 miserentur **M** 24 conplatione **B** 25 ausurus *a* renonciarem **B** 26 totum *V* reputabat **BM**

pereuntis inpleveram — quantum credo — lacrimis meis  
gemituque perductus intravit. non potest videri, iudices,  
suspiscatus aliquid de parricidio. quid tererem, cui para-  
rem, nesciebat qui interrogavit.

5 Nuntio vobis, sanctissimi viri, nihil a morientibus fingi: 5  
nihil vita laborante simplicius. ad subitum interventum  
patris non tamquam deprehensus obstipui, facinus me ta-  
cente non pallor, non est confessa trepidatio, nec, sicut  
accidere nocentibus solet, illa obvia semper errantium pa-  
10 trocinatorum verba variavi, cum me repente interrogatione  
subita avocavit, abduxit, quaesivit quid tererem, cui pa-  
rarem, sed ego sine cunctatione, sine tarditate respondi,  
et me mori velle, eadem veritate et confessus sum, vene-  
num esse quod terebatur. date, iudices, patrem qui filium  
15 mori nolit et credit. quis habeat, iudices, dicendi fidem?  
venenum filii quod invenerat pater, non ille potius effudit,  
stetit quin immo intrepidus, adrogans, iuxta orbitatem  
quam videbat, et mihi mortem quam promiseram, quam  
minabar, ingressit. 'bibe', inquit. quis post hoc, iudices,  
20 expectat, ut continuo paream iubenti? ita demum mihi  
non est aliud relictum, si patri parui.

Audite nunc, dii pariter atque homines, quid post tres 6  
abdicationes et querelas totiens iudicum gravitate percus-  
sas velut attonitus, amens nuntiet saeculo pater, parricida  
25 saevus, parricida crudelis. non bibi venenum. hoc est

1 præuntis **B**; praetereuntis **V** 2 gemitūque **B** 3 qui id  
**VM**; quid id  $\sigma$  tenerem  $\alpha\beta$  quod cui id  $\alpha$ ; quod cui  $\sigma$  6 labo-  
rans **B**; laborantes **V**; -ante  $\equiv$  **M** 7 obstupui **B** $\beta\sigma$ ; obstipui  $\equiv$   
(t er.) **M** tacentem  $\alpha$  8 trepidatione sicut **BV** 10 verba  
om. **V** repete **BV** 11 tenerem **VM** 13 veritatem **V**

14 date: pate **P** parem **V**; ~~dicendi fidem~~ **M** 15 noluit **B**  
habet **M**, corr. **m** dicenti  $\varepsilon$  16 fili **B** num **BV**; nam **M**

effundit **BV** 17 trepidus **BV** $\sigma$  iuxta **B** 18 promiserat **V**  
19 ingressit **B** bibe ex bebe **B** apud hoc **P**; qui posci **S**  
20 expectat **B**, s *supr.* **b** 24 adtonitus **B** parricida saevus  
om. **BM** 25 est om. **B**

totum facinus meum, vivo, respondeo, non fugio iudicem, non cedo criminibus. iam non miror quid sit, circa quod in patientia deceptae crudelitatis exaestuēt plus quam orbitatis gaudium quod modo perdidit senex: speraverat, ut occidere me posset meo veneno. sed quatenus invenisse se putat quod crederetis, ut contentionibus subinde damnatis auctoritatem de novo dolore circumdaret, inusitata commentus est. quae sola mihi superest ratio vivendi, facinus ea simplicitate, ea fide denego qua confessus sum de veneno. parricidii agis.

Abstulisti quidem mihi partem, ut exclamarem hoc loco: 'feri non potest.' scio quantum defensionis meae difficultatis adiecerit quod iam pridem in domo nostra humanorum pignorum ratio non constat, sed pronuntiatum liquet utri ex nobis facilius sit impietas, uter iuxta alterius languorem suprema non fecerit. tu unicum cotidie perturbare conaris e domo, velles inopiam meam, velles aspicere squalorem. ego osculor illas expellentis manus, ego abicientis genua teneo et ad patrem qui me tam notabiliter odit, non habeo cur velim redire, si non amor.

7 Praevaleret nominis tui fortassis auctoritas, si contentio nostra coepisset a veneno. consumpsisti quicquid est, quod parentes ab omnium scelerum suspitione defendit. non habet pater unde parricidium de filio credat, nisi quem posset occidere. me quidem, pater, et infelicis huius persuasionis simplicitatem si quis interroget, nec a te parricidium fieri posse credo nisi meo veneno. facinus tamen in omnibus incredibile pignoribus nullis difficilius quam liberis puto. vos adhuc in suprema nostra praecipitat

- 1 fugio *ex* fuio **B**      2 credo **BV**      quod *del. Gr.*  
 5 venēo **B**      6 et *a*      9 nego **BM**      10 parricidium **M**  
 11 mihi quidem  $\beta$       pater *Sch.*      12 defensionis **V**      14 ratio  
*om.  $\beta$*       15 uter: uteri **B**; vitari **V**      17 veles **B**      18 expellentes **P**  
 19 nobiliter **V**      20 <sup>h</sup>abeo **B**      amo *Gr.*      21 vel *post* tui  
*add. M*      24 <sup>non</sup> unde habet **V**      25 patet **M**, *corr. m*; et *om.  $\beta\gamma\delta$*   
 28 in omnibus: moribus **P**      difficilius **B**

auctoritas qui filium occidere vocatis plerumque gravitatem sicut abdicationis emendationem, sicut reliqua supplicia nostra rationis fronte protegitis cunctosque praerigidae mentis adfectus vocabulo molliore lenitis. nos nec  
 5 felices facinus istud possumus concipere nec miseri. non perveniunt ad nefas istud nec necessitates. omnis citra desperationem dolor, ira languescit. et quanto dii deaeque! difficilius, si paretur sine conscio, sine ministro, totumque facinus et animum filii poscat et manus? memento cuius  
 10 obicias immanitatis horrorem, patrem occidere velle. hinc tantum accipis vires, ut mori possis deprehensus.

‘Ut sciatis’, inquit, ‘verum esse quod obicio, et abdicare volui.’ non potest, pater, efficere pertinacia querendi genus probationis. tu, cum dicis: ‘filius me voluit occi-  
 15 dere’, videris tibi facere prioribus iudicibus invidiam, exclamare: ‘vos faciles, vos misericordes hunc mihi redditis?’

Sed iniquissimum est, ut abdicatio quae nec in sui  
 8 valuit effectum, fidem maiori crimini praestet. non sum reus inexplorati pudoris, nec ante acta vitae meae sub  
 20 hodierna primum lite tractantur. felicior innocentia est citra suspiciones, certior post reatum. et quantum infamiae praestant obiecta, dum nutant, tantundem auctoritatis absoluta restituunt. an scilicet superatus est gratia  
 25 pater, et apud senes et apud parentes auctoritate praevalui? viderint qui calamitatibus suis sic blandiuntur, ut sibi adfuisse credant misericordiam, favorem, filius a patre delatus nunquam poterit superior esse nisi causa. sane tamen feramus, ut prima abdicatione non egresseris totum dolorem, multa tibi de criminibus meis verecundia que-

2 abdicationes *Gr.* 4 meliore *M* 6 citra: contra *Gr.*

7 languescit *B* et: *Q P* 8 consci<sup>o</sup> *B* conscio sine: conscisi. ne *V* mistro *B* 10 occide *V* 11 deprehensiss *B* 13 nolui *P* 16 facile suos *M*, corr. *m* 18 criminis *V* 20 innocentior *σ*

21 circa suspiciones *V* 22 praestans *B*; praestant<sup>III</sup> (nt in *ras.*) *M* dum nutant: damnato *Gr.* nutunt *B* auctoritas absoluto *Gr.* 24 auctoritatem *B* 28 nonne gesseris *V*

rendi, multa paternae pietatis abstulerit infirmitas, quid non implet repetita delatio? reversus es in forum iam ad iudices iratos. quanto terrore cuncta perculit pudor ille iam victi et redeuntis in damnatam conluctationem? acrior semper ex verecundia dolor. sed et iudicum cura 5 quanto malignior circa redditum reum? quam multis placet illa de dissimilitudine pronuntiationis auctoritas, et severior videtur diversa sententia?

9 Tertia vero abdicatio, dii immortales, quem adparatum, quem movit ambitum! ego miror quod mihi licuit audiri, 10 quod me non statim primus querelarum tumultus oppressit. quid post ista novi, pater, obici potest? inter leges, inter iura consenui, non habeo in moribus meis quod non melius iudices sciant. scilicet capit natura rerum, ut futurus parricida non praemiserit notas, nullis ante sit maximi 15 sceleris inmanitas tumultuata flagitiis; et quandoque culleo, serpentibus expianda feritas sub placida mente primam pertulerit aetatem? aliud est miserorum genus quod elementia, quod succurrendi favore dimittitur. absolverunt me qui sciebant non profuturum mihi quod non abdicarer. 20 proclames igitur licet: 'subinde detuli, saepe questus sum, ter abdicare volui', hoc tamen res ista debet efficere, ut tibi non oporteat credi quicquid aliud obieceris. non enim sequitur, pater, ut me tuis criminibus accuses, quod nocentem tuis moribus probes filium? parricidam non facit 25

1 Q<sup>v</sup> V 2 repetit adelectiore versus V reversus *ex*  
 neversus B iam ad: amat V 3 iratus *α* pertulit ω;  
 corr. Gr. 5 et *supr.* B 6 malignor P redditurum M  
 quam: Q P; quanti quam M 7 ille BV dedissimilitudi-  
 nem V ut *α* 9 dii: dū BP 10 movet P; novit S  
 lecuat V 11 querellarum B oppressit B 12 post: apud  
 P novit V intelleges B 13 habet (t an o er. dubium) H;  
 habet J quod P 14 fiant M, corr. m 16 flagiis P collo V  
 17 serpentibus: -bus m in ras. 19 favorem BV; -ē M  
 22 ter B; tēr P tantum s ita V 23 obiceris B  
 24 accusēs B



severitas vestra, non saevitia, non terror: ad tam grande facinus non ira opus est, sed moribus, non dolore, sed mente. omnes iniuriae levius exasperant, levius oderunt <innocentes>: innocentis filii ultio est mori.

5 Quod si manifestum est, nihil tunc in moribus meis 10  
fuisse quod posset esse suspectum, aestimemus, unde postea traxerim parricidii causas. vos hoc loco libet interrogare iudices, quis magis debet innocentiam amare? vici patrem, omni nunc sollicitudine, omni labore custodiam illam gratiam, illum ambitum meum quo remuneror advocatos, quo persolvo iudicibus illud, propter quod audeo domum reverti, propter quod non timeo casus, non subita pro patre, non maligna fata. fidem non capit, ut me tres absolutiones et innocentem probaverint et effecerint parricidam.  
15 praeterea, pater, quam infirmum me, quam trepidum reddit ipsa victoria? an scilicet ignoro, quod me reversum circumstet totius domus maligna cura? quod vivo inter homines quibus apud te gratiam parat, si de nobis aliqua mentiantur, fingant? videlicet hoc nos in facinus praecipitat, inpellit, quod aliquid speramus de testamento tuo.  
20 quid? ego non sentio quod sim licet remissus in domum, a caritate tamen exclusus, abiectus sum? rogo, qua fiducia facinus paro totiens delatus et paterna conquestione petitus? quod vis patrocinium sperem pro parricidio meo? defendi non possem, si bibisses tu venenum.

Finge, me parricidii voluntatem, finge habere causas,

1 severitas **B** 3 oderunt: mordent *Gr.* 4 <innocentes> *add. Sch.* innocentes **B**; -is reliqui 5 quod — meis *om. P.* in *margin. summo add. p* 6 posita **V** 7 libet: tete **Bσ**; estote **V** hoc loco *huc transposui*; post interrogare **ε** 8 ante amare *add. hoc loco libet BV*; hoc loco **Mσσ** 9 custodio iam *Sch.* 10 illam **BM** 11 persolvor **β** 12 subita **σπt** pro **M** 13 facta **BM** 15 prepterea **M** 17 totus **B** 18 gatiā **B**; gratia **M** paratur **M** 19 mentiantur: nuncientur **BV**; nunciantur **σ** 20 aliqui **M**, *corr. m* 21 sim licet remissus *Obr.*: simili scelere **ω**; similis sceleri *Sch.*; simules celare *Dess. p. 94* 22 exclusus **B** 23 cum questione **M** 24 petitus **ε**: praeditus **ω** 26 fige **V** paricii **P**

unde occasionem, unde fiduciam? ego nec mori possum,  
 11 nisi ut deprehendar. venenum paro qui ministrum, qui  
 non inuenio conscium? despicior a libertis, contemnor a  
 servulis, evitant sermonem meum, conloquia fugiunt et  
 caritatem tui simulant odio mei. an videlicet spero posse  
 fieri, ut ipse porrigam? est enim mihi ad convictus tuos  
 facilis accessus. venenum mehercule putabis quicquid de-  
 derint hae manus. et virus praesentaneum paro quod  
 statim, quod subito corripiat? at quemadmodum mihi  
 supersit ulla defensio? an lentum et quod tarda peste  
 consumat, scilicet ut non statim exclames, ut te meum  
 virus bibisse non credas? rogo cui paravi venenum quod  
 dare non possum nisi mihi?

'Ita', inquit, 'parricidii argumentum est et hoc ipsum  
 quod habuisti venenum.' omnibus, iudices, quibus ad sce-  
 lerum conatus adiuvatur deteriorum cotidie fecunda mor-  
 talitas, non hanc solam potentiam natura concessit, in  
 quam malis mentibus et nocentium ducuntur ingeniis, sed  
 illis usus ex animo est, totumque quod faciunt, de con-  
 scientia possidentis accipiunt. quid enim si latronem  
 gladio tantum probes? sic munimus et somnos. excute  
 peregrinantium sinus, haerent tela sollicitis. non vetant  
 ista leges parare, prospicere, nec instrumenta prohibent,  
 sed aestimant usus. finge, me velut in media prosperi-  
 tate vitae proclamare: 'venenum paravi, ad quod incerti

2 qui non ministrum  $\epsilon$  3 libertis *Gr.*:  $\text{l}^{\text{i}}$ beris **B**; liberis  
*reliqui* a ante servalis om. **V** 4 evitant **B** ut **BM** 5 si-  
 mule $\equiv$ nt (a *er.*) **M** 6 porrigant **V** etenim **P** 7 accessus **B**  
 8 hec **P** 9 corriat **M**; corrumpat  $\beta$  at  $\epsilon$ : ut  $\alpha\sigma$ ; et **P**;  
 est **S** 11 consumat sciri non possit scilicet **M**  $\text{con}$  **B**  
 14 inquit: quit **B**; quidem **M**, vel inquit in *marg. m* pari-  
 cidii *Dess.*: -da  $\omega$ ; -dae  $\epsilon$  15 abuisti **B** sceleris  $\beta$   
 16 deterior **M** 18 dicuntur **V** 22 peregrinã $\equiv$ tuĩ (3—4 *litt.*  
*er.*) **M** sollicitis **B** 23 ista $\equiv$  **V** pro<sup>h</sup>ibent **B** 24 h̄usus **B**

casus, ad quod languor, dolor, ad quod confugeret improvisa debilitas.'

Miramini quod hoc fecerim homo qui circa me fortunam, qui discrimina humana lassavi? cui nescio quid  
5 adhuc paret totiens victa delatio? debuit habere in sua potestate mortem quem iam pater poterat occidere.

'Non est', inquit, 'credibile, ut mori volueris absolutus qui reus noluisti.' poteram quidem dicere: pater, vixi, dum spero fas esse, ut incipias aliquando misereri, ut te  
10 squalor meus frangat, mitigent lacrimae, pallor exoret; sed ignosce innocentiae, tunc me decuit pertinax et rigida defensio. vixi, ne me videretur expulisse de saeculo profundorum scelerum deprehensa trepidatio: ne super cadaver meum proclamare posses: 'certe merito timui, merito prae-  
15 dixi: <duxit> venenum qui vivendi non habebat audaciam.' ne supremis meis conviciareri, ne quid posses obicere iam non negaturo. verum tibi de impatientia mea fatendum est, eadem mente nolui mori, cum abdicares, qua non bibi, cum iuberis.

20 Sed fruire iterum, fruire saepius confessione tam misera, et, quia oculos spectaculo non licuit implere, satientur aures: volui mori. adice, si videtur, hanc malis nostris contumeliam, ut interrogas quare abdicare me subinde voluisti? quid ais, rerum natura, pietas? ita iustiores  
25 causas habet impatientia quam corporum damna, quam facultatum tristis eversio? in suprema praecipitat me

1 confugiret *BV*, corr. *B* 3 circa *ex* circa *B* 4 didiscrimina *B* quid: qui *B* 6 quem: *q̄i* *B* pater  $\equiv$  (3 litt. er.) *M* 8 pater — misereri *l.* 9 om. *B*, in marg. infima add. *b* 10 mitigent<sup>t</sup> *B* exoret *ex*-it *B* 11 me om. *M*, supr. *m* medicuit *V* pertinax *ex* partinax *B* et om. *a* rigida *ex* regida *B*; rigidaque *M* 12 ne om. *BV* 14 posse *BV* 15 duxit add. *Gr.* habebam *M* 16 supremis *BV* conviciareri *a* (n del. *B*; er. *M*) posset *BV* 17 patientia *BM* (vel impatientia supr. *m*) 20 fruire ante saepius om. *P*, in marg. add. *p* 21 sacienter *V* oculo<sup>s</sup> *M* 23 subinde me  $\beta$  24 naturae  $\zeta$ ; natura et  $\beta$  non iustiores *Sch.* 25 hab<sup>e</sup> *B* 26 facultatum *V* $\beta$  $\sigma$  in: im *M* praecipitat *M*, pi supr. *m*

pater. ita non haec una vox complectitur omnes calamitates? non videmini nunc vobis universos audire miseros? possimus fortassis aliorum accidentium sperare finem, non habent proximorum odia regressum. quaecunque nexus acceperunt naturae, et quae sanguine visceribusque constricta sunt, non laxantur diducta, sed pereunt, et quae de primo tenore nascendi vix in contrarium victa deflectunt diuque prauitatis suae rigore durata mox in pristinum cursum remissa non redeunt, sed quo totum pondus omnesque vires inclinata traxerunt, vigore quo sibi permissa cre-  
vissent, in ipsius vitii robur adolescent.

13 In hoc est tota difficultas, ut incipiat non amare filium pater. hoc cum frontem confessionis accipit, reliqua praecipiti furore decurrunt, et reddituris caritatibus obstat quicquid obstiterat ab odiis. semel sibi parentes liberique mutantur, semel auferuntur. felices, qui habent in conscientia sua quod debeant emendare, corrigere. illa demum potest ira desinere quae coaluit ex vitiis liberorum. ego quid facio cui non luxuria, non est mutanda petulantia, cuius abdicatio non de meis sed de patris moribus venit? frustra mihi exhortationes, frustra blandientur vana solacia. hominis quem pater odisse non desinit, unus exitus est, ut se oderit. et quantum habet de toto dolore nostro ille quo venitur ad iudicem, dies? ego cum dico: pater me odit, illud exclamo: omnes sine me sunt festi dies, omnis laetitia sine filio, non adloquitur maestum, non adsidet ille languenti. gratissimus quisquis de nobis

1 una: ita V complectitur B 5 accipere BVβ 6 laxentur B; lassantur V deducta Vβ pereunte BV 7 tempore β deflectūt B 11 adolescentiunt B (i del. B vel b)  
12 difficultates V incipiunt B 13 filium non amare β accipiunt B 14 reddituris V 15 liberique ex liberaque M 16 simel V 18 caluit V 20 abdicatio B patriis σ 21 venit M exhortatione<sup>s</sup> frustra: -tione<sup>s</sup> frustra om. B, in marg. add. b 22 desinit om. B, supr. b unus cuius exitus J 23 et: Q P habes BV 27 gratissimum M de nobis — quisquis p. 313, 1 om. J, add. i

tristius aliquid attulerit, quisquis maledixerit, conviciatus  
 fuerit absenti. ego si hoc possum ferre, merui. alia sunt  
 adversa quae de continuatione sui patientiam parant, quae  
 durant adsiduitate firmantque mentem. quod te pater  
 5 oderit, cotidie novum est. minus fortassis urant invicem  
 simultates et mutuis detestationibus invisa respirent. odium  
 is tantum filius perferre poterit qui et ipse oderit patrem.  
 vos nunc, iudices, universos quin immo mortales infelicis- 14  
 simus iuvenis interrogo quid me facere vultis? explicuit  
 10 nos sine dubio de criminibus exitus quod absolutus sum,  
 tamen non hoc effecit, ne mori velim, sed ut mihi liceat  
 et vivere. victus sum enim mehercules, victus sum, iudice-  
 ces, absolutionibus meis, et, quae certissima est animae  
 laborantis infirmitas, misera felicitate defeci. quem mihi  
 15 vultum domum reverso, quem suadetis animum? non decet  
 gaudium me, exaspero hilaritate, offendo tristitia: capto  
 sermonem, invisus sum, tamquam adroganter insultem.  
 doloris causa dicor, si propius aspiciar, videor, si recedo,  
 contemnere. quousque vincemus? nesciunt prorsus abdi-  
 20 cationibus mederi qui non statim cedunt, qui conscientiae  
 suae rigore nituntur. non vincitur pater, non sum abso-  
 lutus; cum domum veni, nemo me diligit, nemo reveretur.  
 iam ad nos de penatibus illis non pertinent nisi secreta,  
 nisi latebrae. non exuo, non depono sordes, et mihi co-  
 25 tidie senex tamquam accusaturus occurrit. attendo quid  
 faciam, quid loquar, qualis aspiciar, et, quod malignissi-  
 mum est sollicitudinis genus, me ipse custodio. satiasti  
 me, vita, satiasti, et cum felicibus quoque veniat ex ni-  
 mia prosperitatis continuatione fastidium, quod taedium

---

1 quisquis conviciatus *M* 3 quae *om. M, supr. m*; qui *P*;  
 que *S* 6 simulantes *BM* (vel simultates *in marg. m*); simul-  
 tantes *V* 11 efficit *V* 12 me erculis *B* iudices *om. β*  
 14 mira *M, corr. m* felicitateque feci *V* 16 meum *ω; corr.*  
*Obr.* 17 adrogantur *B* 18 siq recedo *B* 24 lata ebrae  
*B* exuno *V* 25 senectam quam *BM* 27 ipso *BV (corr. B)*  
 28 nia *B* 29 continuationes *V*

paras lassitudine miserorum? consumpta est in lacrimis, in precibus aetas, exacti sordibus dies, anxietate noctes. quid mihi contra tam indigna, tam gravia promittit integritas? abdicari debet quem nocentem pater odit, mori quem innocentem.

15 'Sed ut credamus', inquit, 'voluisse te mori, cur potissimum veneno?' possis quidem, pater, hanc de omni supremorum genere litem facere morientibus; et quia rerum natura varias factorum vias indulsit animae, in nullo non exitu simili ratione deprehendas quicquid electum est. 10 sic super strictum nudatumque mucronem proclamares: cur non veneno? sed nihil est delicatius exitu quem non supplicia, non metus, sed collecta de calamitatibus commendat infirmitas. mihi tamen praecipue cum hoc mortis instrumento propria concordia est: non spargit cruorem nec 15 trucem cadaveris relinquit aspectum: placida est, quieta est. ingrattissime senex, ego et hoc sic moriendo prospexeram, ne me occidisse alius videretur.

Te tunc apprehendo, te interrogo, pater: ita parricida sum ego qui venenum adfero in domum tuam inparatum, 20 rude, terendum, cui tam multa restant, ante quam dari possit? ita parricida sum qui iuxta te quaero secretum, qui de potionem tibi incerta, quam nemo detulit, quam simpliciter, tam facile respondi? secedo in medios penates, nullos ab introitu praepono custodes, non evito transitus, 25 non excludo venturos. rogo, utrum haec omnia sunt occidere volentis an mori? venenum quod tibi pararetur, invenisses absconsum, reconditum, multum circa illud pal-

1 miseriarum *Gr.* 2 dies *ex dees B* 4 innocentem *V*  
 8 generalitatem *V* 9 factorum *V* 10 reprehendas *ε*  
 12 sed — infirmitas *l.* 14 *om. σ* 14 me mihi *P* morte *B*,  
 corr. *δ* 15 propia *B* spergit *B*, corr. *δ* 16 est *om.*  
*V* queta *B* 19 apprehendam *V* 20 ven<sup>ne</sup>um *B* 21 te-  
 nendum *BM* (corr. *m*) 22 iusta *B* secretum *B* 24 re-  
 spondit *B* 26 sunt *om. P* occide *B*, occidi *δ* 27 para-  
 retur *ex* paracetur *B* 28 reconditum multum circa *bis B*

loris attoniti, concisa verba, trepida suspiria et me negantem. parricida deprehensus effudisset venenum, ne fateretur.

‘Cur ergo’, inquit, ‘si tibi paraveras, non bibisti?’ bre- 16  
 5 viter, pater, et secundum naturam condicionis humanae respondeo nihil aliud esse in potestate miserorum, quam ut mori velint. ego cum dico: ‘mori volo’, non hoc dico: ‘moriturus sum’; de animo meo respondeo, non promitto de fato. miraris quod, quamvis iam teneam venenum,  
 10 multum tamen adhuc casibus incertisque superest. accipere perfossis plerumque visceribus vitam tamen ab ipsa desperatione redeuntem? strictos circa colla laqueos aut nexus aut ipsius corporis ruina decepit, rotatos per abrupta mollis iactus explicuit. tam consentaneum est, ne  
 15 moriatur qui velit, quam quod morimur inviti. sed malo, sicut coepi, simplici tecum ratione consistere. nihil aequae, pater, impetu constat quam mori velle, nec quicquam res humanae impatientius habent pereuntis adfectu. hunc si retinere velles, sufficit, ut moreris, et rationem quoque  
 20 homini mortis eripiet, si quis abstulerit ardorem. frangit animum quisquis intervenit; abducit, avocat quisquis adloquitur. ambiuntur cuncta moriendi spatia pro vita. ideo nos mehercules crediderim eiusmodi exitum eligere secretum. minimum est quod confundat hominem infirmitate morientem, et exiguis causis opus est, ut displiceat obitus quem misero suasit integritas. quid si interveniat aliquis qui gaudeat, qui vindicari se putet, si testes adhibeat oculos quibus invidendum sit? statim mehercules

2 parricida bis *BV* (*alterum exp. V*) 4 <sup>ur</sup>crego *B*, cur ego *J*  
 7 velitis *P* cum iudico *B* <sup>h</sup>oc *B* 9 facto *M*, vel fato *m*  
 10 accipere *BM* 11 plerique *Gr.* 12 desperatione *ex*  
 despirationem *B* collo *V* 13 cecepit *P* <sup>b</sup>arupta *M*  
 14 molis *BM*σ 16 simpliciter cum *M* 19 velis *Gr.*  
 mereris *B*; morereris σ 20 fragit *B* 22 ambiunt *Gr.*; blandiuntur *Sch.* 23 crederim *BM*, corr. *Bm* 24 infirmitatem *M*  
 27 testis α (*corr. m*)

adrogans vita simulabitur, statim contumax dolor cum deprehensa morte dissentiet.

- 17 Nescis quantum mihi haesitationis paraveris, cum interrogas, dum respondere cogis sinisque me redire in forum, litigare, defendi. me vero tunc pariter omnes tenuistis 5 adfectus, indignatio, pietas, reverentia, dolor. ego propter patrem mori possum, coram patre non possum. adice nunc quod et dixisti: 'bibe.' si mehercules saucium palpitantemque iussisses adigere ferrum, premerem clausis vulneribus animam, <si> stringere aptatos ad colla nexus, 10 conarer abrupto desilire laqueo, si non iniceres manum ad praecipitia properanti, flecterem in plana cursum. merito prorsus, anime, secretum solitudinemque captaveras. intervenit pater, actum est, perit ille susceptae mortis ardor et utroque nos resolvit adfectu. mori non debeo, 15 si vetuerit, non potero, si iusserit. 'bibe', inquit. nondum quidem potioni virus aptatum est. sed me ideo deprehendisti, quia adhuc terebatur. multa tamen mihi, pater, ante facienda sunt. volo prius convocare servulos, contrahere libertos, complorare, conqueri, mandare, defendi. 20 'bibe.' mihi vero tunc adiecisse visus es: 'teneris, haeres, eamus ad iudicem.' 'bibe.' sic hoc iubes, tamquam negem venenum. interrogare vos velut in illa secreti nostri praesentia libet quem mihi post hanc vocem animum datis?

1 simulabuntur *P* 3 quantum  $\equiv$  *V* aesitationis *BM*  
(*corr. m*) interrogares *H*. 4 respondero *V* cogis —

forum *scripsi*: cogisētis quem et reddere iterum *B*; cogissetis quem et reddere iterum *V*; cogis sed quem et reddere iterum *Mγσ*; cogis sedis quem et reddere iterum *β*; sed quem redire in forum *Obr.*; sinisque me reddere iterum *Dess. p. 92*; sceleris-

que causam reddere iterum *H*. 5 ligigare *B* 8 bibe si: bibes *BV* palpitatemque *B* 9 clusis *Vβ* 10 si *add. ε*  
stringerem *M* 11 eniceres *B*, *corr. β*; niceres *V* 12 properanti *V* 13 animae *BM*; anima *βσ* sollicitudinem-que (que *in ras.*) *M* 14 illae *B* 15 et ut utroque *B*  
16 potuero *B* vixerit *M*, vel iusserit *m* 21 abiecisse *M*  
22 si *γJ*; sed *ε* 23 nostri *om. V*



dicit hoc accusator, dicit hoc victus, dicit secreto, dicit  
 sic, ut possit negare, si bibero. 'bibe.' ego quidem volo,  
 et hoc cum maxime paro, sed totum hunc animum, senex,  
 tua aviditate mutasti. 'bibe.' quid restat quam ut re-  
 5 cusantis ora diducas? ut infundas per oppositas manus?  
 mihi vero tunc excidit quid velim, quid pararem. vidi 18  
 truces loquentis oculos, vultus parricidali ardore suffusos:  
 iuberi mihi videbar, ut biberem tuum venenum. nescisti,  
 pater, pertinaciam meam servare, nescisti. filium propter  
 10 te mori volentem deprehendisti. vis occidere? veta. in-  
 vade poculum, ne hauriam, bibam. exclama: 'temerari,  
 quid facis?' iam desino irasci, iam revertor in gratiam.  
 properabo, ut hoc secum aures ferant, ut impatientia tua  
 fruantur oculi. tibi inputes quod me retorsisti, quod ab-  
 15 lata sunt sacramenta pereundi. innocenti facilius est mori,  
 si rogetur, ut vivat. fidem deorum, in quam me contu-  
 maciam, pater, in quem tunc impulisti contentionis ardo-  
 rem, cum diceres: 'bibe!' nec vivere mihi libuit nec mori.  
 ereptus sum miser animo meo et improvisa voce percussus  
 20 steti sine adfectu, sine negotiatione attonitus, amens et  
 me paene aliter occidi. nihil est profecto improvisorum  
 dolore torrentius, et fractae malorum contentione mentes  
 ad inexpectata caligant. non querelas post hoc invenio,  
 non verba, non lacrimas. ad nullius rei conatum sufficit  
 25 mori alterius animo et suo veneno.

1 dicit — accusator *del. Obr.* 2 negare *re B* siberem *B*;  
 3 cum *om. M* 4 nudasti *M*, vel mutasti *m* quis *BM*  
*post restat add. locus M*; aliud *βγδ* 5 deducas *Mβ* 6 pa-  
 7 vetat *V*; vaca *M* 11 ne: tene *V* temerari *V*: merari *B*;  
 mirare *M*; te mirari *β* 12 facias *B* 13 pro<sup>s</sup>perabo *M*  
 (s *supr. m*) ut hoc: vero h. *β* ferent *M*, *corr. m* 14 im-  
 potes *V* torsisti *B* ~~quod~~ quod *B* 15 innocenti *ex -di*  
*M* est *om. M, supr. m* 18 ne (*ante vivere*) *M*, c *supr. m*  
 19 meo *om. P, supr. p* 20 sine negotiatione *ex sene n. B*  
 negatione *ε* 21 me: ne *V* 22 dolor et horrentius *BV*; do-  
 lore horrentius *M*, vel tor *supr. m* mentis *β* 23 expec-  
 tata *BH*

19 Licet igitur nova me reatus mole convenias, non paenitet tamen flexisse, non paenitet, illum spiritum rigoremque pereundi: tamquam parricida moriebar. pater qui queritur quod non bibi, iam nunc diceret: 'deprehensus erat, negare non poterat.' essem nunc ter abdicatus, et me contenderet ad iudices meos redire non ausum. bene quod sic effudi, tamquam rursus vita placuisset. venenum quod videretur deprehensum, nemo ideo bibisse crederetur, quia sibi paraverat. dic nunc: 'non fui passurus, si bibere voluisses.' deinde hoc sic probas, ut me hodieque coneris occidere. 'non eras passurus.' quando, per fidem, inicis manus? potuit eadem, potuit peragi brevitate qua iusseras. 'non eras passurus.' deinde non timuisti, ne mihi animum pereundi vel hoc faceret quod putabam me iuberi. facinus est, si morior, ut postea quaeratur, an volueris occidere. tu licet invidiam vocis illius alterius mentis simulatione defendas, occisuri tamen fuit ipsum experimentum. nec interest rigoris, quaedam patiaris an temptes. numquam movebit patrem filius hoc quod moritur, quem non movit hoc quod paratus est mori.

Quid nunc faciam, iudices, pertinacissimo rigori? in quod me componam patientiae genus? videtis hominem quem nullus animi mei status mutat, quem constantia nostra, quem offendit infirmitas. vivere volo: proturbat, expellit. mori conor: interpellat, exagitat. iam fortassis aliquid, si nobis hodieque clementia vestra succurrerit, paravit, invenit. qui finis, quis exitus incredibilium ma-

2 fixisse *BV*; finxisse *M<sub>3</sub>σ*; corr. *Gr.* 3 post pereundi  
*add.* assumpsisse *M* parricidia β 5 ter om. *S*; tibi *P*, del.  
*man.* 3 6 iudice<sup>s</sup> *B* 8 deprehensum — crederetur om. *B*  
 credederetur *M* 9 bibe *B* 10 sic: si α 11 fide *M*  
 15 quaeritur *B* post queratur *er. oc V* 16 nolueris *B* (ex nu-  
 lueris, corr. *o*?) *M* vocillius *B* (*supr. o*) ≡ vocis (4—5 litt.  
*er.*) *V*; illius om. *M*, in marg. *m* 20 movit: novit *B*; mo-  
 vet *P* 22 quid *B* 23 status *ex* stutatis *B* conscientia *J*  
 27 quis finis *M<sub>3</sub>σ*

lorum? de filio absoluto fecit, ut mori mallet, de moriente, ut viveret.

Vos vero, sanctissimi viri, quo iam ambitu, quibus 20  
possem convenire precibus? ille vester infelix, ille vester  
5 absolutus flere vetitus est. non habet gratiam suam to-  
tiens genua complecti et ad fatigatam misericordiam novi  
discriminis pondus attulimus. o mors semper imparata  
miseris, negata cupientibus, quando succures? me in-  
felicem! perdidit venenum. sed quatenus aliquid, pater,  
10 expectationi tuae repromisi, nolo desperes. fruire quin  
immo ante suprema, ante exitum meum hac voce: 'vi-  
cisti.' nescio quidem quod rursus eligam obitus genus,  
an placeat reparare virus infelix. sed praedico, testor,  
quaecumque sederit traditio leti; miserere, ne iubeas, mi-  
15 serere, ne cogas. facilius me occiderent gemitus tui, la-  
crimae tuae. et ne mihi putetis illam secreti nostri ex-  
cidisse vocem, venenum quidem te iubente bibere non  
potui, quandoque tamen hoc occidet quod bibere iussisti.

2 vivere *Obr.* 4 convenirent *V* 5 fieri *ex-re B*; fieri *V*  
vestitus *V* 7 imperata *V* 9 pater aliquid  $\beta$  10 expecta-  
tioni  $\equiv$  (*s er.*) *M* repromisi: *re-in marg. add. p* qui ni-  
mio *M* 11 suprema *B* 14 traditio: conditio *Gr.*; ratio *Sch.*

leti (*o supr. b*) *B* 15 cilius *M* occideret *B*, *n supr. b*

16 putes  $\epsilon$  17 nopotui *B* 18 hoc *om. BM* iusisti *M*

*subscriptio deest in B in lacuna 6 versuum*  $\hat{M}$  FABI  
QVINTILIANI OPTIME MIRABILITER VENENVM EFFVSV  $\equiv$

(3—4 *litt. er.*) *M*. EXPL. INCIP̄ BENE INFAMIS IN MATRĒ  $\equiv$

(INCIP̄ *sqq. minio*) *V* Expliē VENENV̄ A FILIO EFFVSVM

INCIPIT ARGVM̄: *minio M* Incipit sepulcrum incantatum

*minio P* Optime mirabiliter marci fabii Quintiliani venenum  
effusum explicit. incipit sepulc<sup>m</sup> incantatum *S*

## XVIII.

## INFAMIS IN MATREM I.

MALAE TRACTATIONIS SIT ACTIO. Speciosum filium, infamem, tamquam incestum cum matre committeret, pater in secreta parte domus torsit et occidit in tormentis. interrogat illum mater quid ex filio compererit. nolentem dicere malae tractationis accusat.

1 Etsi, iudices, callidissimus parricida facinus suum sic ordinavit, ut vobis matrem faceret invisam, sive dissimularet misera mortem filii sui, sive quereretur, tantaque monstrorum novitate circumdatam eo perduxit, ut sibi videatur infamaturus iterum vel patientiam nostram vel dolorem: matri tamen, <in> cuius calamitatibus ne minimum sibi vindicat orbitas locum, ideo ad vos fugiendum fuit, ut sciretis non illi praestari quod tacet maritus. laudo, iudices, laudo miseram quod interrogare noluit domi, quod nihil fecit et ipsa secreto. hic coram civitate, coram liberis ac parentibus et, licet dissimulare parricida videatur, coram rumore mater inquit quid tormentis uniei quae-

2 *titulum omissum supplevit manus saeculi XIX B*

3 Male tractationis sit actio. Spetiosum filium infamem. Require In secunda Parte huius operis *minio picta omissio argumento V* accio **B** 6 comperit **M** 7 **M** *add. minio scripta* EXPLIC ARGVMTV̄. INCIP LIB DE MATRE Q̄ MARITV̄ ACCVSAT PPT̄. MORTE FILII CAUSA XVIII prima pars *rubricator add. in marg. capitulis 1 V*

8 etsi — ordinavit *in lacuna* 9 *versuum om. B, add. man.*

*saec. XIX* multa iudices dirus pater concidendo replicavit, ut vobis **M**, *supr. m* calidissimus **V** 10 miseram **MJ**; *om. P, supr. p* quererentur **V** 11 meo **V** produxit **V** 13 in **S**; *om. ω* ne *del. Gr.* 17 ipse *a* hinc **M** 19 rumorem

**BM** <sup>m</sup>pater **V** uni **B**; unius **M**

sierit, quid morte compererit. respondeat saltem reus, fa-  
 teatur iratus cur in peracta crudelitate modestiae fronte  
 substitit. nec uxori potest videri parcere, de qua scire  
 voluit an esset incesta, nec filio quem tamquam sciret,  
 5 occidit. ante omnia igitur, iudices, mulier infelicissimi  
 pudoris hoc ab adfectibus publicis petit, ne vobis accusare  
 videatur. ream se incesti, ream parricidii putat. exhibet  
 populo conscientiam suam et adversus quemcunque ser-  
 monem, quodcunque secretum marito famaеque praestat  
 10 interrogandi potestatem. vellet innocentiam suis probare  
 visceribus, vellet in eculos, in ignes hanc miseram prae-  
 cipitare pietatem. ignoscite, iudices, impatientiae quae 2  
 contra callidissimam dissimulationem libertate doloris ex-  
 aestuat. incestum probaretur silentio patris, si taceret et  
 15 mater. equidem, iudices, tam contrarios adfectus senis  
 satis admirari, satis stupere non possum. in rumore tam  
 suspicax, post tormenta patiens, modo ad fabulas vulgares-  
 que sermones pronus ac facilis, in orbitate, in parricidio,  
 reatus quoque dolore conticuit. quo repente conversus  
 20 est? in quam modestiam desperationemque defecit? torsit  
 tamquam dicturum, tacet tamquam dixerit. fidem igitur  
 vestram, iudices, ne cui praestet magnae severitatis aucto-  
 ritatem non posse defendi, neve ideo suspicari nefanda  
 malitis, quia se silentio parricida miratur. parcere nunc  
 25 illum cuiquam tacendo creditis? loqui se cum maxime

1 comperit *a* responde at *σ* saltem *M*<sub>3</sub> 2 in perata  
*BM* (in marg. inparata *m*); imperata *V* frontem *J* 4 in-  
 certa *V* nec om. *BM* quem ex correctura *M* 6 hec *β*

effectibus *σ* vobi<sup>s</sup> *B* 7 incerti *B*; incertis *V* exibet *BM*  
 8 populo suo *β* 11 in ignes om. *V* 13 calidissimam *BV*  
 (l. *supr.* *b*) 15 et quidem *BM* 16 ammirari *M* rumore:  
 ruere *B*, corr. *b* 17 suspica~~xx~~ *M* vulgeresque *B* 18 parricid

ido *P* 21 docturum *V* 22 nec<sup>ui</sup> *M* (*supr.* *m*) praestat *V*<sub>3</sub>  
 23 non: nunc *β* possum *V* nefanda — silentio l. 24 om. *S*  
 nefanda malitis *Paris. 7800 man. 2*: nefandam alius *ω*; nefanda  
 malitia *ε* 24 miratur: tutatur *Sch.*

putat. et si bene artes et profundae mentis consilia perspicio, respondere sibi videtur plus quam mater interrogat. fallitur, quisquis hunc esse credit inexplicabilis doloris aestum et inter silentii confessionisque causas miserum pudorem. alium exitum non habet, quam ut respondere 5  
nolle videatur quisquis filium occidit et probare non potest, propter quod erubuerit occidi.

3 Coniungat, quantum volet, nocentissimus senex cum rumore populi silentium suum et relatūra ordinem tristissimae sortis conlata malignitate cludat ora, compescat 10  
aditus: securi tamen estote, mortales, fas est, fas est innocentissimae matri velut in templis, velut apud ipsos proclamare superos: amavi filium meum matrona, iudices, cuius puellares annos, primam rudemque coniugii mentem nulla libidinum respersit infamia, cui impudens rumor, 15  
suspiceax maritus nihil unquam potuit obicere nisi filium. quae pudicitiae prima fiducia est, edidit partum quem maritus agnosceret, non timuit, ne stupra furtivosque concubitus parvuli vultus aut crescentis infantiae similitudo detegeret. natum de te continuo, si quid ipsi creditis, 20  
inpatientius complexa quam reliqui parentes non in nutrices nec in ministeria seposuit: suis aluit uberibus, suo fovit amplexu. numquid et hos annos, parricida, numquid et pueritiam miseri iuvenis infamas? actum est de sacrorum nominum fide, si, ut videatur innocens mater, aetas 25  
tantum filii facit. accendebat hanc erga unicum optimae matris impatientiam rigidus pater, asper maritus et sibi videbatur parum implere quem pro duobus conferebat ad-

1 et: ae **B**, ac **b**; e **V** prospicio **P** 2 priusquam **Bu**.  
5 quam: quod **P** 7 erubuerit: debuerit **Mβ** 8 volent **B**  
9 relature **BV**; rela<sup>l</sup>iturus **M** 10 callida malignitate **Gr**.  
11 aditus: adiectus **B**; abiectus **V** fas est *semel* **M** inno-  
centissime **B** 12 matris **V**; matri<sup>l</sup> **M** imtemplis **M**  
15 libidinē **BM** (~ *er. M*, -is **b**) 19 vultis **B**; adulti **M** in-  
famiae *ασ* similitudo **M**, li *supr. m* 21 in<sup>n</sup>utrices **V**  
22 in *om. P*, *supr. p* aluabit **B**; aluit<sup>l</sup> (*6 vel 7 litt. er.*) **M**  
24 de: ad **β** sacrum **M**, o *supr. m*

fectum. rarus hic namque ad oscula, difficilis amplexibus,  
 et qui unicum aspiceret animo quo quandoque posset occi-  
 dere, fecit, ut notabilior esset caritas matris. omnis igitur  
 miseræ sermo cum filio, omnis in publicum pariter egressus.  
 5 gaudebat etiam quod laudandus occursibus, quod omni  
 frequentia coetuque conspicuus populo iam ipse fateretur  
 quod plus amaretur a matre. miseremini, iudices, ne 4  
 nefandas suspiciones maritum ex ullius traxisse credatis  
 indiciis: suum rigorem, suum tantum secutus est animum.  
 10 filium si non ames, videatur tibi mater adamasse? quaesi-  
 turum nunc me, iudices, putatis de licentia sermonis hu-  
 mani? ego vero iuxta hunc patrem non accuso rumorem.  
 quæ materia fabulae tam inpudentis, qui fuerit auctor,  
 iste probavit qui credidit. facillimum fuit, ut loqueretur  
 15 populus de incesto, de quo mirabatur patrem suspicari.  
 hæc sunt, iudices, quæ mater fecit secure, simpliciter,  
 palam, coram marito, coram civitate. referat nunc suum  
 iste secretum. iuvenem, quæ integritatis prima simplicitas  
 est, nihil timentem in partem domus qua nulla procla-  
 20 matio, nullus poterat gemitus audiri, rapuit, abduxit. ibi  
 verberibus, ignibus, omni crudelitatis arte consumpsit.

Quis unquam, iudices, peius de innocentia temporum,  
 de sacris meruit adfectibus? torsit filium, ut probaretur  
 incestum; occidit, ut crederetur. ponite nunc ante oculos,  
 25 iudices, duorum parentum confessionem. mater exclamat:  
 filium amavi; pater dicit: occidi. nefas est utrumque pu-  
 tetis innocentem. iam quidem, nocentissime senex, grande  
 deprehensæ feritatis indicium est quod, cum filium occi-

---

1 ad — quandoque bis **B**    oscula (*in repetitione h non del.*) **B**    2 possit *a*    5 laudatus *Sch.*    6 populo *in marg.*  
*add. b*    ipse (er. s) **V**    7 ne om. **BV**    8 illius  $\beta$   
 10 ames *in ras. b*    11 humanis **B**    12 iusta **M**    13 quis  
**M**; qui fact **V**    actor  $\beta$  ( $\sigma$ ?)    14 credidit **B**    15 in-  
 certo **BV**; incesto **M**, corr. *m*    22 tempoum **B** (*corr. b*?)  
 24 potite **B**    26 ut utrumque  $\beta$     28 deprehensæ **B**  
 indicium **BV**

deris, ut interrogeris, expectas. non erumpis ab illo secreto tuo terribilis in publicum? et homo filii cruore perfusus non proclamas, non deos hominesque testaris, non occidis et matrem? scilicet modestia te scelerum tuorum, cum maxime decet, et ideo tibi relinquis unde sis quietae 5  
5 patientiae. miser parcis uxori, coniugales deos et lectuli iura revereris. o quam non habet nec quod mentiatur!

Malae tractationis agimus.

Placet ergo, iudices, ut illa voce qua matrimoniorum conquerimur iniurias, gemitu, quo corporum contumelias, 10  
damna, cultus et negatos in publicum deflemus egressus, orbitates ac liberorum suprema plangantur? quid tamen facere vultis miserum dolorem, si non habet aliam sexus hic legem, si intra iuris huius angustias omnis nuptiarum querela constricta est? mater quae de morte filii mari- 15  
tum malae tractationis accusat, non vindicat sed probare contenta est quod non debuerit occidi.

Omittamus paulisper, iudices, orbitatis tristissimae dolorem, et in parricidio malae tractationis reddamus aliunde causas. ita non iuste quereretur uxor, si diceret: adulte- 20  
rium de me facile suspicatus es, cito credidisti? matronalis pudor tutelam non ex sua tantum innocentia habet, infirmitas huius sexus non potest totam improbitatis existimationem debere tantum moribus suis: omnis in feminas venit maritorum praedicatione reverentia, omnes sermones 25  
originem de vestris pectoribus accipiunt. tristior vultus, querela, fastidium, fatum est coniugii. de pudore pronuntiat, mittit in ora populi, mittit in fabulas. hoc pro-

---

1 erupis  $\beta$       secreto tuo **B** (corr.  $\delta$ )      4 occidisset **V**  
5 cum: quam  $\beta\sigma$       6 pacis **V**      8 tractionis **B**, ta *supr.*  $\delta$   
10 conquiritur **B**, conqueritur  $\delta M$       11 egressum **V**      12 post  
liberorum *er.* dolorem **V**      14 somnis **V**      15 quaerella **B**  
16 accusat malae tractationis  $\beta$       17 debuerit *ex* dubuerit **B**  
occidit dimittamus  $\beta$       20 adulterium **B**      21 suspicatu  
**B**, s *supr.*  $\delta$       22 habet *om.* **V**      23 probitatis *Gr.*      27 factum **V**  
28 mitit **P**      mittit in fabulas: pervenire **M**, corr. *m*



xima ministeria narrant, hoc exteri putant. nemo peiore exemplo temere de uxore credit quam cui omnes credituri sunt. sane faciat vos pronos ad suspiciones nimia caritas, ex inpatientia diligendi plerumque descendat, ut credas facile quod timeas. furtiva stupra raptosque concubitus obiciat vel falso maritus: fas est, fieri solet, parcius tamen, si iam sit et mater, si in fidem castitatis uxoriam fecunditate profecerit. quid si sit iam iuvene quoque filio severa? iam nurum nepotesque prospiciat?

10 Miseremini temporum, ne alienae innocentiae interpretationem de suis quisque moribus trahat. incestum posse fieri pater hoc solo vult probare quod filium potuit occidere. 'rumor', inquit, 'fuit'. et, Hercules, cui contra rerum naturam, contra parentes liberosque credatur. 'rumor

15 fuit.' hoc ergo sic audiemus, tamquam si diceres: 'consciis detulit servus, nuntiavit ancilla, improvisus adstisti, dum non timeor, adveni.' rogo, iudices, utrum credibilius putatis incestum de matre an de rumore mendacium? rem inpudentissimam populus loquendo fecerat, nisi pater

20 credidisset. pessimum, iudices, humanarum mentium malum est quod semper avidius nefanda finguntur, nec usquam se maius operae pretium putant maligni facere sermones, quam cum incredibilia quasi deprehensa narrantur. necesse est contentiosius loquaris quod probare non possis,

25 et adfirmationem sumit ex homine quicquid non habet ex veritate. est tamen hoc iniquissimum de loquacitate populi quod plerumque accendit contentio non credentium famam. materiam miraris rumoris, de qua nemo nec sibi

1 peiora exempla *M*      2 tenere *BM* (*corr. b*)      4 ex  
*Dess.*: et  $\omega$ ; et ex  $\epsilon$       6 falso  $\equiv$  (*s er.*) *M*      7 uxoriam *V*  
8 feconditate *P*      qui *M*, *corr. m*      sit *om. V*      9 murum *B*  
11 quisque *ex correctura m*      13 et: est *VM*      ercules *M*, *h*  
*supr. m*      rerum *om. M*, *supr. m*      15 tam quasi *B*      16 ad-  
sti<sup>tit</sup> *B*; adsti *V*      17 non *om. V*      18 putatis *M* (-astis *m*)  
19 loquendi  $\beta$       24 contentiosius *B*; contentiosus  $\sigma$ ; compen-  
siosius  $\beta$       27 accidit  $\omega$ ; *corr. \epsilon*      non *ex nen B*      28 fama  
 $\omega$       materia mirari  $\alpha$

credit? quam qui narrat, adsignat alii? rumor res sine  
 teste, sine iudice, res ex incertis inprobissima, maligna,  
 7 fallax et similis silentio tuo. quid et ipse de rumore  
 senseris, vis breviter probem? tormentis quaerendum pu-  
 tasti an verum diceret. sane sit aliqua publici sermonis 5  
 auctoritas in illis, ad quae fas est populi pervenire noti-  
 tiam. video, cur adulteria proferantur in fabulas: expli-  
 cantur per ministeria, per conscios, habent inconsulta  
 gaudia. pars voluptatis videtur esse iactatio. facinus  
 vero, cui si fas est, ut illud humanae mentis capiat auda- 10  
 cia, circumdatur undique nox profunda, densior caligo te-  
 nebrarum quod nocentes suis quoque oculis vix fatentur;  
 non servo, non creditur ancillae. quid internuntiis, quid  
 opus est ministeriis? sufficit animus duorum, explicat omne  
 filius materque secretum. incestum tanto incredibilius est 15  
 quanto et de illo plures locuntur. o misera condicio sexus  
 cuius ipsae plerumque virtutes fabulas parant. cur ista  
 nullis in publicum gaudet egressibus? unde adversum  
 omnes tam rigida conversatio, tam severus adfectus? nihil  
 concupiscit, nihil ergo desiderat? filius possidet cuncta 20  
 tempora, universos occupavit adfectus, filius matris tota  
 iactatio est. rogo, numquid adamavit? mihi credite, non  
 est nefandorum ista simplicitas. da, ut sit haec inter  
 matrem ac filium conscientia, parent osculis palam, ab-  
 stinebunt coram patre complexibus, omnis familiaritas sub- 25  
 stringetur in publico, sermones, occursus coram servulis  
 libertisque vitabunt, et maximi sceleris ardor captabit ad-  
 8 fectare gravitatem. elige, parricida quod voles, incestum  
 diligens suspectum non erit, neglegens deprehenditur.

1 qui *om.* **M**, *supr.* *m* rumor res: rumōē (*in marg.* r) **M**  
 2 indice **BV** 3 falax **M** 4 putāti<sup>s</sup> (s *er.*) **M** 5 publica **Obr.**  
 6 notiam **M** 7 vide *Sch.* proferentur **V** febulas **M**, *corr.*  
*m* 10 si *om.* **V** illud ad humanae **V** capiti ad **V**  
 11 unque **M**, di *supr.* *m* 13 credit **V** 15 incertum **B**  
 17 virtute<sup>s</sup> **B** 18 adversus **M** 19 nichil **B** 22 numquid:  
 non quid **P** 24 ac: et  $\sigma$  25 om<sup>is</sup> **B** 27 captavit **B**  
 28 elige: flige  $\beta$  29 suspectus **M** $\beta$  deprehendetur  $\beta$

Sed quid ego sic ago, tamquam inauditum, incredibile scelus locutus sit populus? teneo in hoc sermone facinus unius mali mariti. non interest, incestum de uxore fingat an credat. quid? iste ergo non timuit tam nefandae rei  
 5 famam, nec ad aures patris pervenire rumor erubuit? dissimules licet, a te malignitas accepit ortum, te secutus est, quisquis hoc ausus est narrare, proferre. da bonum patrem, bonum maritum, dicturum me putas, non credet? nesciet esse rumorem. ite nunc, iudices, et adhuc dubi-  
 10 tate, quis famae fuerit auctor cuius pater agit causam.

‘Speciosus’, inquit, ‘fuit.’ non magis hoc facinus in 9  
 matre est quam crimen in filio. ‘speciosus fuit.’ ut hoc obici possit, ut debeat, adice, et adulter et raptor in illa matrona maritali dolore paene percussus, in illa virgine  
 15 publica subclamatus invidia, quamquam haec quoque intra notos decurrunt iuventutis excursus. quid ais? ab incesto libidines coeperunt? hoc primum unquam iuvenis admisit? hoc solum argumentum sumis ex forma? dic potius: de-  
 20 prehendi iuvenem mihi venena miscentem, in necem meam conscientia sceleris est armatus. infinitum est quantum debeat ante fecisse filius, ut de illo incestum pater sibi credat. ‘speciosus fuit.’ quis enim non est formosus filius matri? amant debilitates, amplectuntur illum morborum suppliciorumque pallorem, et in vires caritatis aderescit  
 25 ipsa miseratio. non impedit aegrae pietatis animum de-

---

1 se **B**    incredibile **M**, *supr. m*    3 uxo<sup>re</sup> **B**    5 ad  
*supr. V* erubuit rumor  $\beta$     6 malignitatis  $\beta$     7 ausu<sup>s</sup> **B**  
 dabo **V**    8 meritum **V**    9 aduc **B**    dubitet te **B**    10 actor  $\beta$   
 11 inquit — speciosus *l. 12 om. B*    magis $\equiv$  **V**    13 posses<sup>t</sup> **B**;  
 posset **V** $\sigma$ ; potesset *ex* posestet **M**    14 percus<sup>sus</sup> **B**; percussus  
 est **M**    15 matus **B**, subcla-*supr. b*    quamquam: quodquod  
**P**    16 nostros **M**, *in marg. vel notos m*    discurrunt  $\epsilon$     iu-  
 ventutis — coeperunt *l. 17 om. V*    incerto **B**    18 sumis *ex*  
*correctura (m?) M*; sumus  $\beta$  (*corr. S*)    20 est *om. V*    21 in-  
 certum **B**    22 formosus *ex* formonsus **B**    23 materi **V**;  
 matris  $\beta$     24 suppliciorum *ex -rom V*    25 agra **BV**

formitas, pulchritudo non auget. amare liberos unus adfectus est. liberi, marite, liberi non amantur oculis, non complectitur mater ore, non vultu, sed est in filio matris nescio quid homine formosius. possit forsitan novitas sollicitare visus, expugnare mentes; in matris aspectu coalescit infantia, pueritia consurgit, iuventa subrepat, speciosum suum cotidie videt, miratur, amplectitur. quae tamdiu amavit, quando incipiat amare desinere? non est opus, nocentissime senex, ad hoc nefas caritate sed amentia, sed furore. ut in iuvene suo mater possit concupiscere quod formosus est, oderit oportet quod filius est; et adeo sacris adfectibus non adiuvatur in facinus, ut ad aliud nisi per oblivionem sui transire non possit.

10 Quid? quod et hic incredibilius est quod parem duorum poscit insaniam? et ad incestum opus est, ut adamet et filius, non ut adametur. ab utro deinde vultis incipere preces, venire sermonem? audebit hoc rogare filius matrem? mater hoc inpetratam se sperabit a filio? hunc animum tuum, senex, quocum maxime taces, si non est callida, non maligna simulatio, de fide tanti sceleris interrogo, an potest mater admittere quod loqui non potest pater?

'Speciosus fuit.' libet interrogare hoc loco omnes humani generis adfectus. placet ergo, ut si filio optigerit indulgentior facies, vultus erectior, refugiat mater amplexus? si virginem usque ad notabilem speciem natura formaverit, timeat oscula pater horreatque contactum? dii deaque male perdant tam inpuentes sollicitudines,

1 pulchritudo (h *supr.*) **B** auget **P**, u *supr.* **p** amare autem liberos **β** 2 liberi *ante* non *om.* **V** 4 homine *om.* **V** formosius **B** 5 sollicite **V** coalescit **V** 6 subrepat **B** 8 a matre **BV** 9 nefas **M** 12 illud **ε** 13 per *om.* **B** 14 *pa*rem (t *er.*) **M** 15 incertam **B** adamet: admanet **B**; admoneat **M** 16 adamatur **B** utroque **M** 18 inpetratam **V** speravit **BV** 24 optigerit (i *supr.* **ι**) **B**; optime tegerit **V** 25 amplexu **V** 28 pudentes **M**, *i* *supr.* **m**

tam nefarios metus! prope est ab incesto timere, ne fiat. malo simplicitatem quae non vereatur infamiam, malo nudos adfectus inconsultamque pietatem. nihil de se fingi, nihil credant posse narrari. teneat insatiabiliter, avide, 5 tanti fama non est, ut amet filium mater sollicitudine pudicae. me quidem, marite, si quis interroget, omnes matres liberos suos, tamquam adamaverint, amant. videbis oculos nunquam a facie vultuque deflectere, comere caput habitumque componere, suspirare, cum recesserit, exultare, 10 cum venerit, conserere manus, pendere cervicibus, non oculis, non conloquiis, non praesentiae voluptate satiari. hoc est ergo <in> tam nefanda suspicione saevissimum: incestum non potest fingi, nisi de optima matre. execrerer mehercules, iudices, si crimen istud clarius obiecisset filio 15 pater, si usque ad verborum processisset amentiam. nemini minus fas esse debet credere incestum, quam qui propter illud paratus est filium occidere.

Quid? quod non credis tantum, nefande, sed quaeris? 11 ita tu non times monstri huius agitare secretum? populus 20 loquitur incestum, sed tu nega. civitas infamat, tanto magis osculare unicum et coniugem tene, pariter duos circa tuum stringe complexum. pro inaudita feritas! ita patri non sufficit non credere incestum, quod non potest probare? ferrem tamen adhuc suspiciones tuas, nefandissime senex, si dissimulanter indicia tanti sceleris agitasses. 25 observa sermones, secreta custodi, omnium dierum noctiumque momentis sagax scrutator insiste. quid tibi cum abruptis? quid cum supremis? incestum iam credas oportet,

1 incerto **B** 2 videatur **V** 3 nudus **BV** 4 narari **M**  
 (corr. *m*) teneant **M** insanabiliter **V** avidi **V** 6 pu-  
 dicitiae **Mβ** 8 vultusque **β** comere *om.* **M** 9 suspirare  
*ex* -care **V** 11 oculis **ω**; *corr.* **ς** voluntate **ω**; *corr.* **ςm**  
 12 in *om.* **ω**; *add.* **ς** 13 incertum **B**; incestumque **M** (*s corr.*  
*in r*) **m** execrerer *ex* -et **B** 15 processit **P**, *corr.* **p** ne-  
 mini minus: minimus **V** 18 credit **β** 20 tanto tanto **B**  
 22 inaudit **†** **B** (*a supr. β*) 25 si *om.* **B** indigna **BV**, *corr.* **B**  
 27 scr<sup>a</sup>utator (*c er.*) **M** insistere **BV** 28 abruptus **B**

ut torqueas. at tu, pro nefas! verberibus, ignibus et tota crudelitatis arte scrutaris rem, de qua non deberes interrogare servos, de qua vernilium quoque corporum patientiam petulanter excuteres. laminas accendis, eculeos moves et parricidio suspicaris incestum. nescis quod praeceps, 5 quod abruptum tam nefandae diligentiae furore commoveas? pater qui de incesto filium torquet, non est neganti crediturus. omnium quidem, iudices, incertorum suspiciones pessimè semper a corporibus incipiunt, nec bene de cuiusquam moribus illam partem hominis inter- 10 roges quae non animo, sed dolore respondet. nondum dico quem torqueas, quis inter eculeos ignesque ponatur, cuius arguta prius indicia praecedant; novissimum debet esse, quicquid obiter torquetur et punitur. fidem hominum deorumque! ne gravitatem putetis a novissimis ulti- 15 misque coepisse. non habet probationem facinus, de quo pater non potest alium torquere quam filium.

12 Video, qua possis ratione defendi, si omnia ante fecisti, ut incestum aliter erueres. quid ais? interrogasti servulos, non potuit conscius inveniri. exquisisti ancillas, 20 non apparuit ministra flagitii. non obscena litterarum commercia, non fatentis reprehendisti nefande blanditias. nihil invenis maritus, dominus, pater. i nunc, et dic scissurumorem. sed, ut torqueas, ducatur tamen quaestio per coniugis ministeria, per filii servulos, in illa potius vilitate 25 desaeviat. prius est, ut repudietur uxor, ut divortio fiat in domo grande secretum. excedit omnem inmanitatem, filium

2 scr<sup>u</sup>taris *M*, scrutari *J* 4 iam minas *ασ* 5 prae-  
ces *M* 6 furorem *M* 7 neg<sup>n</sup>ati *B* 9 suspiciones *J*

11 sed: sub *BM* dolo *M* 14 obiter *scripsi*: obiēret *B*; obiret *V*; obieret *H*; obiceret *J*; *om. M?* punit *ω*; *corr. H.* quicquid torquet urit punit *Dess. p. 93*; <quod> quicquid obiter torquetur et punit *Klotz* 15 deorum hominumque *β*

18 nte *M*, a *supr. m* 19 eruere<sup>s</sup> *B* qui ais *B*; quia his *V*; quia si *M* interr<sup>g</sup>asti *V* 20 nec *ω*; *corr. ε* 22 non *ex* nos *B* ferentis *P* deprehendisti *ε* 23 i: u *V* fuisse *Gr.* 26 dese<sup>p</sup>viat *B*

ideo torquere, ut scias, an innocens torqueatur. unicum  
 pater ignibus verberibusque interrogas; rogo, quid facturū,  
 si pernegaverit? videlicet, ut laudes, deinde dimittas, ut  
 amplectaris perusta vitalia et laceri pectoris vulnera pie-  
 5 tati rursus admoveas. solus superest pudor homini qui  
 torsit unicum, ut torquere debuerit. faciat te necesse est  
 res ista pessimum patrem, et oderis oportet filium cui  
 satisfacere non possis. iamiam malo venena, ferrum, su-  
 bitos ictus improvisamque mortem. incestum qui non  
 10 credit, torquere non debet; qui credit, statim debet occi-  
 dere. quod si tormenta etiam filii placent, si praestanda  
 est satisfactio tam nefandi rumoris, exigo, ne perdas quaes-  
 tionem: in media civitate, in ipsa constitue fama, advoca  
 illos malignos, illos loquaces et saeculi rem exquire audiente  
 15 populo. coram omnibus torqueri debet, de quo locuntur  
 omnes. interroget quisque quod volet, suis auribus, suis  
 credat oculis. cur in abditam semotamque partem iuvenis  
 abducitur? secretum quaestionis nec incesto filio debetur  
 nec innocenti. dabo adhuc inter secretum publicationem-  
 20 que temperamentum. advoca propinquos, adhibe amicos,  
 circumpone iuveni serios senes, intersint magistratus, ad-  
 sistant quibus habere possit civitas fidem. praestare debes  
 aut tibi, ut probare possis, si confessus fuerit, aut filio,  
 si pernegaverit. at tu, nefande, crudelis, tollis quaestionis 13  
 25 alteram partem, efficis, ne possit amplius innocens esse  
 qui tortus est. quid agunt contra populum tormenta se-  
 creta? praedico, testor, iterum dantur malignis alimenta  
 sermonibus, et a quaestione seposita in maius reditur

---

1 nocens *BJ* torquetur *B*, a *supr.* *b* 2 quid . ē . *M*  
 4 pietati (s *er.*) *M* 5 hominis *B* 7 ita *V* oderis: ocu-  
 lis *β* 8 iam *M* 9 hictus *V* incertum *B* 10 torquere *B*  
 11 q; *M* filii etiam *β* 12 nefando *B*, *corr.* *b*; -da *V*; -am *M*  
 16 omnes *om.* *P*, *supr.* *p* 18 abducitur *P* incerto *B*  
 20 que *om.* *β* et ante adhibe *B* 21 circumpone: r *ex*  
 c ? *B* magistratos adsistent *V* 28 a *om.* *M* posita *P*,  
 se *supr.* *p*

incertum. coram omnibus torquere debet filium pater, et qui vult absolvere et qui est paratus occidere.

Non vultis, iudices, ad facinus indignissimae quaestionis accedat, et quod ipse torsit filium pater. adeone non potuit libertis aut servulis necessitas ista mandari? non 5 carnifex potius adhiberi? pater in tormentis filii non aversos tenuit oculos, ipse vestes scidit, velamenta lacera- vit, manibus flagella concussit, renovavit ignes et mori filium contentione non sivit, diduxit os quod iam suprema claudebant, fovit animum, ut longis cruciatibus patientia 10 sufficeret. o dignum patrem cui dicat innocens filius: 'feci.'

Non mehercules inprobe mihi proclamaturus hoc loco videor hominem qui torquetur in matrem, debere coram matre torqueri. cur excluditur infelix a sua causa, a sua 15 quaestione? adhibe speciosi cruciatibus hanc nimis aman- tem, huius gemitus excipe, huius suspiria oculosque custodi: si quod facinus admissum est, torquebis quidem filium, 14 sed fatebitur mater. inrumpere me tum maxime puta in illud tuum, parricida, secretum: inicio properanti quae- 20 stioni manum, inhibe ictus, subtrahe paulisper ignes. quic- quid est quod eruisti, profer in medium, memento te fe- cisse de filio, propter quod tibi non debeat credi. quid spiritum dolore praecipitas? quid miserae intervalla pa- tientiae pertinaci crudelitate continuas, si frustra tibi suf- 25 ficere credis quod audieris, nuntiare, proferre? incestum ut credatur, ipse debet audiri.

---

1 incestum *V*    3 nonne videtis?    5 liberis *P*    ser-  
 volis *B*    ista *om. BM, supr. m*    7 adversos *M*    scivit  $\omega$   
 (c *del. B*); *corr. \varsigma*    9 dixit os *BM* (vel u *m*); deduxit  $\beta$   
 10 cladebant *P*    patientibus *V*    11 sufficeret: i *ex e B*  
 13 me<sup>h</sup>ercules *B*; mehercule $\equiv$  *M*    proclaturus *M*, ma *supr. m*  
 14 torquet *B*    16 quaestionis *B*, *corr. b*    adibe *B*, h *supr. b*  
 17 supir<sup>i</sup>a *B*    18 torquebis *ex -it M*    19 cum  $\sigma$ ; *corr. a\beta*  
 21 manus *B*; man<sup>o</sup>/// *M*    p<sup>a</sup>ulisper *B*    25 continueris  $\omega$ ; *corr. \varsigma*  
 27 debet ipse *V*



Mirabar et ego, iudices, si tam nefanda quaestio alium exitum potuisset habere quam mortem. hic est parricidii pudor, sic desinunt quae incipere non debent. facinus quaestionis, operis scelere maiore exire tibi videris per orbitatem. scimus unde venerit ista contentio, nihil extorsit saevitia misero. vincit torquentem qui occiditur.

Iamiam non miror quod post ista non habes vocem, verba non invenis. unicum sine teste lacerasti, unicum occidisti, soli tibi deinde vis videri celare facinus et in parricidio quaeris aliunde tristitiam. praepostera res est filium occidere, deinde erubescere. fas non est non esse notum, propter quod se parricida putat innocentem. eligas utrum voles: aut tormenta damnes necesse est aut silentium. quod non debet indicari, non debet quaeri. possis videri fortassis, crudelissime senex, silentium filio praestare, si viveret. consumpta est paterni nominis religio, omnis pietatis sublata reverentia. si hoc ille meruit, parum in quaestione, parum ultionis in morte est. vindicare vis confessionem? traduc cadaver et super illa vulnera omnes pone causas. non est eiusdem fateri cur torseris, et tacere cur occideris. quid ais, severissime parricida? filium consumpsisti per flagella, per laminas. potes agere? viscera de tuis concepta vitalibus, sanguinem qui de tua fluxit anima, non insania, non furore sed, quantum vis videri, consilio, gravitate lacerasti. potes tacere? super vulnera unici, super exutos artus metuendus adsistis et causas quaerente matre, quaerente populo hoc solum dicis: 'occuldi'? contenta esse debet incerto? interrogari nunc te, marite, credis a matre sola? causas mortis illius re-

2 potuisset et B 5 orbitatem B 7 habet<sup>S</sup> V 9 vis-  
vis V Clare B 10 saliente B praepostera rara res α  
11 fas ex fax M 16 vivere V paterna BM (corr. in ras. M)  
17 sullata M 21 cur ante occideris supr. B 22 potest V  
agere: tacere Gr. 24 in furore B 25 potest BV (corr. B)  
26 exustos Sch. 28 contempta B incerto ε: incerta BMεσ;  
incesta V 29 solas BV

poscit sollicitudo generis humani. stant circa liberos attoniti parentes, horret invicem se caritas fraterna complecti, rupta est illa osculorum inter soceros generosque simplicitas. quousque nos cum silentii tui interpretatione committis? si nihil factum est quod debeat erubescere temporum pudor, quid sibi volunt verba media, suspensa? si nefas prodigiosis simile fabulis deprehendisti, miserere, ne sis una morte contentus. incestam gravius odisse debes, quod et venit in forum, quod audaciam innocentis imitatur et tacenti videtur irasci. cum filium propter 10  
 rumorem torseris, propter tormenta occideris, non est media res, ut neutrum sciamus. mater quidem, iudices, innocentissima hoc complorat, hoc ferre non potest, quod nihil  
 16 parricida respondet. sed nobis videtur iamiamque esse dicturus. non fallit nos, nefande, quid captes, hoc quod 15  
 supra silentium trahis alta suspiria, quod in prorumpenti videris exclamatione deficere, mendacio paratur auctoritas, et in fidem erupturae vocis adfertur, ut fateri videaris invitus. dic tamen, par est huic rei matris integritas, ut mentiaris? o quanto nunc dolore torqueris quod instan- 20  
 tem non potes aliqua truci proclamatione discutere. non verba tibi contra miseram sed argumenta desunt, non voce sed probatione deficeris. quod solum datur, relinquis infamiae et nos cum perpetua sermonum malignitate committis. qui interrogantem uxorem nec damnat nec 25  
 absolvit, rumore contentus est. modestiam mariti pariter et patris accipite. de muliere quae convinci non potest, sufficere sibi putat, ut incesta credatur. quis umquam tam nefandas artes, tam cruentum deprehendit ingenium? quia non potest probare quod dixerit, captat ut credatur 30

---

2 fraterna: superna *M* 3 tenerosque *V* 5 deberet *V* at  
 erubescere *B* 8 contemptus incestum *M* 10 videatur  
*V* cum: num *Sch.* 16 in *om.*  $\beta$  19 pars  $\alpha$  huius *M*  
 20 stantem *V* 21 potest *B* 23 defeceris *BM*; defecis  $\beta$   
 27 matris *M* quae cum vinci *M* 28 incerta *BM*. 30 capta  
*V* utut *M*

quod non dixerit. dissimulas, taces, saeve, crudelis? invenisti tormenta patris.

Audi, quid misera simplicissimo dolore proclamet. non efficies, inquit, callidissime parricidarum, ut non audeam  
 5 cadaver amplecti. ego vere incesta sum, si possum moderari gemitus, conprimere lacrimas. coite in funus, omnes liberi, omnes parentes, custodite planctus meos, observate  
 10 suspiria. si quid feci, si quid admisi, fatebor. ecce supra lectulum effusa feralem laceros artus et perustum complexa corpus exclamo: teneo unicum meum, velit nolit  
 15 invidia, meum misera formosum. hoc erat quod infelicissimam matrem ultra solitae caritatis exagitabat adfectus, amabam, marite, periturum. infames quantumlibet hanc inpatientiam, ego mihi videor defuisse, cessasse, multum  
 20 de laetitia, multum perdidisse de gaudiis. nemo umquam filium nimis amavit. excuso tibi, inquit, iuvenis innocentissime, quod supremis tuis nondum praestiti misera comitatum. vivere quidem te defuncto continuo non debui, sed mori marito tacente non potui. rumpam taedium  
 lucis invisae, sed prius licuerit coram civitate manibus tuis iusta persolvere, cum damnato supra callidissimum silentium parricida nihil te dixisse constiterit. ignosce quod ad iudicium istud orbata duravi. timui, ne, si ad exitum impatientia, si praecipiti pietate properassem, faceret alium parricida de mea morte rumorem.

5 amplecti *B* vere scripsi: vera *B*3; vero *VM*σ incerta *B* 8 supra *om.* *V* 9 perii tum *V* 11 miserata *M*  
 13 hanc *om.* *V* 16 inquit tibi *V* 17 praestitisti *BV*  
 18 debui sed: debuisset *V* 21 damnatus *a* 23 ne si: nisi *a*  
 (*corr. m*) 25 rumorem *minio scriptum P* rumorem feliciter *S*  
*iam sequitur*: descripsi (*escripsi P*; scripsi *S*) et emendavi  
 Domitius (*domis tuis V*; *Domicius S*) Dracontius (*dracontivus P*)  
 de codice fratris hieri (*hierionis S*) feliciter mihi et usibus  
 meis et dis (*diis M*3) omnibus.

*subscriptio sollemnis deest in B* *M* FABI QVINTILIANI.  
 BENE INFAMIS IN MATREM EXPLICIT. INCIPIT EIVSDEM  
 PARS ALTERA *v* INCIPIT DE MATRE *Q* MARITV̄ AC-  
 CVSAT PROPT MORTĒ FILII *minio picta M* *M* Fabii qui-

## XIX.

## INFAMIS IN MATREM II.

MALAE TRACTATIONIS SIT ACTIO. Speciosum filium infamem, tanquam incestum cum matre committeret in secreta domus parte pater torsit et occidit in tormentis, inter- 5 rogat illum mater quid ex iuvene compererit. nolentem dicere malae tractationis accusat.

- 1 Debebatur quidem tristissimae orbitatis misero pudori, ut iam taceremus omnes, et post tam prodigiosas rerum sermonumque novitates oportuerat, hoc esse novissimum 10 de malis infelicissimae domus quod occidi filium pater. sed quoniam mulier inmodici semper adfectus super cuncta quae vel passus sum paulo ante, vel feci, reatus quoque me dolore concussit, veni petiturus a vobis, ne me scientem silentium contentioni praestare credatis. non quia 15 occidi filium taceo, sed occisus est, ut tacerem. utinam, iudices, negare possem quod occidi, utinam totum miserae

tiliani bene infamis in matrem explicit. Incipit eiusdem pars altera pater ait (agit S) causam β

2 *titulus deest in B* 3 <sup>specio</sup>sum *B* 5 pater parte *om.* *M*, *supr. m* 6 compererit: i *ex e B* post *accusat sequuntur verba* debebatur — misero *l. 8, tum* BENE INFAMIS. PARS ALTERA *minio picta; tum nova in linea; pudori sqq. V* accusat. EXPL. ARG. ICIP LIB D<sup>e</sup> eadē RE QVE SVpra *minio.*

*in marg.* CAVSA · XX<sup>a</sup>. *M* Bene infamis Pars altera (*minio*) S 8 debebatur — misero *om. B*, *add. manus saeculi XIX;* quia iudices multa signa processerunt pudorum (*corr. m*) ut *sqq. M*, *in marg. add. initium sollemne m* pudorum *B*, *corr. b* 9 maceremus *BM* omnes *om. M* 10 que *in ras. add. m* 11 damus *BV*, *corr. B* 13 feci fel *sed transp. omissio vel V;* vel *om. σ* 14 dolore me *Mσ* cussit *B*; percussit *M*, vel cum cussit *m* 16 sed — tacerem *bis P*, *del. p* 17 iudices negare (*sed transp.*) negare *V* miserere *V* miserae totum *M*

necessitatis ordinem fas esset intrare et oris huius pre-  
 mēre secretum. miratur hanc aliquis patientiam meam?  
 ardor ille qui me modo inepit in filium, ipsa sui im-  
 manitate consumptus est. quicquid erumpere posset in  
 5 proclamationem, parricidio peractum est, in orbitate con-  
 ticit. non habeo adfectum, nisi quo cuncta tantum pa-  
 tiar, audiam, feram. utrumque de filio fieri non potest,  
 ut et occiderim et fatear cur meruerit occidi. quapropter,  
 iudices, satis admirari, satis stupere non possum quod  
 10 mulier cuius praeter optimam sane conscientiam sexus  
 quoque maiorem malis nostris pudorem praestare debebat,  
 tacere non potest silentium meum. novo quin immo fa-  
 bulosoque secum inpatientiae genere dissentit. queritur  
 de populo quod loquatur, de patre quod taceat. nec con-  
 15 tenta confessione mariti nihil se dissimulare, nihil scire  
 reatus auctoritate testantis mavult de silentio meo facere  
 secretum. orbitatis istud amentia sit an innocentia, per-  
 ditus dolor viderit. ipsius animus potest scire quid filius  
 meus dixerit, quae me putat habere quod dicam. fidem  
 20 igitur vestram, iudices, ne vos orbitatis miseratione con-  
 fundat sola mater, neve maximae calamitatis ibi tantum  
 putetis resedissee sensum unde vos lacrimae gemitusque  
 conveniunt. mei magis debetis in uxoris comparatione mi-  
 sereri qui filium et perdidit et occidi. ego sum infelicio-  
 25 ex parentibus duobus qui quicquid, iudices, ista conplorat,  
 et patior et feci. felicem ignorantiae conscientiam matris  
 quae sufficit interrogare. maior me inpatientia, maior urit

1 fas *ex* fax *M* sesset *V* horis *V* intra pectoris huius  
 premere secretum *Bu.* 2 aliquam *M*, corr. *m* 3 in *supr.* *V*  
 5 conticuti *Gr.* 6 quod *M* 8 et ante occiderim *supr.* *P*  
 9 ammirari *BV* 10 obtimam *VM* 11 debeat *B* 14 quid  
 loquatur *V* contempta *BV* 17 an innocentia: *innocentia M*  
 18 dolere *M* animo<sup>u</sup>s *B* 19 me in *correctura M* puta-  
 bat *B* 20 vestrum *V* 22 vos: vel nos *m in marg.*, vox  
*Francius* 24 sum *om. V* 25 quicquid *B* iudices *om. B*  
 26 et ante feci *om. V* ignorantia ne *B*; ignorantie *MJ*  
 matris conscientiam ? 27 maiorem et inp. *BV*

adfectus. cur filium occiderim, indicare non possum, nec paenitet quod occidi.

Infelix senectus, misera patientia, sic quoque quam multa dicenda sunt! fuimus quondam, iudices, fuimus felicissimi parentes, cum adhuc rudis unci nobis blandiretur infantia, duravitque domus tota prosperitas, quamdiu pariter fruebamur, pariter dileximus, quamdiu civitas de nobis hoc solum poterat loqui, filium nos habere formosum. ut vero in eam adolevit aetatem, in qua corporalibus bonis iuventus insolenter exultat, superbus atque adrogans in nullum vitae genus, non in privatos, non in publicos actus florentem duxit aetatem. dii immortales, quantus qualisque circa iuvenem rumor ingemuit! omnium maledictis succlamatus, omnium denotatione damnatus est, donec et ipse consensum circa se publici doloris agnosceret. inde rarus in publico, et tamquam patris occursus, tamquam civitatis ora vitaret. non est leve concipere verbis, in quantam civitatis execrationem, in quantam culpam iuvenis inciderit. dictus est occidere posse patrem, dictus est dignus quem posset etiam pater occidere. quid facerem, iudices, infelicissimus senex? iam iam non evitabat fama nec patrem, iam meis auribus nemo parcebat. interrogare non audebam, dissimulare non poteram. fallitur quisquis me putat quicquam fecisse consilio: impetus ac temporis ipsius nescio quis ardor explicuit. praeparari filio tormenta non possunt. est in miseris penatibus pars remota, seposita, profunda tenebris, tristis accessu, omnibus apta flagitiis, et in qua audeat facere facinus et pater.

---

4 condam *BV*    6 quandiu *B*    7 fruebatur *B*    10 ex-  
insultat superatque *V*    <sup>t</sup>aque *B*    11 in *ante* publicos *om. B*;  
impudicos *M*, *corr. m*    13 increbuit *Francius*    14 succla-  
matus *ex -amus M*    15 scirca *V*    17 concipite *V*; inci-  
pere  $\beta$     verbis: urbs *V*    18 quata <sup>n</sup>*B*; quantum *V*    19 occide-  
rit  $\beta$     20 occidere etiam pater *V*    21 infelicimus *B*    23 audi-  
bam *V*    27 remota  $\S$  *B*    28 odeat *P*

illo, fateor, dum me variae cogitationes per totius domus spatia circumagunt, quantum intellegere licuit, improvisus adveni. et ille quidem ad conspectum meum tamquam deprehensus obstipuit refugitque trepidus, puto, ne quaererem causam. inrumpe festinanter, avide, sine liberto, sine servulo, sicut me deprehenderat temporis illius fatum, manibus, ictibus et quaecunque ex obviis dolor in telorum transtulerat usus, ultra vires senectutis adgressus: ignes ex proximo raptos, verbera quae casus obtulerat, non 10 diviso dolore, non per partes nec per intervalla suspenso, sed semel, sed pariter invado. pars secreti fuit, ut ipse torquerem. dii immortales! quae contumacia, quae fuit illa 4 patientia, cum domi torqueretur a patre, non invocare matrem? non repugnavit iuvenis, non opposuit manus, 15 nullum inploravit auxilium. mersis tantum deiectisque luminibus, tamquam umquam flagella sustinuisset, tamquam meis torqueretur oculis, omnes ictus excepit in faciem: verberibus, ignibus laudatos vultus, velut illis irasceretur, opposuit. reddo testimonium novissimum pudori, 20 cum iam mori vellet, occisus est. laudo, iudices, patientiam matris, cum et ipsa semper plurimum esset domi et ab illo secreto fortasse non longe, intervenire noluit, interpellare non ausa est. sed et manibus meis gratulor quod non propinquus aliquis, non amicus inrupit. occidissem 25 quisquis me tunc ausus fuisset interrogare pro filio. sepelivi tamen lacera membra, funus indulsi, ossa collegi. non iniecit uxor lectulo manum, non inter exequias planc-

1 illo d V; illā? M, illo m      cotiones V      2 spatia domus M      quātū B      3 advenit M      4 obstupuit βσ      6 sine om. V      factum BM, c del. B      9 ≡ quae M      nodiviso B  
 10 partes ex patres B      non per intervalla M      suspensos ω;  
 corr. ε      11 pars: per V; par S      13 cōm B      dominator quere-  
 tur V      torqueretur B, re supr. b      16 nunquam M      tamquam  
 eis V      17 omnis BV      18 illis in ras. M      20 tam ω; corr. ε  
 21 ex B, et b      semper om. P      25 me rogare M, inter  
 supr. m

tibus elisisque uberibus mihi fecit invidiam. unde in hanc inpatientiam prorupit, exiit? domi me nihil interrogavit. possum iam, mater infelix, coram liberis ac parentibus, possum audientibus diis hominibusque clamare: et ego amavi filium meum, non osculis, non infirmitate, non lacrimis, sed viribus, dolore, patientia. unicum quem, si acie clausisset hostis, vicaria morte servassem, si subitum cinxisset incendium, extulissem relicta meorum parte membrorum, eripui malignitati, abstuli famae. habeo quod inputem tibi, natura, pietas. rem difficillimam feci quod non me potius occidi.

5 Malae tractationis accusat. adeone, uxor, tibi parum videor dedisse poenarum post parricidium, ut labores, ne lucrifaciat pater quod occidit filium suum? non pudet ergo, si irasceres parricidae? quid tibi cum lege quam propter alios minores accepistis adfectus? querelas habet ista, non gemitus et matre seposita solam conplorat uxorem.

Rursus ad populum vocas miserum pudorem? materiam novi rumoris accendis? perdidisti ergo rationem secreti mei. sic omnia feceram, ne quid aut quaeri posset aut dici. iam vero quid inprudens, quid indignius quam, cum sibi de liberis credunt licere tantundem, et aequum ius patris ac matris esse contendunt, quasi nesciant nobis arbitrium vitae necisque commissum? non est privilegium, filium occidere, cum fieri potest, nec quisquam tantum ideo fecit, quia liceret. viscera unici lacerare suffeci. ignosce, si non potes mihi credere. nemo filium suum occidit odio: non erit tanti iuvenis invisus. illud est in patribus usque ad parricidium terribile quod amant, quod succurrunt,

2 domine **BJ**, corr. **b** nihil me **M** 4 que *supr.* **B**  
 5 non *ante* infirmitate *supr.* **V** 8 cinxisset **M** relictã eorum  
**BV** parte relictam eorum **M** 10 naturae **Mβσ** 13 parricidium ut *Sch.*: periculum et  $\omega$  16 alios *Dess. p. 75*: avos  
**BV**; nos **M**; vos  $\beta\sigma$  17 non non **V** suposita **P** 18 populo **V** materia **B** 20 omnia *ex* omne **B** 21 quam: quod  
**P** 24 nescisque **B** 25 ideo *om.* **V** 26 lacerãre **B** suffici  
**BVβ**; suffic̃ **M** 27 crede **V** occidi **V**  $\odot$ idio **M** 28 tantum **J**



quod sibi videntur aliter non posse misereri. non est  
 quod vos ab aestimatione malorum meorum mollior sexus  
 abducat. maioris adfectus est, filium occidere quam vin-  
 dicare. desine igitur me, mulier, fatigare interrogationibus  
 5 tuis. ita tibi non videtur omnia respondere pro filio qui  
 dicit: 'occidi?' et licet comprimantur exclamationes, ora  
 claudantur, nihil negat qui hoc fatetur. atquin summo-  
 rum facinorum ipsa inmanitas innocentia est. filium pater  
 non demens, non insanus occidi. hominem extra sensus  
 10 adfectusque positum quisquis nunc miseretur, occidit. vides 6  
 senem sanguine suo fluentem laceratis exustisque illis sanc-  
 tioribus carioribusque visceribus super exanimis unici cor-  
 pus cruentis manibus iacentem? ad quaedam facinora  
 sufficit claudere oculos, vultus avertere, tacere, mirari et  
 15 incredibilis calamitates relinquere suis causis. horreo ca-  
 daver et velut corpora quae caelestis exanimavit ignis,  
 adire propius timeo.

Miserere, ne quid amplius quaeras, ne quid interroges.  
 dicturum me putas: 'parce saeculo, parce marito, parce  
 20 patri'? tu vero parce illi qui occisus est. novum, iudices,  
 uxoris in marito crimen audite. silentium est, de quo  
 quaeritur. solebat indignatio vestra convicia nostra ferre  
 non posse, et matronalis indignatio dicere videbatur: non  
 parcis erga me, marite, verbis, nullam habet nostri tuus  
 25 sermo reverentiam, facile prorumpis in opprobria, facile  
 quod libet obicis, exclamas, et dum nimium libertati vocis  
 indulges, potest populus aliquem de me facere rumorem.  
 tu, mulier, obicis mihi rem quae nulli unquam crimini  
 fuit, solam in nostris moribus innocentiam voce reprehenden-

4 me *om.* V 10 miseratur  $\beta\sigma$  videns P 11 exu-  
 tisque sanctoribus V 12 e<sup>x</sup>animis B 13 ad quaedam — causis  
*post* timeo *exhibent*  $\omega$ ; *transp.* Sch. quendam V 14 <sup>V</sup>ultus  
 B avertere M 15 incredibiles M $\beta\sigma$  causis *om.* P, *in*  
*margin. add.* p 17 propus V 22 dignatio Sch. 25 obpropria BM  
 27 post V 28 unquam *om.* V 29 fuit humquam solam V  
 sola Sch. nostris *om.* P, *supr.* p voce *ex* voca B repressam  $\beta$

sam tuetur taciturnitas. vide, cur manus, cur verba peccare videantur. illis infamamus, his torquemus, occidimus. vis scire quam non possis queri de silentio meo? felicissima fueras, si idem fecissemus omnes. finge, me paulisper sepositis silentii causis hoc tantum respondere: non prodo secretum.

7 Ex omnibus, iudices quibus humana pectora seriis gravibusque conplectuntur adfectibus, nullam difficiliorem quam silentii credo virtutem, adeoque promptissimo sermone facile delinquimus, ut constantiam tacendi neque in aliis ferre possimus. crimen hoc in me mulier vocat quod in priscis illis morum mentiumque rectoribus fuit prima sapientia, quod quosdam totius vitae pertulisse patientia[m] magis illa seria miratur antiquitas, quam quod temporum vices, siderum cursus et profunda naturae velut conscia ratione sanxerunt. quae per fidem inpotentia est, effringere rigens sacra dissimulatione pectus, evolvere animum quem supra sua secreta compositum non laetitia, non dolor, non necessitas, non fortuita laxaverint? quisquis de tacente queritur, multo minus ferre poterit loquentem. nec adeo coniugali societate cuncta miscentur, ut nihil sibi adversus hanc concordiam proprium relinquat animus. est aliquis etiam a sanguine suo secretus adfectus genusque reverentiae, ut tacenda minime velis scire carissimos, quaedam non possis verberibus, eculeis eruere, 25

1 tuetur *om.* ω; *add.* ε      taciturnitatem β      videtur **B**  
 2 infamamus **B**    hi istorquemus **BV**    3 viscere **V**    quam:  
 quod **P**    4 fecissem **B**    meo **V**    6 secretum (5 *litt. er.*) **M**  
 7 umana **B**    8 que *om.* **V**    complentur *Badius*    9 quam:  
 quod **P**    virtutem **B**    promptissimos **V**    facile sermone β  
 12 illis *om.* **M**, *in marg. add.* **m**    meorum **BV**    13 vitæ  
**B**    patientiam ω; *corr. Gr.*    14 illa magis β    seria *Sch.*:  
 misera ω; severa *Gr.*; sera *Obr.*    miseratur **M**    quam: quod  
**P**    15 conscientia **V**    17 effringe **P**    18 super **M**    non ante  
laetitia *om.* **V**    19 dor **B**    fortuna **Pγ**    23 etiam aliquis  
**M**    sanguine **B**    24 tacende **P**    velis: vis **M**, *el supr.* **m**

et plerosque videas fortiter supra sua secreta morientis. agedum, si videtur, utrumque sexum, omnem condicionem, omnem scrutemur aetatem, nullum sine conscientia pectus, nulla vita sine causis tacendi. si te interrogaret omnia  
5 maritus, haberes aliquid et tu quod non fatereris. et quanto silentium gravius est in sene, verecundius in marito, sanctius in patre?

Pudeat nos, mulier, infirmitatis. vicit nos modo iu- 8  
venis ille constantia. mori voluit, ut taceremus. vides,  
10 mulier, quibus interpretationibus praestes tuum dolorem? diceris ideo me interrogare, quia seis omnia me potius pati malle quam loqui. quis enim in hac civitate non novit taciturnitatis meae rigorem? quis ignorat qua cuncta soleam ferre patientia? ne occisurus quidem su-  
15 spira gemitusque praemisi. nihil feci unde erupturum quandoque per orbitatem patris animum aut tu praescio timore sentires, aut ipse periturus. hanc nunc me iactare conscientiam putas quod nihil in publico, nihil in ullo mihi permisi proclamare conventu? ego vero non sum  
20 questus de iuvene nec tibi nec captavi, ut illum mecum et mater odisset. frustra te putas extorquere accusatione posse quod mihi non ipsae calamitates, non dolor, non meditatio orbitatis expressit. uras licet, durabo, perferam. passus sum iam quod erat difficilius: occidi.

25 'Torsit', inquit, 'filium meum.' breviter, iudices, ratio reddatur: infamem quid refert, an innocentem, si aliud

1 super *P* morientes *M*σ 2 si *om.* *P* 3 scrutemur *M* 6 gravius *ex* gravis *B* est *om.* *V* 8 muliere *B*; mulierbris *sed correctum* *V* infirmitatis *V* 9 constantiam *B* vide *B*, s *supr.* *b*; vide *vel* videsne *Sch.* 10 in-  
pationibus *B*, in- *vel* impetrationibus *σVMPσ*; impetrationibus *S*; *corr.* *ε* 11 scias *BV* 12 ac *V* 13 ignorant *B* quic  
*B*, qua *b* 14 patientiam *B* quidem *B* 15 permisi *β*  
unde *om.* *V* fecunde *B* crepturum *BM*, *vel* erupturum  
*supr.* *m* 19 praemisi *V* convetu *B*; conventum *M* 21 te  
putas: temptas *P* posse ext. acc. *V* 22 ipse *a* 23 iras *V*  
24 diffilius *B* 26 redatur *B* infamem: f. *in corr.* *B* illud *ε*

omnibus liquet? iuvenem cunctis pignoribus invisum, omnibus adfectibus gravem maligni fecere sermones. quid agimus, anime? quemadmodum effugimus, evadimus? in tanta infamia nihil facere, credentis est. vis me circumire singulos, reclamare populo, cum rumore rixari? tuae fortassis infirmitati conveniat negare; me tantum fortior adsertio unci decet. eripiendus est non contentione verborum, sed ut civitas stupeat, ut erubescat. torquere me filium putas? invidiam facio populo. videor mihi illis verberibus lacerare famam, illis ignibus increpare rumorem. quaestio de infami filio unam rationem habet, ut probes innocentem. dii mala prohibeant, ut noveris illum dolorem quo potest torquere filium pater. nihil est infelicius homine cui de unico suo mors sola non sufficit. iuvenem, in cuius animo perdidierant nomina nostra respectum, quem cotidie necesse habebamus excusare rumori, qui inter nos formosum malebat agere quam filium, verberibus ignibusque consumpsi. vis, vis scire quanta tormentorum ratio fuerit? debuit etiam tortus occidi. si tamen utique, mater, vis scire causas, leviter audi. prospiciebam miser in grande quandoque facinus prorupturum, quod otio vitam, quod desidem domi perdebat aetatem. non peregrinationibus excolere mentem, non experiri militiam, non temptare maria, non rura colere, non administrare rempublicam, non ducere volebat uxorem. praeterea traxerat ex frequentibus castigationibus taedium patris et in execrationem mei conscientia, quia non emendabatur,

3 quanam modum *BV* 6 assertior *P* 9 mihi: nihil  
*B* illis *om.*  $\beta$  12 probet *M* innoveris *V* 15 in *om.*  $\beta$   
 16 habeamus *V\beta* 17 <sup>aiebat</sup> meicoat *B*, *corr.* *b*, psima ieda<sup>t</sup> *alia*  
*manus eiusdem temporis in lacuna V* quam: quod *P* 19 de-  
 buerat *M*, vel -it *supr.* *m* <sup>t</sup> etiam *B* 20 mater *om.* *V* vis  
 mater  $\beta$  21 praerupturum *VM*, vel pro *m* 22 de se idem  
*BV* <sup>¶</sup> aetatem *B* 24 colore *B* 25 dēducere *M* 26 ex:  
 et *B\beta*; *om.* *M* 27 conscientia<sup>¶</sup> *M* qua *V\beta\sigma* emendebatur *V*

exarserat. timebat occursus, non audebat adire conloquia,  
 oscula, convictusque fugiebat. breviter perditissimae mentis  
 definienda mensura est. oderat me filius et timebat. filium  
 5 igitur totius civitatis existimatione damnatum quem adhuc  
 vivere mirabantur homines, torsisse me putatis? ego vero  
 occidi, tarde, diu. quaestionem illud vocas? poena, sup-  
 plicium et malorum meorum exitus fuit. nulla ratio est  
 interrogandi hominem cui non est fas nisi negare. quanta **10**  
 tamen mihi fuit et in quaestione moderatio? non enim  
 10 praecipiti raptus impulsu exsilii repente, subito, nec captus  
 dolore caeco inpatientiae meae velox vulnus indixi. non  
 potest non ratione occidi filius, cum ante torquetur. dedi  
 moras, spatium, tempus indulsi. vides quantam hinc ma-  
 lignitatibus potuerim praestare materiam? si in illo secreto  
 15 gladio tantum, si vulneribus egissem, exitum fecerat iu-  
 venis deprehensi. non est igitur, mulier quod mihi facias  
 duplicatae quaestionis invidiam, id est, quod torsi et oc-  
 cidi. sola est huius necessitatis ratio de morte. illud est  
 parricidium, filium torquere victurum. putas iuvenem vi-  
 20 vere potuisse cui iam non poterat nisi morte succurri?  
 quem contra malignos sermones adserere coeperam, non  
 reddidi rursus infamiae neque in oculos et ora vulgi de  
 secreto patris emisi. providentia mea tibi quoque, mater,  
 ne in hunc interrogetur, eripui. ille vero non fuit post  
 25 tormenta laturus vitae pudorem, ut interrogaretur a sin-  
 gulis, ut negaret. verum, mulier, adfectibus tuis renun-  
 tiandum est, ad totius domus nostrae pertinere innocen-  
 tiam credidi, ne se ipse potius occideret.

Sentit, iudices, mulier ad ius querelae suae, nec quod  
 30 torserim, nec quod occiderim, pertinere. ita quaerit, quid

---

1 ire *V*      3 mensura *V*      filium *V*      5 torsisse *ex -ssi*  
*B*; torsissime *V*      7 rationē *B*      10 impulsu exsilium *P*  
 11 vultius *V*      induxi *ε*; inflixi *Gr.*      13 quantum *B*  
 14 materiam *V*      15 exitu *V*      19 torqueri *β*      21 malignos *ε*:  
 magnos *ω*      22 in oculos *om. M, supr. m*      23 providentiam  
 meam *ω*; *corr. ε*      26 renovandum *B*      28 ipse se *M*  
 29 30 ne — ne *M*      30 ita *B*, ita *b*; ista *M*; itaque *ε*

mihī dixerit ille, de quo nescit an dixerit. quid ais, mater inpatiēns? ita in morte filii tui nihil aliud ad te pertinet quam quid locutus sit? ita, si respondero, remittis parricidium, tormenta non obicis? o inconsultam muliebrem semper amentiam! quid iuvenis in tormentis 5 dixerit, tamquam ignoret, interrogat: nihil me comperisse non credit, tamquam sciat quid dixerit.

11 Fidem communis sanguinis, fidem communium malorum! ne parricidii me velis agitare secretum, ne calamitatibus nostris gravem facias innocentiam tuam. viderit 10 quid meruerit iuvenis ille: ego iam possum suprema revereri et post exitum unici revertor in patrem. maior defunctis liberis praestanda reverentia est, nec quicquam minus convenit adfectibus matris, quam si insultare videatur occiso. in gratiam me cum filio reduxit orbitas, 15 iram nostram mors severa composuit. quin immo recogitanti mihi totum secreti illius ordinem, subit tacita miseratio, quantam ego debeam reverentiam filio quem potui torquere solus, quem potui solus occidere.

Perseveras, cogis, instas? invicem te, mulier, interrogo, 20 cur si tanto opere volebas scire quid interrogarem, quid ille loqueretur, non inruperis in quaestionem quam nullis ministris, nullis custodibus vallaverat pater? quanto melius, mater, ipsum adisses? quanto fortius interrogasses una? quanto tibi plura dixisset? quis te, mulier, 25 adfectus abegit, tenuit, exclusit? agnosco verecundiam tuam: timuisti, credo, ne, si in illo secreto fuissemus omnes, occidisse filium diceretur et mater.

Instas tamen et miseri senis ora diducis. puta me

---

1 *post ille add. que* **B**      4 parricidii<sup>um</sup> **B**      non obi.  
 torm. β      6 interroget **V**      12 patre **B**      13 quicquid **P**  
 14 patris ε      15 <sup>v</sup>com **B**      18 quoniam potui **P**      20 in te  
 rogo **V**      21 tantopere **VM?σ**      22 eruperis **P**      quem **V**  
 23 quantam **V**      26 verecundiam **P**      27 nisi **B**      29 tamen:  
 meis **M**, *corr. m*      deducis ω; *corr. ε*

hoc solum dicere ex maximi facinoris colluctatione veniens  
 quid audierim, nondum scio: totus adhuc sum in parri-  
 cidio meo, et post mortem unici omnia quibus laceratus,  
 occisus est, in animum meum tormenta redierunt. est  
 5 quidem difficile, ut aliquem pati pudorem parricida vi-  
 deatur, verumtamen stupore, amentia et in silentio orbi-  
 tate defeci. ablata est mihi omnium verborum fides, omnis  
 sermonis auctoritas, nec habet causam loquendi cui non  
 potest credi. desine, mulier, interrogare. filium quem **12**  
 10 occidit pater, nec absolvere nec accusare iam debet.  
 'quid', inquit, 'dixit, cum occideres?' miseram parricidii  
 innocentiam quod hoc me non potestas, non magistratus,  
 non propinquus aliquis, non amicus, non ille semper lo-  
 quax populus ac malignus interrogat. quiescitis, tacetis.  
 15 me infelicem! numquid scitis omnes? puta me, mulier,  
 hoc tibi respondere, non habent incredibilia vocem. quae-  
 dam maiora sunt quem ut illa capiat modus sermonis  
 humani. tu vero crede nihil aliud fuisse quam furorem.  
 insanisse me puta. videbam quae non fiebant; audiebam  
 20 quae nemo dicebat. hoc solum non insanientis habui quod  
 tacebam.

Finge me respondere: 'nihil dixit, nihil locutus est.'  
 non credis? atquin multo minus creditura quid dixerit.  
 accipe, mulier, brevem veramque rationem, cur in quae-  
 25 stione iuvenis occisus est. torquebam nec interrogabam.  
 si qua ad aures tuas ab illa quamvis remota domus parte  
 perlata vox est, meus gemitus fuit, meorum viscerum dolor.  
 quaeris, cur nihil dixerit? quia non habuit quod scire  
 vellem, quod audire deberem. nihil aliud quaestio illa

1 ex: et β coniunctione **BM**; coniunctatione **VP**; com-  
 mutatione **S**; cunctatione **ε**; *corr. m*; colluctatione veniens  
 om. σ venies **BV** 2 parricidio: *finis codicis V* 4 re-  
 dieru<sup>nt</sup> **B** 6 verumtm̄ β orbitatis **M**, *corr. m*; om. σ  
 13 loquax *ex loquas B*; locax **M**, *corr. m* 18 umani **B**; om.  
**M** 19 insanissime **B** puto ω; *corr. ε* fiebant — non  
 l. 20. om. **B**, *add. in marg. superiore b* 22 me me **B** 24 bre-  
 vem quae veraquae **BM** 27 meus: omnis **M**

captavit quam silentium quod praestare vita non poterat. quisquis in tormentis occiditur, ideo tortus est, ut occideretur. an tu quaestionem illam fuisse credis qualis ver-nilibus corporibus adhibetur? ideo enim eculeos movebam artifex senex, tendebam fidiculas ratione saevitiae, ut leviter sedibus suis remota compago per singulos artus membra laxaret. consumptus est spiritus silentio sui, et verbera ignesque animum pariter vocemque cluserunt. videbatur mihi premere gemitus, tenere suspiria, et sic nihil dixit, 13 tamquam torqueretur ab homine qui sciret. miraris hanc 10 in filio contumaciam, in iuvene patientiam? patri torquenti non potest aliter responderi, quam ut mori malit quam confiteri. quod sufficit igitur interrogantibus respondeo, mulier: occidi. fallitur, quisquis expectat, ut obiciamus illa communia: ego vero proclamo, non luxu- 15 riosum, non amore meretricis infamem, nihil ille delinquebat quomodo liberi solent. monstrum erat inenarrabile quod nollem deprehendere, quod ferre non possem.

Miratur aliquis quod non abdicaverim nec notissima ultione patrum fuerim tantum expulisse contentus? tuus, 20 mulier, nefarius, tuus inconsultus non permisit adfectus. filium cui contra severitatem meam ignoscebas, quem mecum odisse non poteras, secuta fuisses abdicatum.

Finge iuvenem dixisse nescio quid, ego audire nihil potui. non enim potestatis alicuius more consideram, nec 25 torquentibus aliis agebam iudicem patrem. ego tunc cuncta

1 quam: quod **P** 2 occideretur **B** 4 video **B** 5 arti-  
fex *om.* **P**; carnifex *Sch.* 5 tenebam **B** $\beta$  $\sigma$ ; tenebo **M**; *corr.*

*Gr.* 7 est *om.*  $\beta$  8 pariterque **M**, vocem

*supr.* **m** 10 qui $\S$  **B** 11 invene **B** 12 respondere **B**,  
-ri **b** 13 Q<sup>d</sup> (d *supr.* **m**) **M** 16 in-

famo **M** 20 affuerim  $\alpha$  (af *er.* **M**) 24 di $\S$ isses <sup>ne</sup>scio **B**

nichil  
 $\S$  (*supr.* **m**) **M** 25 consideram **B**, ab *supr.* **b** 26 patrem

pater  $\alpha$  26 tincta (v *ex a*) **B**; tam **M**, vel tunc *supr.* **m**



et passus sum pariter et feci. non vacabat aures praestare verbis, excipere gemitus, aestimare singultus, avocavit me contentio, dolor, orbitas, parricidium: omnia facta sunt festinatione praecipiti. idem patris adfectus  
5 est torquere, ut scias, occidere, ut nescias.

'In meam', inquit, 'infamiam taces'. ita nunc primum laboras misera de fama, et post unci mortem pertinere ad te coepit quid loquantur homines? scilicet filius impensus est, ut erubesceres, ut male audires? adeone hoc  
10 captanti non erat satis, rem totam commisisse rumori? ego vero me famae tuae, mulier, opposui et inter matrem 14  
filiumque medius parricidium feci, unicum occidi, ne quid aliud loquerentur homines.

Alioquin, si hoc capto quod putas, quousque taceo?  
15 in quod tempus differo illam quam me putas premere, vocem? ecce reatus iudicium pronuntio, ego tamen scire me nego. egregiam rationem malignitatis: locuturus adversus uxorem feci, ne mihi crederetur. fateor igitur, nihil ad certum indubitatumque perduxi, hoc est quin immo  
20 propter quod ad mortem usque contendi. non explicant tormenta quaestionem quae occidunt. 'quid', inquit, 'dixit?' felicem te, misera, si nescis quid dixit! ita non es contenta conscientia tua? non sufficit quod non habuit ille quod negaret, quod fateretur? poscis verba quaestionis,  
25 cogis, extorques. testor, tu facis, ne possis negare quod dixero. quid dixit? parasse se parentibus venenum? negas. proditionis agitasse sermones? negas. tyrannidis inisse consilium? negas. et quicquid dixero, negabis. o bonae conscientiae incauta simplicitas! ita non times, ne  
30 coactus loqui multa fingam, multa componam? si potes

6 inquit om. *M*, *supr.* *m*      10 cantandi *M*, vel captandi  
*supr.* *m*      remotam *B*; rem notam *M*      comis<sup>s</sup>isse *B*  
14 <sup>h</sup>oc *B*      16 pronuntiatio *Obr.*      18 fateo<sup>r</sup> *B*      19 ho<sup>c</sup>  
*B*      27 proditionis — negas om. *J*      tyrandis (d ex t) *B*  
28 nega<sup>s</sup> *B*      quid *M*, quic *supr.* *m*

scire, mulier, an mentiar, scis, quid dixerit. quid dixit? nihil. quid dixit? omnia. maledixit saeculo, fecit temporibus invidiam, detestatus est patrem, conviciatus est matri. quid dixit? plus quam interrogabam. vicisti, mulier, obstinationem meam. audi breve succinetumque responsum 5 quid dixerit: quod quaeris, quod putas.

- 15 O si quis in illam vos secreti nostri potuisset adhibere praesentiam! vidissetis novum genus quaestionis: stabam senex furiis monstrosae feritatis accinctus, manibus exertis, hinc ignibus, hinc verberibus armatus: super ora, 10 super oculos iacentis adsistens clamabam: 'furiose, demens, tace.' et ille velut exustis amputatisque, per quae dolor exit in verba, fuit attonitus, amens. quotiens admotis ignibus ad aliquam corporis partem totum pectus inposuit? quotiens hiatu oris avide flammas adversus exeuntia 15 verba collegit? cum vero iam totus calor verberibus expulsus viribus novissimi doloris erumperet, pertractatis ab ima pectoris parte suspiriis brevissime collecti spiritus, ille quo redditur anima, singultus, fuit similis exclamaturus nescio quid, quod et tu fortassis audires. occupavi, 20 fateor, et advocatis quas iam consumpseram, viribus, manibus, telis, totoque corpore pariter adnissus, antequam mentiretur, occidi. misera temporis illius recordatio: deficientem in manibus meis filium vidi, aspexi ora pallentia, frigidos anhelitus, interrupta suspiria et animam magno 25 silentio exeuntem, non tamen tormenta laxavi, non subtraxi restinxique flammas. miserere, mulier, ne quaeras amplius vocem huius adfectus. filium, qui moriebatur,

---

6 quid quaeris, quid  $\omega$ ; corr.  $\epsilon$  putat **B** 7 secreti nostri (ex mei *quod del.*) vos **M** 8 vidissetis **BM**, corr. **bm** 9 monstruosae **J** sae-<sup>s</sup> vel faeveritatis **B** 10 exertis **P** hinc verberibus *supr.* **B** <sup>h</sup>ora **B** 11 iacentes **B** 13 admotis **BM** 16 calor: l ex corr. **B** 17 pertractatis **B**; protractis **Bu.** 18 collecti  $\equiv$  (s er.) **M** 19 animas incultus **B** 22 admissus  $\alpha$ ; avisus **P** 25 hanelitus **P** magno  $\equiv$  (s er.) **M** 26 tor<sup>menta</sup> **B** 27 restrinxique  $\omega$  (que in ras. **M**); corr.  $\gamma$

occidi. non perdidisti tamen, non perdidisti unice mortem, fortuna, non perdidisti. iam me non interrogat nisi sola mater. consiste, agedum mulier, loco meo et in habitum paterni furoris accincta admove eculeos, flagella, laminas, praedico, 5 testor, aliter non possum loqui, aliter mihi non potest credi.

Quamquam, miserrime iuvenis — fas est enim iam tuos 16  
alloqui manes — exprimere mihi vocem nullus poterit dolor:  
quantum volet, laceret vel occidat, vincere me tormenta  
10 docuisti. si tamen fas est, cogitationis memoria tractare  
verba miserae quaestionis, cur me coram populo magis  
interrogas? eamus, uxor, in illam desolatam domum, in  
illud iam patris filiique secretum, ibi me interroga, ibi,  
ubi torsi, ubi occidi, ubi adhuc forsitan filii tui vaga per  
15 maestos penates anima discurrit. porrigat aliquis ima-  
ginem iuvenis occisi, ponat in sinu matris illas vestes  
quibus ipsa iuvenem misera comebat. eamus ad tumulum,  
misceamus supra busta lacrimas. ibi aut tacebimus pa-  
riter, aut invicem confitebimur. iamiam miser mori  
20 possum; explicuit te sollicitudo, pietas. non scribo tabulas,  
testamento suprema verba non credo et ego moriar in  
tormentis meis. illud tantum novissimis precibus a te,  
civitas, per liberos, per coniuges, per penates, a te, uxor,  
per occisi iuvenis umbram peto, a te, mater, ne quid am-  
25 plius quaeras, tu, fama, ne dicas.

3 abitum **B** 4 furoris: doloris **J** flagella **B** laminas  
**BP** 7 iam *om.* **a** 8 nullius **J** 11 meo **B** 13 ibi me  
torsi **P**, *corr.* **p** 15 maestos **B** 16 vectes **P** 17 misera  
*om.* **M**, *supr.* **m** super **β** 21 supremo **Bβσ**; vel *mo* *supr.* **m**  
23 ferre coniuges patne **B**; per natos per coniuges ne a te **M**;  
natos **βσ**; *corr.* *Dess.* uxorem dissentire permittas per occisi **M**

24 qui <sup>d</sup> **B** 25 famam **ω**; infamiam **ε**; *corr.* *Meermannianus.*  
*subscriptio deest in B* MARII FABII QVINTILIANI  
DEDECLAMATIONVM SIVE CAVSARVM SEV ACVMINVM LIB  
FELICIT EXPLICIT *minio picta M* Explicit feliciter. Incipit odii potio *minio P* Explicit item. odii potio incipit **S**

## TESTIMONIA ET FRAGMENTA AD QVINTILIANI DECLAMATIONES PERTINENTIA.

- 1 TREBELL. POLLIO, XXX tyr. 4, 2: fuit autem (*sc. Postumius Iunior*), quod solum memoratu dignum est, ita in declamationibus disertus, ut eius controversiae Quintiliano dicantur insertae quem declamatorem Romani generis acutissimum vel unius capitis lectio prima statim fronte demonstrat.
  - 2 AVSON. *commem. prof.* I, 2, 16:  
seu libeat fictas ludorum evolvere lites,  
ancipitem palmam Quintilianus habet.
  - 3 HIER. *ad Galat.* 3, 7 (I, 486 Vall.): si quis eloquentiam quaerit vel declamationibus delectatur, habet in utraque lingua Demosthenem et Tullium, Polemonem et Quintilianum.
  - 4 HIER. *in Is.* 8 praef. (IV, 328 Vall.): qui flumen eloquentiae et concinnas declamationes desiderant, legant Tullium, Quintilianum, Gallionem, Gabinianum et, ut ad nostros veniam, Tertullianum, Cyprianum, Minucium, Arnobium, Lactantium, Hilarium.
-

LACT. inst. 1, 21, 17: optime igitur Quintilianus in 5  
fanatico istud, inquit, *ridens cogit, iratus est.*

LACT. inst. 5, 7, 6: nam ideo potentiores esse iniustos 6  
deus permisit, ut cogere ad malum possent: ideo plures,  
ut virtus esset pretiosa quod rara est. quod quidem  
ipsum Quintilianus egregie ac breviter ostendit in capite  
obvoluto: *nam quae*, inquit, *virtus esset innocentiae nisi*  
*laudem raritas dedisset.* verum quia natura sic comparatum  
est, ut odium, cupiditas, ira in id quod incubuerunt, agant  
caecos, supra hominem videtur culpa vacare. alioquin, si  
natura pares omnibus adfectus dedisset, pietas nihil erat.

LACT. inst. 6, 23, 30: nulla est tamen perditum pudoris 7  
adultera quae non hanc causam vitiis suis praetendat  
iniuriam se peccando non facere sed referre. quod optime  
Quintilianus expressit: *homo*, inquit, *neque alieni matri-*  
*monii abstinens neque sui custos.*

HIER. quaest. Hebr. 3, 1: nec mirum hanc in con- 8  
ceptu feminarum esse naturam, ut, quales perspexerint sive  
mente conceperint in extrema voluptatis aestu, quae con-  
cipiunt, talem sobolem procreent, cum hoc ipsum etiam in  
equarum gregibus apud Hispanos dicatur fieri, et Quinti-  
lianus in ea controversia, in qua accusabatur matrona quod  
Aethiopem pepererit, pro defensione illius argumentatur  
hanc conceptuum esse naturam quam supra diximus.

HIER. adv. Vigilant. 1: iste caupo Calagurritanus et 9  
in perversum propter nomen viculi mutus Quintilianus  
miscet aquam vino.

IODANES Get. 29, 151, *quem locum Ritter huc revo-* 10  
*cavit, Quintilianum esse laudatum vix credam; recte enim*  
*Mommsenius pro Fabius restituisse mihi videtur Ablavius.*

---

5 iratus: *malim sceleratus vel insanus Brandt.* 6 cf.  
*Ritter, die quintilianischen Deklamationen, p. 211 (qui recte,*  
*ut videtur, sola verba nam — dedisset ex Quintiliano petita esse*  
*putat) et 255; alii et verba sequentia Quintiliano tribuerunt.*  
incubuerint codd. 8 cf. CALP. FLACC. decl. 2.



# DECLAMATIONVM EXCERPTA

## INDEX NOTARVM.

### A. EXCERPTA MONACENSIA.

**M** = codex Monacensis 631

### B. EXCERPTA PARISINA.

**P** = codex Parisinus bibliothecae nationalis 4709, saeculi XIII

**V** = codex Leidensis Vossianus in quarto 84, saeculi XII/XIII

**B** = codex Bernensis 149, saeculi XVI

**R** = codex Vaticanus Regius 1428, saeculi XV

**ω** = horum codicum consensus

---



## A. EXCERPTA MONACENSIA.

### II.

*Monacensis 631, fol. 31<sup>vo</sup>.  
col. 2.*

*Parisinus 7900 A, fol. 66<sup>ro</sup>.  
col. 2.<sup>1)</sup>*

INCIPIT LIBER QVINTILIANI  
DE LEGALIBVS STATIBVS.

⟨CECVS IN LIMINE.⟩

Ex incendio domus adol-  
lescens patrem extulit, cum  
matrem repetiit et ipsam et  
oculos amisit.

induxit illi pater  
novercam. quae accessit  
quodam tempore ad mari-  
tum dixitque parari illi

venenum  
quod iuvenis in sinu haberet,  
et sibi promissam di-  
midiam partem bonorum, si  
illud marito porrexisset. in-  
travit ad caecum pater inter-  
rogavitque, an haec vera  
essent. ille negavit.

exquisivit  
et invenit in sinu venenum  
interrogavitque cui parasset.

⟨Ex incendio domus adu-  
lescens⟩ patrem ⟨e⟩x⟨tulit⟩.  
5 dum repetit matrem ⟨et  
ipsam et⟩ oculos amisit.

postea superduxit ei pater  
novercam. quodam tempore  
detulit privignum apud  
10 patrem parricidi⟨i⟩ eum-  
que in sinu dixit venenum

habere quod ipse praepa-  
rasset promissamque sibi di-  
midiam partem bonorum, si  
15 illud seni porrexisset. re  
comperta senex filium inter-  
rogavit an vera essent quae  
audisset. negavit ille. nihilo-  
minus noverca urgente pa-

20 ter scrutatus est sinum adule-  
scentis et invento veneno  
rogavit cui parasset. tacuit

1) cf. *Mus. rhen.* 56, 416.

*Monacensis 631*

ille tacuit. recessit pater et mutato testamento novercam fecit heredem. eadem nocte strepitus in domo fuit. intra-  
vit familia in cubiculum do-  
mini invenitque ipsum occi-  
sum et novercam iuxta cada-  
ver dormientis similem, caecum  
in limine cubiculi sui stantem,  
gladium eius sub pulvino  
cruentatum. accusant se in-  
vicem caecus et noverca.

*Parisinus 7900 A*

adulescens. s<ene>x tabulis  
mutatis novercam substituit  
heredem et eadem nocte tu-  
multu orto in domo  
inventus est senex uno vulnere  
occisus, noverca (i)u(x)t(a)  
similis dormienti, caecus in  
limine cubiculi sui stans,  
gladius caeci cruent<atus>  
sub pulvino ipsius. accusant  
se invicem noverca et caecus.

Arguitur coram iudicibus pro caeco quod non videtur  
patrem occidisse qui ipsum tantum dilexerat, quod se in  
incendium dedit, ut eum eriperet, et hoc non contentus,  
ut sibi matrem et patri uxorem redderet, rediit et oculos  
amisit. praeterea quomodo posset ita caute ire ad lectum  
patris, quod non audiretur, cum proprium sit caeci cespit-  
tare. praeterea cum venisset ad cubiculum patris, oportet  
quem post cum manu tangeret, ut sciret, ut patrem  
vel novercam percutere deberet; et in illo tactu excita-  
retur qui tactus fuisset. praeterea quomodo poterat dor-  
mire uxor iuxta occisum et non fuit ex<ci>tata ad stre-  
pitum, cum familia excitata fuerit quae longe distabat.

21 utrum patrem? *Hammer*

caecus non occi- dit patrem cum	{	ipsum tantum dilexerit in exactione incendii. cum audiretur vadens, quia cespitans. cum occidendus excitaretur tactus. cum uxor plus debuit excitari quam familia. cum quomodo diceret novercae de veneno, cum nesciret an vellet, et sic patri diceret.
------------------------------------	---	---

ideo videtur quod fingeret se dormientem. quod autem  
 venenum inventum fuit in sinu eius et gladius cruentatus  
 ad caput eius, apposita erant ipso ignorante et non vi-  
 dente, cum caecus sit, et hoc a noverca quae nunquam  
 5 filiastrum diligit naturaliter sed odit, et etiam, ut per hoc  
 ille perderet hereditatem, et ipsa eam haberet. quod autem  
 caecus interrogatus, utrum venenum haberet, negavit, ex  
 innocentia eius fuit. quod autem invento in sinu veneno  
 interrogatus cui parasset, negavit, stupor fuit sicut homo  
 10 stupet visa re incredibili et inaestimata. si enim aliter  
 esset, non tacuisset; nam sentiens se reum solet non  
 tacere, sed in alium crimen refundere. unum novum reus  
 unum reum et cetera. praeterea quomodo probabile est  
 quod caecus diceret novercae quod porrigeret patri vene-  
 15 num, cum nesciret utrum ipsa vellet hoc facere, quod si  
 nollet, patri ostenderet. et praeterea, qui procuravit  
 habere venenum, ante quam sciret utrum noverca vellet  
 illud patri dare. et praeterea, quis confecit venenum  
 caeco. et qui mulier non dicit, quod inquiratur, qui  
 20 fuerunt confectores, nisi quia ipsa illud confecit vel con-  
 fici fecit. praeterea quod caecus inventus est stans in  
 limine cubiculi sui, hoc est, quia excitatus ad strepitum  
 auditum in cubiculo patris et ad concursum familiae sur-  
 rexerat et stabat quasi attonitus et stupens ad clamorem  
 25 et paratus cum aliis currere, nisi timeret offendiculum.

4 hoc *an* haec? *M* 12 unum — cetera *l. 13*: *verba corrupta ex*  
*ICto quodam deprompta esse coniecit Hammer* 25 *in margine in-*  
*feriore causae, cur caecus patrem non occiderit, hac forma leguntur:*

{ cum quis procuravit venenum, antequam sciret an ipsa vellet dare.  
 cum quis confecit venenum caeco, et quare ipsa non vult de hoc  
 inquiri.  
 quod ad obiecta quod venenum in sinu et gladius cruentatus  
 in lecto, haec apposita (*an* opposita), quia caecus et a noverca  
 naturaliter odiente et ob hereditatem habendam.  
 cum interrogatus tacuit ex innocentia. nam reus unum reum.  
 cum in limine qui excitatus quod strepitus et stupens paratus  
 interrogare  
*bibliopega deleta.*

## IV. MATHEMATICVS.

*Argumentum:* Quidam de partu uxoris mathematicum consuluit. is respondit virum fortem futurum qui nasceretur, deinde parricidam. cum adolevisset qui erat natus, bello patriae fortiter egit et pugnans pro patria vicit et cum palma receptus est in patriam. reddit causas voluntariae mortis. pater contradicit

Nolens enim se ipsum occidere sine sententia iudicum, ne reputetur homicida sui et ita careat sepultura, nititur probare coram iudicibus quod debeat et posset se ipsum occidere. allegat enim dicens: possum et debeo me occidere, ne parricidium committam. utique illud, si vixero, habeo committere, mathematicus enim sic praedixit qui adeo verax est quod interrogatus de partu in nullo erravit, non in sexu qui virum fore dixit et fortem et strenuum pro patria. quae omnia contigerunt et eo ordine quod dixit. quid ergo nunc restat nisi ultimum quod dixit, quod committam parricidium. quod ut melius credatur futurum, permisit alia quae iam evenerunt, ut quod futurum occidatur, et, si dicas, quod fatum impediri non potest. ergo oportet, quod patrem occidam, et quod me non interficiam. dico quod, si me interficio, quodammodo patrem propter orbitatem interficio, ego autem non moriar quod propter strenuitates quas feci, vivet memoria mei, et sic non pugno contra fatum. o pater mi, quanta fuit tua caritas et pietas qui, cum audisses a tanto mathematico quod filius adultus deberem te occidere, cum me iugulasse deberes, delicate nutristi, nuper etiam imminente bello patriae me ipse armasti. ego autem post victoriam armatus rediens applaudente populo a te diverti nec curri in amplexus tuos, ne forte impellente fato te occiderem. victori patriae debentur tituli, imagines, honores; haec rogo servate victuris. mihi praestate salutem patris, innocentiam meam, temporum pudorem. nec homicida est

censendus filius qui propter salutem patris se occidit. praeterea consideratis fatum. nunquam sum securus neque intrepidus. mori ergo debeo tamquam nocens, si mathematicus verum dixit, tamquam miser, si mentitus est.

5 praeterea animum habeo occidendi patrem. parricidium autem dictus sum facturus. si possum post haec autem vivere, non sum innocens, etsi non fecero. sentit pater quanta sit praedicti sceleris immanitas et ideo temptat efficere, ut mathematicam artem artem non putetis. cum

10 ergo vera sint prima verba mathematici et iam evenerint, eveniet et ultimum, et ero parricida, si vixero. vitari autem potest necessitas huius fati, si mors inter facinus hominemque ponatur. vincitur enim fatum, si resistas, vincit, si contempseris. melius etiam est, ut moriar, si

15 innocens futurus sum, quam ut vivam, si parricida. vultis scire quem debeam timere victurus? metuo, ne patrem, dum morior, occidam.

## V. AEGER REDEMPTVS.

*Argumentum v. p. 88, 7.*

20 Allegat iuvenis coram iudicibus: de me non curavit, me dimisit in vinculis qui semper sibi bonus fueram, luxuriosum redemit qui semper malus fuerat. respondet pater: aegrum redemi, utpote magis miserabilem, te dimisi, cum utrumque habere non possem, confidens quod

25 propter sanitatem melius ferres carcerem et propter bonitatem maiorem patientiam haberes in adversis et propter sapientiam melius scires procurare liberationem tuam. nec ideo sequitur quod illum plus dilexerim. ex duobus enim liberis neutrum magis amat qui redimit aegrum. si sapiens

30 esset, o iudices, non debet velle quod redemptus fuisset, qui tantam laudem adquisivit et nomen ex eo quod per suam sapientiam se a carcere piratico liberavit. o, quantum laudem adquisierat, si pasceret patrem, redemerat fratrem. redde ergo, mi filii, quae posco alimenta; nam

35 debes. vultis enim scire, o filii, quantum nomini nostro

debetis affectus et venerationis. non est beneficium, quod pascitis, sed est facinus, quod negatis. fratrem tuum redemi quem ut fratrem amabas. te similiter redimere non potui. qui duos periclitantes videt filios suos existenti in maiore periculo porrigit manum. frater tuus, cum liberaretur, sciens se cito moriturum me tibi commendavit, ut, si evadere te contigisset, me pasceres, scilicet iurans quod, si tu aeger redemptus esses, ipse sanus si evaderet, postmodum me pasceret. securus sis, breviter moriar qui senex sum et inedia affectus, et cito liberaberis a me. quid me remittis ad turbam? consumpsi fletus, exhausti clementiam civitatis. non alit populus hominem quem pascere filius debet. infamem te reddis qui me non pascis. pro tua sum pietate sollicitus. quia fratrem tuum redemi, cum aeger fuerit, non sequitur quod eum plus dilexerim, sed sequeretur, si ambo sani essetis. dato etiam quod sequatur quod ipsum plus dilexerim, non sequitur quod te oderim, cum animo utriusque redimendi venerim, et plerumque pater duorum filiorum alterum plus diligit nec tamen ideo alterum odit.

VI. CORPORIS PROIECTI. ipsa est manus caecae.

*Argumentum v. p. 111, 4.*

Allegat coram iudicibus pater: compatiavi filio iam defuncto cui pater vitam abstulit et mater nititur auferre sepulturam. lex parentibus in calamitate ferre opem iubebat. uterque parens erat in calamitate devictus. unus autem succurrere utrique non poterat. invenit tamen ingeniosa pietas et utrique subvenit dispendio sui. ipse venit ad patrem, me remisit ad matrem. assistens populus dolet mortuum non sepultum et tu mater degenerans filium putrescere permittis. nonne hic est ille quem nondum genitum a diis in templis nobis dari petebamus, ille filius amantissimus, a quo sepeliri optabamus, et tu negas ei sepulturam. ingrata mater erga filium qui protectionem

paravit, ut, quoniam reddere matri non poterat oculos,  
 redderet virum oculis cariores; te, cum proficisci vellet,  
 commendavit amicis, profectus est solo comitatus animo  
 nec se putavit ire sine pretio, quamvis ad piratas ferret  
 5 inanes manus. et planum est quod, cum nihil secum  
 ferret, satis tibi domi reliquit, unde sustentareris. aliter,  
 si nihil esset domi, unde redimi possem, testor deos, de  
 redemptione litteras non misissem. fuit ergo, o iudices,  
 domi, unde redimi possem, sed illud totum filius matri  
 10 reliquit. navigat ergo per horrendos fluctus inter piratas  
 et maris pericula. et, ut ad piratas pervenit, exiit e  
 navi et flexis genibus coram piratis et fuis lacrimis se  
 pretium et vicarias manus pro me patre offert eis. illi  
 libenter accipiunt, sed ego invitus. allegabam enim vitam  
 15 mei brevem fore et iam carcerem et vincula consuetum,  
 ille dicebat cum lacrimis: mater mea te tantum desiderat,  
 quod fere caecata est, et forte a te veniente videbit. o quan-  
 tum in hac altercatione iuvenis flevit. si perseverassem,  
 duos excaecaveram. hilarior ergo ligatus est filius quam  
 20 solutus pater. cum recessi, ait: matrem meam tibi com-  
 mendo, pater, fove eam, esto vicarius meus. et ego tibi  
 mandatum perago: te sustento, immo filius te sustentat  
 qui fecit, ut venirem et te sustentarem. o mater, amarior  
 mari, filii corpus matri maria retulerunt, mater mari. o  
 25 uxor, quid saltem ego in te commisi! gravius est hoc  
 mihi quam carcer! quid in te commisi? ego te non  
 dereliqui. tu autem vel me derelinquis, immo occidis.  
 percussos sepeliri carnifex non negat, tu autem filium. iam  
 stupens loquitur vulgus et dicit: haec mirabilis mulier et  
 30 stupenda. virum redimi voluit nec filium sepeliri. prop-  
 terea, cum lex dicat: qui parentes in calamitate deseruerit,  
 insepultus abiciatur, cum ego essem in calamitate carceris  
 et mater in calamitate caecitatis et longe distarem ab  
 invicem, filius utriusque subvenire non poterat. si ergo lex  
 35 illa omnino tenet, huic miser necessitati subiacet, ut quic-

quid fecerit, abiciendus sit. si exierit, mater sepeliri vetabit, si remanserit, pater, cum et mihi ius fuerit in hac lege sicut et tibi. plus ergo mihi subvenire debuit et parere quam tibi, quia pater maior est matre. ergo etiam plus indigebam incarcerationatus inter piratas et semimortuus, et indigentiori potius subveniendum est. praeterea ego prius inploravi auxilium filii quam tu. praeterea et filium et virum habere non poteras; reddidit tibi quem magis amabas. hoc saltem habebis, miserrime fili, etsi sepultura careas, quod honoratis contingere funeribus solet: defunctus laudaberis, diceturque: lucem libertatemque patri filius reddidit, et, quod ante inauditum est, magis me amavit quam vellem. te laudabunt, iuvenis, et mirabuntur saecula, sed mihi ista laus tua caro constat. poteras quidem domi manere et otiari et patrem excusare non redimere. interim, ut ceperat, senium consumeret et sola mors redemisset, et, cum corpus meum exanime proiectum esset in fluctus, si contingeret tempestas similis, tu me, fili, sepelisses. fefellit te pietas patris et amor perpetuae laudis. o fili, cum aegrotares, non ministravi tibi, non affui morienti. incatenatus, neglectus, despectus es. amicum et pereuntem te consolantem non habuisti, sed eos tantum cogitasti. in carcere meo mortuus es. inspice, mater immisericors, quae poenam a cadaveribus exigis: per tot fluctus volutatum corpus intumuit, tot illis scopulis, tam spatiosis tractum harenis, nunquam tamen infelicius quam cum venit ad terram. ergo cum mater impia flecti non possit, o crudeles aquae et venti male secundi, reddo vobis vestrum beneficium, ferte quolibet, licet ad barbaros, licet ad hostes, licet ad piratas. fortasse aliquis iubebit sepeliri misericordior ipsa matre.

#### VII. TORMENTA PAUPERIS.

*Argumentum v. p. 133, 13.*

O iudices, accuso hunc divitem, inimicum meum, quem

5 piratas **M** 21 incathenatus **M** es: ē **M**



vidi filium meum mei causa occidere. variis me affligite tormentis et videte, si verbum mutavero. nam hoc alias probare non possum. donec probem, torquete tanquam mentientem. lex, inquit, liberum hominem torqueri vetat.

5 per fidem, o iudices, quis non hoc eum respondere credat cuius tormenta poscuntur. nemini videlicet credo dubium legem quod torqueri liberum hominem negat, hoc prospexisse tantum, ne quis torqueretur invitus, et iura quae nos a servilium corporum condicione secernunt, impatientiae tantum succurrisse nolentium. omnium beneficiorum ista natura est, ut non sit necessitas sed potestas. crudelius autem est et indignius quam torqueri, non impetrare tormenta. exigo quaestionem, in qua quid dicturus sim, nescio, quid debeam dicere, vidi. non invenio, o iudices, cur

15 renuat dives quaestionem, postquam supersunt adhuc incerta ac dubia. facinus est tamen me non torqueri, si mihi torto utique credendum est. cogitasti, o dives, cum filium, non patrem occidisti, quid mihi cum vulneribus, quid cum cruore consumptae et iam paene abeuntis animae.

20 occidatur potius ille iam iuvenis, iam inimicus, de sene vindicabitis me, oculi patris. scivisti et quod, si in me rueres, ipse robustus me iuvasset, ego autem senex non ipsum. iam nunc, o iudices, infirmitatem meam allego, comendo, si me forte flagella mutaverint, ego tamen vidi,

25 si vocem in eculeis ignibusque perdidero, ego tamen vidi.

## VIII. GEMINI LANGVENTES.

*Argumentum v. p. 146, 3.*

Minus, o iudices, misera quereretur de marito, si sanari nec ille potuisset, pro quo est frater occisus. nunc autem

30 infelix non invenit ulla solacia, ex quo sibi videretur filium perdidisse victurum. nec vos moveat quod reus pati videtur ex orbitate tantundem; non enim perdidit filium quisquis occidit. materna pietas utriusque salute⟨m⟩ sperabat,

pater impius unum occidit pro incerta alterius salute credens medico. sic debetis occidere patrem, tamquam duos occidit, cuius non interfuit uter occideretur. plus debuit credere pater medicis pluribus de salute amborum desperantibus quam uni soli medico rem novam dicenti, ut videretur aliis sapientior, et varianti sententiam et promittenti quod debet nemo experiri. salutem spondit, si liceret alterum occidere, lacerare, perspicere. non retulit haec parricida ad matrem nec propinquos consulit nec amicos, sed sua tantum persuasione medicique contentus victurum occidit. si enim medici non interfuit utrum occideret, constat vivere utrumque potuisse; si interfuit, constat non eundem fuisse languorem. quod tamen ipsa asserebat, redde mihi, marite, filium quem tibi pariter medicoque commisi, recipe quem mihi credidisti. hic est ille noster insanabilis, ille moriturus, hic quem permiseras medico, si maluisset occidere. quid quod filium occidit innocentem cui nihil obicere, nihil poterat irasci, filium, si ipsi creditis, pro fratre mori paratum, cuius suprema ferre non poterat. amplius, quanta immanitas, quod aegrum occidit cui potissimum conpati debuit tamquam aegro et amare tanquam filium. amplius medico in tantum credere non debuit, cum fallaces sint medici et casualiter operentur. non medicina sanat, sed quicquid videtur sanare, medicina est. si medicus sanare nescit, numquid ideo mori necesse est? fatuum est, ibi finem vitae putare, ubicunque scientiae substiterit infirmitas. iniquissimum est desperationes vocari, quotiens remedium medicina non invenit. an desperantibus credi debuerit, vos aestimabitis. qui negarunt aegros posse sanari, nec in hoc probaverunt qui evasisit, nec in illo quem non languor occidit. esto etiam quod medici desperent, tu, pater, sperare debuisti et ad spem matrem hortari. fidem habes hominibus quos mentiri alius affirmat, contra quos iterum credis uni praesertim. fratres, inquit, et gemini erant, ideoque credibile est illis

eundem fuisse languorem. rogo, quis in ullo mortalium ferat ignorantiam pariter et affirmationem? quisquis nescit quid genus languoris sit, non potest scire an idem sit. nihil etiam in rebus humanis voluit esse rerum natura  
5 tam simile quod non aliqua proprietate secerneret. quamquam ergo sint gemini, duo sunt tamen fato dissimiles sicut et tempora nativitatis distantia et duo. quod ergo pariter languerunt, non accidit tanquam fratribus sed tamquam duobus. quod enim non eodem fato languerint  
10 gemini, probat hoc quod nec uterque occisus est nec uterque sanatus. dato etiam quod desperaverint medici, fatum utriusque exspectare debuisti. hac enim condicione nascimur, ut moriamur, non ut occidamur, et eum qui morbo decedit, mori dicimus, eum autem qui violenter occiditur,  
15 dicimus perire. stupendum est et portentum quod habes paricidii patientiam, non habes orbitatis. non exspectas, ut filii moriantur, sed unum occidisti. amplius, quia medico credidisti qui contra desperantium sensum genus aliquod sanitatis afferet. forsitan adhuc inveniretur alius qui  
20 laetiora utilioraque promitteret. cur isti potius quam desperantibus medicis credis. nemo magis desperat quam qui se negat nosse languorem. promittit quicquid licere non debet nec intellegendis. occidam, inquit, deinde sanabo. non est tanta pietas servare filium quantum facinus occidere. postquam medicus dixerat: non novi genus  
25 morbi, ulterius ei non debuit aeger committi, etiamsi potionem ei velle[n]t ministrare. quoniam ergo credidisti sibi, cum subiunxit: si permiseris alterius aperire vitalia, remedium inveniam. morbus enim est similis in ambobus  
30 et latens interius. et ideo, cum inspexero interiora unius, sciam morbi causam in altero, sed nunquam facilius est nosse languorem quam scire quae visceribus unius inspectis scietur causa morbi in altero. praeterea, si talis cura valere potest, quid est, antiquos latuit nec legitur  
35 alias facta. quod si facta aliquando fuerit, vis tu propter hoc experiri in isto quod nescis. praeterea differre saltem pater hanc crudelitatem debuisses, ut quicquid ex filio

facis, faceres ex cadavere. si enim potest deprehendi languor, dum occidit, facilius, cum occiderit. praeterea negavit pater et medicus interesse quem occideret. hoc, si alter perisset, probaverat utrumque periturum, cum convaluit, probat utrumque victurum. felices igitur qui 5 languore moriuntur, qui supremos anhelitus inter suorum amplexus, inter suorum alloquia posuerunt. hic in lecto distensus est, adest carnifex, nec ipsum uno ictu interficit sed telum infigens ipsum paulatim et leviter per membra vitalia protrahit. dicitur ei: patienter tolera, sanabitur 10 frater, cave ne viscera anhelitu gemituque concutias, ne remedium pereat alienum. passus est miser discurrentem per omnia reserati pectoris improbum vagae artis errorem. clamabat post foribus clausis mater: audi, miserrime iuvenis, si quis adhuc tibi superest sensus, exaudi, non 15 permisit hoc mater. crede orbitati meae, crede lacrimis, nec frater hac vellet ratione sanari. inter haec impius pater una cum medico intuebatur viscera filii, ipsum detinebat alloquiis et manu medici vitalia tractabantur. dic ergo, medice imperite, numquid potuit medico sanante 20 vivere qui tam diu vixit, dum occiditur. hic autem qui superstes est et sanus, in custodia mea plus ex dolore fratris pereuntis quam ex proprio morbo languebat. non fuit ergo solo languore periturus quem non potuit nec mors fratris occidere. iste qui superstes est, non est mihi 25 solacio, sed in eo cotidie respicio alterum pereuntem. ipse etiam est in afflictatione continua, cum sibi videatur esse pretium fratris occisi. tunc conversa mater ad cadaver occisi ait: o fili, cum occidereris, ingredi cubiculum ad te non potui sed foris stans feci quod potui, non licuit intrare, 30 ut vulnera tua meis te[r]gerem visceribus et super carissima membra prosternerer. nunc ago quod possum, corpus quod reliquerat pater et etiam medicus, hoc sinu misera collegi, amplexor et osculor. propter fratrem videris occisus. nec tamen unquam constare poterit, an tu sanaveris fratrem. 35

## IX. GLADIATOR.

*Argumentum v. p. 167, 3.*

Inter tot pericula perpessa, o iudices, certus credebam  
 esse, quod post redemptum per alienas manus filium non  
 5 displiceret patri meo misericordia, solum autem verebar  
 iam non tacitas vulgi opiniones quibus crudelitatis atque  
 saevitiae reus peragor. apud bonos et graves excusare  
 non possum, quin redemptus sim. obicitur mihi orbatus  
 senex qui, cum haberet filium, contra divitem stabat nec  
 10 orbatus et in uno iuvene bonis omnibus penatibus supplex  
 est inimicae domus. plus ergo sibi nocuimus amici quam  
 inimici, quamquam et sibi bona omnia quae possemus,  
 faceremus. quod enim beneficium est efficere, ut vivat  
 orbus. nunc autem eum nisi sustentare non licet. dic  
 15 pater numquid me, filium tuum qui nunquam contra te  
 peccavi, redimere debueras captum. solve ergo pretium  
 redemptionis meae. si autem porrectos egentibus cibos mea  
 fame repandas, expulsum ab omnibus bonis filium similem  
 facies inimico. captus a piratis soli patri meo de redemp-  
 20 tione mea scripsi quem sciebam posse et debere redimere.  
 amico meo qualiter scripsissem quem sciebam non habere,  
 unde redimeret. ipse tamen mox profectus est ad me  
 redimendum patre suo non prohibente sed annuente. quic-  
 quid si in subsidia vitae seposuerat parca frugalitas, totum  
 25 in impensas itineris contulit ei. infelix senex, sic egere  
 coepisti. profectus amicus fluctibus et maris periculis se  
 commisit. properans tarde ad piratas venit. hinc ad lo-  
 cum, ubi eram armatus in campo cum aliis adiudicatis  
 morti[s], cumque pugnare deberem, adest amicus. stupeo.  
 30 me complexatus offert se ipsum redemptorem meum. quod  
 cum negarem, ait quod ipsum haberem mortis comitem  
 vel vicarium. vicit ergo instantia et duxit me ad mune-  
 rarium et cum lacrimis et precibus obtinuit mutationem.  
 tunc exutus sum armis et ipse indutus est eis. pugnat

23 lege quid si vel quicquid sibi 32 numerarium //

cum gladiatore. ego tremens duellum inspicio et singulos ictus quos ille perferebat. mihi illatas reputans imitabar gestus eius. mortuus est ergo et cum viatico quod ei superfuerat, ego sum reversus. patrem egentem alere me rogavit. nunc ergo me reversum, quia patrem egentem 5 alo, me abdicas et abicis a domo, ingrattissimus pater. pudet enumerare calamitatum mearum gradus, piratam, lanistam, patrem. si mihi obicias quod amabam illum qui gladiator fuit, in hoc obicis mihi quod vivam. si iterum obicias cur dilexisti filium inimici mei, non poteram 10 odisse qui me tantum amabat, immo eo quod hoc tam rarum est, ut filium inimici patris quis amet, ipsum magis amabam. praeterea, cum ab infantia nos sic amaverimus, nunquam alias super hoc iratus es mihi, nisi nunc post receptum inaestimabile beneficium amici, in quo appares 15 ingrattissimus. considera ergo pauperem istum non inimicum sed patrem amici. ex miseriis quas passus sum, didici miseris misereri et maxime amico in paupere patre. sed dices: inimicus meus est. sed considera quod est homo, quod pater amici. quae laus, si amico bene facis, sed si 20 tuis opibus vivit inimicus. hic iacet laus tua. nam ego, si quid in patrem servatoris mei confero, non sum laudandus. aspice solum egentem senem omnibus praesidiis destitutum. amicus mei mihi praestitit quod non rogavi, et non pecuniam sed se ipsum. ego ei in paupere patre 25 rogatus non impendam quod petit, non me, sed pecuniam, cum et me sibi debeam. audi, pater, alimenta ista quae donata egenti putas, quanti illi constant qui pro me orbatu est filio. inter piratas me quaesivit, cum tu pater redemptionem tardares, non inveniens ad lanistam festinat, 30 in ludo gladiatorum me reperit. in vigilia et vespere mortis pro me moritur. et hoc uno tristis occiditur quod amplius amicum visurus non erat. neque vero plurimum fuit, praestitisse mortem. nam interim specioso titulo bene vita pensatur. illud autem est amico gravius, nomen gla- 35

diatoris accipere, subire dominum lanistam et, ut veniret in harenam, homo nec sceleratus nec infelix; et bonitate sua gladiator effectus est. utinam, o iudices, haec quae illi speciosa sunt, tam honesta essent et mihi. quotiens senem orbatum, egentem video, fateor, pudet me pretii mei. ex quo ergo, pater, his ad pietatem non flecteris, egebo cum paupere, duo erimus egentes et circa omnium vel ignotorum domus stipem rogabimus pariter. si quis grandis natu est, parens est, miserebitur senis, si quis iuuenis, filius, miserebitur adolescentis. accipe satisfactionem, amice carissime. mandata tua exsequar; fortuna defecit, opes auferuntur: quod unum mihi relictum est, en, polliceor patri tuo vicarias manus. quid vis porro faciam? agrestia opera? delicatior, quod a fortuna non didici. et cotidiani quaestus operis duobus egentibus non sufficit. miserum me, si exsolvere fidem voluero, fortasse mihi in ludum revertendum est.

## X. SEPULCRVM INCANTATVM.

*Argumentum v. p. 189, 3.*

Infelix ego, o iudices, quae sola omnium matrum miserrima. in uno filio iam alteram patior orbitatem. priorem siquidem orbitatem tanquam communem ceteris et fato accidentem utcumque tolerabam. nam et de filio nihil aliud perdideram misera nisi dies, nec iam timebam quod ille, quo fruebar noctibus, mori posset. nunc autem tenetur, ne ad matrem venire possit. nocte siquidem in somnis apparebat non diversus, sed qualis ante fuerat, miserae matri amplexus et oscula dabat et tota nocte vivebat. multum perdidit mater, si contingebat hoc illi, non minus, si videbatur. nunc misera luget in die filium nec in nocte reficitur solita visione. sed flentibus oculis iuxta somnum mariti pervigil noctes longas metitur. nunc magico inclusus et incarcerationis est ferro. nec solum in hoc miseriam meam queror sed filii qui

tenetur infelix, ne veniat. maritus sic filium inclusit, tamquam se inquietari mater ista quereretur. igitur, iudices, nemo miretur, si ad tam crudelem, ad tam immitem patrem umbra non venit. sciebat, ubi posset invenire lacrimas, ubi posset invenire singultus, a quo magis desideraretur. nam isti ferreum est pectus et dura praecordia, nec sunt de orbitate sensus. quid enim immanius patre. invidet matri, ne filio frueretur, nec ideo fecit, quia videre ipse malebat. non patri igitur apparebat in somno filius, a quo solacia pauca vivus non habuerat, sed severitatem et crudelitatem expertus erat. matri autem sinibus et alloquiis se infundebat memor blanditiarum matris comperatarum in vita. iam maerori locus non erat. mulier filium nocte videbat, die sperabat et in spe mox venturi reficiebatur. misera, iam perdidit solacium. iam coeperam cum apparente iuvene, marite crudelis, agere tuam causam ipsumque rogaveram, ut paternis oculis laetus appareret, et tibi, ingrata, dimidia nocte cedebam. iam miser et ille pollicebatur. haec fiducia fecit, ut confiterer. ego, siquidem in die orba, totis noctibus mater eram, videbam, fruebar. tu autem affectus paterni expers filium videre timuisti. et magum nescia matre adiens filium nostrum ligasti et ipsum orphanum et me prorsus viduam effecisti. ipse namque, cum dies occideret, solebat imponere finem morti, domum repetere et conversari cum matre. nunc mater privata filio clausum tumulum nudis caedit uberibus, fletu sepulera perfundit, gemitu quasi audientem forsitan et exire cupientem frustra vocat animam. o natura crudelis, plus in filium potest magus quam mater. o mage saeve, crudelis, cur istud experimentum praeiudiciale fecisti. oro cum lacrimis, evoca animam quam clusisti, ut magis appareas magisterium tuum. vultis scire quantam iniuriam a marito uxor receperit. sola mater filium perdidit. mirum dictu[m]: patre utroque superstite filium sola mater amisit. invidebat mihi mors quod omnino meum non haberet, sed ipsa per diem, ego per noctem. nunc autem misera mater prorsus orbata filio non potest invi-



diam facere morti quae prius cum morte tempora dividerat et tenebris fruebatur. singulis enim noctibus corpus e sepulcro resumpto ad matrem placidus et pulcher veniebat. nunc ligatum est corpus et spiritus a mago. o, si  
 5 manes inter se colloquium habent, non deest qui iuveni meo dicat: quam vilis tuis fuisti, quam libenter te perderunt, et ne ad matris solacium <quidem> redire valeas. pater a mago te fecit vinciri. crudelis fuisti in filium et in matrem quam inquietam continuo fecisti, ut perderet  
 10 noctes et dies. o mage, ostende magisterium tuum et evoca spiritum quem clusisti, ne te reddas infamem, neque ulterius saevias in mortuum et in matrem, et desinet orfanus esse filius et mater orbata.

#### XI. DIVES ACCVSATVS PRODITIONIS.

15 *Argumentum v. p. 206, 8.*

Hoc est quod potissime me gravat, o iudices, quod videtur sibi satis vixisse pater, postquam occidit liberos meos et hoc potissime gaudet, ut orbitatem meam liberis suis relinquat. gratias ago civitati quod me fidelem  
 20 aestimastis et bellum mihi publicae sollicitudinis credidistis. sed neque ego rem melioris ducis facere potui quam quod sine liberis meis profectus sum. non reliquisset illos dux proditurus. filios meos civitas occidit credens accusatori me proditorem asserenti. fecit civitas  
 25 quicquid hic de me facere potuit: filios meos innocentes occidit. sed mirum dictu, cum mortem filiorum nuntius in castra pertulit, non arma proieci, non stationes vallumque deserui, totam orbitatem meam in bella converti, tanquam liberos meos ibi perdidissem. vos autem quorum  
 30 filios bello salvaveram, filios meos occidistis. peto igitur, ut occidantur filii pauperis qui meos procuravit occidi, ut sic puniatur in eo, in quo deliquit. sed dicis: calumniator idem patiatur. et ego dico quod non idem pateris, nisi tui filii occidantur ut mei: maior enim dolor de calamitatibus quam de suppliciis venit. calamitas, inquit,

quae de innocentiae punitione provenit. innocentia enim  
 opus est, ut miserum faciat dolor. deceperas me, fortuna,  
 deceperas, si mihi tam grande fecisset facinus homo qui  
 liberos non haberet. rumor in civitate ortus est me pro-  
 ditorem esse adhuc incognito rumoris auctore. tu accu- 5  
 sasti patenter et crimen fecisti de fabula. sed dicis, mori  
 debeo, quia lex qua te accusavi, hoc proditorem pati iubet.  
 poteram quidem breviter respondere legem quae calum-  
 niatorem idem pati iubet, eius poenam exigere, quod fe-  
 cisset, non quod facere voluisset. fingamus tamen non 10  
 hoc pauperem captasse quod accidit, cui debet imputari  
 exitus qui de calumniae tuae fluxit errore? praeterea  
 accusasti me eo tempore quo non poteram damnatus occidi.  
 tu ergo effecisti, ut occiderentur liberi mei, cum coram  
 populo proclamasti: prodidit vos imperator vester, et addi- 15  
 disti: nunc et ipse liberos habet. si post hanc vocem  
 templa mo<n>strasses, utique turbatus populus id (*sic!*) com-  
 bussisset. morti se offert. o iudices, peto, ne cui nocenti  
 poenae praestetur arbitrium. infinitam enim sceleribus  
 aperitis audaciam, si poenam licet eligere condemnato. 20  
 nulla enim poena est nisi invito.

## XII. CADAVERI<BV>S PASTI.

*Argumentum v. p. 217, 6.*

Dicat ergo unus e civibus contra eum coram iudicibus:  
 Conquerimur, o iudices, de hoc scelerato, quia nos 25  
 omnes sceleratos effecit, dum tam lente in patriam rever-  
 titur. narrabo sibi, quia non adfuit, cladem nostram. iudex  
 enim haec novit. audi, igitur, audi frumentum istud quod  
 lucrifecisti, quanti nobis constet. tanta fuit interim apud  
 nos sterilitas qua terra non plus produxit, ac si esset 30  
 ferrea. prata exa[u]ruerunt, perierunt frondes, germina  
 non exierunt. nuda terra et ar[r]idae glebae erant. in-  
 audita lues quae nihil homini reliquit praeter hominem.  
 utinam saltem nobis rudem victum silvae ministrassent, et  
 carpere arbusta, concutere quercum, legere fragra licuisset. 35

sed nihil habuimus quo viveremus praeter famem. nec tamen in totum queri de numinibus possumus. si voluisset servare legatus diem quem illi felicitas temporis dederat, potuit nobis frumentum bis afferre. de regionibus et finitimis civitatibus ultimum iam nobis erat praesidium, cum iam eorum exilia bona vastavissemus. erat quidem aliud in vicino adhuc frumenti, sed iam nemo vendebat. ergo, ut vidimus salutem publicam trans mare petendam, omnes in curiam currunt et congregantur inclamantes. ut arma bello, ut aqua incendio inclamari publice solent, ita succursum inclamant. legationem multi pollicebantur; nec innocentiae causa vel meritis iste electus est; una causa nos movit, quod se cito rediturum pollicebatur. pecuniam sine numero infudimus, frumentum sine modo mandavimus, quantum potuisset, afferret, solum, ut festinaret. hoc una voce supplices acclamabamus ac, ne moraremur nec hoc quidem diu rogavimus. una tantum vox fuit: nihil agis afferendo frumentum, si post illum diem veneris. nostris manibus legatum in navem intulimus, retinacula navis incidimus et litus ingressi classem publicis manibus impulimus. clamabant e litore pueri nostri: affer nobis cito panem, publice pater. oculis nostris fugientem classem conspeximus, facilem emptionem, secundos ventos, placidum mare, ac si ipsi navigaremus, precati sumus. omnia si quidem a diis impetravimus, unum solum superest, ut pro aliena civitate vota solvantur. cito enim pervenit, cito emit, cito rediit quo voluit. alia[s] civitas prior fuit, et legatus diem expectat. nos primo pecora nostra comedimus et nec venturo anno reliquimus qui ararent boves. iam servis fugam imperavimus, iam procumbentes ante limina principum pauperes in ipsis precibus expirant. plorantibus liberis legatum promittimus. cogita, perfide, populi casum, considera vultus pallidos et exangues. affer nobis in confinio saltem vitae frumentum. quid in nos convertis et iam alienae civitatis famem. tu supra

frumentum publicum stertis et omnes maris circumvectus oras litora portusque cognoscis alienae civitatis conditor, tuae eversor. secunda tempestate in patriam ferente contrarios ventos exoptas. nos interim per arentes campos effusi pro radice forte reperta rixamur. pestilentia morimur ut pecudes, pecora cecidimus, campos evulsimus, silvas destruximus, novissime nihil relictum est praeter esurientes et mortuos. terram morientes momorderunt. semetipsos, si nihil affuit aliud, comedentes tandem feris invidere coepimus. primo tamen furtim et latenter hoc scelus quisque admisit et monstrum, et si paulo citius venisses, potuisset hoc negari. siquidem corpus ex strage defuerat, sepultum putabamus, nec tamen indicavit quisquam nec deprehendit aliquis. nemo, ut hoc faceret, exemplo impulsus est, se quisque docuit, omnes scire coepimus, postquam omnes fecimus. quotiens tamen, antequam inciperem, in portum cucurri, quamdiu in altum intentus, si quae essent in conspectu naves, oculos fatigavi.

Ergo rabidi supra cadavera incubuimus et clausis oculis, quasi visus conscientia acerbior esset, tota corpora morsibus consumpsimus. subit interim horror ex facto et taedium ac detestatio sui et planctus. sed cum ab infaustis fugimus cibus, urit iterum fames et quod ex ore proiecimus, colligendum est. cum in devorando ventum erat ad faciem et reliquum, ubi refulget hominis propria nota, inhorrebant pili et artus edentis, sed praevalebat stimulus famis, ut carperet famelicus nasum et labia et totam faciem demoliretur ut canis. insidiabamur infirmis. illi ab amicis astantibus sepulturam rogabant tantum; sed dum fames urget, beneficium factum est exspectare aegrum, dum moritur. nemo adeo affinis fuit, nemo tam coniunctus quem pietas abstineret. nostros comedimus, nostros. nam si alienos vellemus, nemo audebat. hoc nostris fecimus. aestuant adhuc intra pectus sepulta ventribus nostris cognata viscera. iam enim vacat nobis lugere, iam cibos

nostros efferimus, viscera sepelimus. nam cetera quae in  
 nutrimentum conversa sunt, nobiscum sepelientur. at iste  
 interim stat, ut videtis, long[u]a via saginatus et satur.  
 nunc nobis frumentum attulit qui pauci sumus, sceleribus  
 5 pasti, alienis mortibus salvi. hi[i] sunt residui qui vivunt  
 ipsi sibi rei, graves; aegra et tabida membra in publicum  
 protulerunt. hae[c] sunt civitatis reliquiae quas videtis.  
 sic tabuimus, ut miseri nec vivos habeamus nec mortuos.  
 multum negotiatione tua actum est. frumentum habeo,  
 10 populum non habeo. nusquam prodest, nusquam opus est.  
 iam licet vendas. dum tu, salutis publicae nundinator,  
 proximum quemque emptorem dimittis, dum aut funera  
 nostra vendis aut scelera, dum populo tuo fame moriente  
 alienae civitati legatus es factus, nos interim morimur et  
 15 vivimus scelerati. iam non fuit cur festinaret; etiam  
 nunc exspectare poteramus. sola est enim civitas quae  
 fame perire non possit. igitur ego miser advocatus mise-  
 rorum fame et inedia mortuorum et miser[i]orum qualiter-  
 cumque viventium sceleribus pastorum, publicum scelus  
 20 ab isto requiro et pro omnibus nocentem rei publicae  
 accuso.

Respice, legate, qualis sit residua contio civitatis,  
 cavum macie caput et conditos penitus oculos et laxam  
 cutem, nudos labris trementibus dentes rigentem vultum  
 25 et destitutas genas et inanes faucium sinus. prona cervix  
 tergum ossibus inaequale. infernis imaginibus similes,  
 cadaveribus pastos, sceleris commissi conscientia graves.  
 dic nunc, legate, innocens sum, quia ad illum diem veni.  
 at ego propter te nocens sum, quod ad illum diem vixi.  
 30 quae comparata nobis mala non delicatas lacrimas habent.  
 aliquem populum hostilis exercitus obsedit; solet venire  
 ultima obsessis inopia. capitur civitas. victor captivum  
 aut occidet aut pascet. tormenta quidam piratarum tulerunt,  
 sed mors finis est nec saevitia ultra fata procedit.  
 35 aut si quis adeo hominem exuat, ut ibi poenam quaerat,

ubi sensus doloris non inveniatur, nempe tamen cadavera feris obiciet. circumdati sunt quidam flammis, ipsa tamen poena habuit sepulturam. funera nostra non caverit ignis, ut saltem cineres remanerent. non ferae laceraverunt, non aves attigerunt, sed qui genuerant, comederunt. memores scelerum pudet nos vivere. caput ad caelum non audemus levare. morimur miseri, sicut ante desideratos diu cibos avide haurimus, et morimur adhuc frumento tuo. credis nobis attulisse pabulum, et attulisti venenum. cum te misimus, o legate, cum lacrimis pariter clamabamus: morimur, defecimus, festina misericors, omnes excipe auras et, si tota secundis flatibus vela tetenderint venti, tamen remis adiuva. salutem publicam vehis, spiritum populi tui reportas. omnium nostrum in ista classe navigant animae. festina, non stat interim dies, et plenis velis mors venit. cito redi. parum afferre non potes. non delicati sumus, non luxuriae quaeritur habundantia, sed unde spiritum sustineamus, et unde mortem differamus. si plus opus fuerit, redibis, solummodo citum reditum rogamus. in litore stamus, intenti te exspectantes morimur, in mare mortui cadunt. quotiens sole percussa nubes refluxit, navem putamus, quotiens fractus vento fluctus incanuit, vela interpretamur: haec certe navis est, ecce vela panduntur, propius accedit; prosperum ventum habuit, respexit nos deus. haec dicimus, at illa interim transvolat. fletus inde et desperatio, nihil enim gravius quam destitutae spes torquent. interrogare quidem non licuit, nemo enim applicabat. saltem si scire licuisset, ubi frumentum vendidisses, ipsi petissemus. tu interim sinus maris circuis, nullus amoenus praetermittitur portus, nulla celebris civitas invisitata transitur. frumentum nostrum vendis, immo salutem nostram exponis. frumentum non naufragio perdimus, non latrocinio, lucro perimus. tempestas quoque aliquam navem in meum litus impingerit et ex classe numerosa omnes fluctus exhausisset. perit

frumentum, quia classis venit in portum. ita vos alienae civitatis legatum misimus et vicinorum deliciis morimur innocentes. legatum nostrum quem creavimus, iam dinumeratis temporibus quae secundi venti breviora fecerunt, 5 cotidie speramus, nec redit, cum possit. ipsi ergo dictam calamitatem imputo. poteras dicere quibus frumentum vendebas: ut vestram civitatem servem, meam evertō. tu duplo frumentum vendis et hoc lucro populum tuum perdis. dum moraris vendendo, acceleramus moriendo. sed dices 10 forsā: nisi vendidissem fame laboranti civitati, timui, ne raperet. [it] ita utique occupare voluisti, ut nobis iniuriam tu potissimum faceres. ne nos periremus, non timuisti. partire deberes eis gratis, dum nobis aliquid quo res<p>iremus, afferres. fortunam deberes dimittere facere quod 15 vellet. legatus a praecepto non debuisti recedere. referre debuisti nobis iniuriam nostram, mittere nuntios; ira famem differremus, raperemus furentes arma, in obsidionem civitatis iremus, vastaremus interim fines, per aliena prata pasceremur, bellum nos aleret. citius ad frumentum per- 20 veniremus quam tu cum frumento redires. hostium tandem cadaveribus viveremus, sed nulla vis fuit, nulla exterior iniuria, nullus sibi fecit iniuriam. adhuc si rapere alienum frumentum et possunt et volunt, quid ita duplam pecuniam solvunt? nam sicut in magna inopia quicquid emi potest, 25 vile est, ita cum possis habere gratuitum, duplo carum est. sed mihi credite, color iste patrocini est et diu in saturo otio cogitata defensio. numquid fuit similis fames? non solum enim sata sed etiam empta nos fallunt qui nostra pecunia, nostra classe, nostro legato, nostro vento, 30 felicissimo cursu commeatum tamen perdidimus. nulla est ergo causa quam fingis, nulla vis fuit, sed sponte vendidisti et, quia adhuc supererat tempus, obiter negotiatus es. frumentum, inquis, duplo vendidi et duplum reporto. o miser, naufrago tabulam abstulisti, mortuo applicas navem. 35 duplum est: infunde in sepulcra, ubi sunt qui mandaverunt. miseramus te emere non vendere. vendidisti et nos perdidisti. duplum attulisti, sed illis qui perierunt, nihil.

Sed unum tibi credis superesse responsum: ad diem veni. state hic, iudices, qui hoc imperat nisi cur non expectavimus. cur famem non ad constitutum distulimus? cur ad tantum nefas accessimus? in hac lance publica <causa> pendet. o iudices, aut iste tarde fecit, aut nos cito. † sed unde te, quid nos ingente fame tardare scelus nequivimus, ipse autem citius redire potuit. longum terminum dedimus ei, ne moram, si serius venisset, excusaret propter ventum aversus. cum ergo prosperiorem quam sperabamus ventum habuit, citius redire debuit. felicitatem nostram et munus deorum perdidisti. imputas nobis propitios ventos et secundum mare et civitatis opulentae liberalitatem quae tantum frumenti vendidit quantum duobus populis satis esset. sed cum de velocitate tua gloriaris, tardum reditum ad nos exprimis atque spontaneum. non erat, iudices, ubique morandum. ergo civitatem nostram cuius solius erat legatus, ultro perdidit, et sine causa monstrum nos effecisti saeculis. videlicet sepulcra hominum mortuorum, dum nostros famelici comeditimus, et fidem fecisti fabulis, ut cuncta quae finguntur, vera esse credatur posse, dum sciatur tam incredibilis calamitas evenisse. omnis infortunati solacia hinc poterant et audient calamitatem incomparabilem. nulla est adeo rabiosa belua cui non imago sua sancta sit, et omne animal diligit sibi simile. pluraque etiam animalia, etsi mordeant, tamen laniatu abstinent. nos autem quos divina providentia per naturam supra bestias constituerat, redegit infra beluas, dum carnibus humanorum cadaverum, filiorum etiam propinquorum, pascimur. pater filium comedit, mox natum infantem devorat mater, et redit in uterum lacerratus infans. dehisce terra[m] et hanc noxiam civitatem, ad inferos eam trahe, si quomodo scelus hoc expietur. caelestes auras contaminato spiritu polluimus et sideribus ac dei<s> graves invidiam saeculo facimus. quo fugiemus miseri? urunt animos, arguunt intus conscientiam scelerum faces.



## XIII.

*Initium:* Hortulum unum habebam, o iudices, iuxta divitem, istum non nemoribus consitum nec fructuosum nec amplum sed ieiunarum glebarum et humilis thymi.  
 5 haec apta possessio mihi pro regno erat latissimo. dives hic totum adquisierat usque ad hortum meum et de pluribus hortis plurium unum fecerat. dum iuvenis fui in horto meo manibus laboravi, nunc senex et debilis videns me circumsaeptum a terris divitis, ut vix semita tenuis  
 10 ingressum mihi daret. hinc — exitus (= p. 248, 22). videns ergo quod non possem ibi habere pecora et gregem, quamquam hoc competeret debilitati meae sustentandae, cogitavi quaerere mihi animal quod volet. apes congregavi ibi eo, quod praestans est animal. sunt enim parcae,  
 15 fideles, laboriosae etc. (cf. p. 248, 25).

p. 250, 2 impie tyranne quo?

p. 254, 23 at apes domum sua sponte revolant et ibi nocte pausant.

p. 256, 7 dicis ulterius: ut damnum sit etc.

20 p. 257, 10 si damnum accepisti, erat lex, forum, iudex, nisi te pudeat vindicari iure. si enim licebit cuilibet vindictam accipere, cito potentes adnihilarent pauperes.

p. 258, 3 cuius rei vix inveniri potest brevior aetas.  
 25 vel enim vento vel etiam sine vento defluit vel etiam marcescit. quare si dicerem, abstulere peritura etc.

p. 258, 26 *Post* brevi contactu vim sui relinquunt  
*excerpta addunt:* pro tali mellito salario, impie, apibus venenum reddidisti.

30 p. 260, 16 credo, iudices, prudentiam vestram ulteriori exhortatione non egere.

p. 261, 15 animal innocens, operosum, utile homini quod natura homini dedit non solum ad usum, ut cetera

animalia, sed etiam ad delicias. animal subtilissimum et quodammodo parvum hominis exemplar.

*p. 263, 4* quae maiorum sunt pectorum, pro rege per castrum procurrant.

## XIV.

*p. 265, 13* licet igitur, nocentissima feminarum rideat quod accuso, oro, ut quod remedii mei patior dolorem, meretrici praevariatrici non prosit.

*p. 267, 10* . . . deinde tenuit, donec censum exhaustit. breviter ergo accipite nocentissimae mulieris facinus: 10 pauperem me fecit, deinde ferre non potuit. experimentum in me sibi probare placuit, per quod liquet ipsam a solis amari velle divitibus. nunquam hoc tantum meretrix scit quemadmodum non ametur. dirum virus, homine firmiter, mente constantius mihi solaciis potius ac mollium 15 remedium ratione tractandum sub blandi vultus simulatione porrexit, et ita me perire fecit. habet aliquod solacium etc. (*p. 268, 17*).

*p. 271, 15* . . . quod sibi meretrix videtur adamata quae ut communis omnibus a nullo meretur amari. aequiore animo 20 feras, etc. (*p. 271, 22*).

*p. 272, 14* iterum nos, ut aestimo, in sui caritate(m) alia potione revocaret.

*p. 273, 3* peregriner a patria, te tamen animus et sermo meus respiciet. 25

*p. 274, 8* ablatum est mihi amoris affectus, a quo venit omnis laetitia, per quem stat conexio saeculorum et per quem reconciliantur contraria. non habeo etc. (*p. 274, 16*).

*p. 274, 16* quisquis enim odii medicamentum biberit, unum fortassis oderit, sed amare neminem potest. ac per 30 hoc factus est incivilis et quodammodo desinit esse homo, dum esse desinit socialis.

*p. 275, 5* mira veneni huius potentia, ut data potio

in nominis unius potentiam omnes reliquos stringat affectus. primum quod inducit unius odium et aliorum omnium tollit amorem, et mirum in modum ipse inimicus amasse volo; odi siquidem nec unquam visus sum magis amasse. potio infelix quae me condicioni infeliciori subiecit. quae putatis esse tormenta *etc.* (p. 276, 2).

## XV. QUIDAM PRO FEMINA.

Non videtur perfecta potionis persuasio quae perfectum odium debuit generare. non est autem odium sed amor, cum queror de amore perdito. amat, o iudices, amat qui queritur quod non ametur. quando venisti melius, o iuvenis, in forum. nunc enim leges et iura loqueris, conviciaris, maledicis meretricibus quas quondam laudare solebas, et hoc virtute potionis acceptae. hunc tu animum modo inter libidines ac scorta perdebas, macie notabilis, pallore deformis et sola impatientiae tuae fabula notus. perieras, infelix, nisi bibisses venenum. nunc erectior resedit in sensus vigor, in membra sanguis viribus velut novae iuventutis exultans. bibisse te medicamentum probare non posses, nisi meretrix fateretur. nec reus est sed magis gratiarum actione dignus qui benefacit et prodest invito. sed dicis: meretricem accuso. sed iudices non debent nominibus aestimare reos sed moribus. vultis, o iudices, integritatem puellae breviter probem. hanc quam nunc pauper detestatur, accusat, amare mallet. omnia, iudices, facinora causas vel de cupiditate vel de simultatibus trahunt. quid odium de amatore meretrici? quae praeda de paupere? odium inquit accepi. sed dico quod hoc est odium salutare meretricem odire. odium, inquit, accepi contra uxorem et filios meos, ut a sacris avocarer affectibus. sed dico quod illud odium in meretrice facinus est quo utitur in sui caritatem. ita vel hoc solum sufficit excusationi quod illa contra se tantum dedit. laetus ergo dic, iuvenis, congratulare mihi, bibi medicamentum crudele, saevum, desii pauper amare meretricem. iamiam non in-

quietis noctibus vagus ante fores lupanarum vigil expecto, possum navigare, colere terras, redditus est mihi animus quo fierem maritus, quo senectuti liberisque prospicerem. potionem te fecerat ista felicem, si divitem puella fecisset. hoc solum etiam innocentissimae puellae pro defensione sufficeret quod nihil fecit sui causa. amatorem dimisit quae captare dicitur, ut ametur, quae sollicitat, quae corrumpit affectus. ingrata, quanta de te potuit gloria frui. non enim confers pretia pro salute tua. in crimen maximum captus transferre beneficium. bibisti potionem quae finem cupiditatibus daret, premeret ardorem, desideria restringeret. gratias age puellae, cupiditati tuae. summum mirabile! remedium amoris mulier invenit. felix et potens potio! quicquid non parentum minae, castigationes, non propinqui, non paupertas, non necessitas poterat efficere, haustus brevis, facilis, unus extorquet. o si sic posset quis omnium odium bibere vitiorum. felix profecto mortalitas, si lapsus reliquos et mentis errores fas esset infusa potionem compescere. non nisi odio sanari poteras qui captivus foedo tenebaris amore. datum est tibi remedium contra morbum quo multi perierunt. si amicos divites habuisses, multam pecuniam comparassent, si invenire possent istud remedium, quod si non possent, vinculis te et nexibus tenuissent. laetare, iuvenis, nobilissimam tui partem scilicet animam quam perdideras, auxilio feminae repperisse. vita est beneficium mulieris. mulier cui ad dimittendum amorem sufficiebat, ut odisset, ipsa pro te commenta est, ut illam tu potius odisses. si dixeris: sentio tormenta remedii, quid mirum, si queratur aeger abstinentiae dolore sanatus. ignibus et vulneribus sunt corpora saepe sanata. ab hoc enim morbo sola renitentia sanat. nec sine aliquo morsu resilitur a malis quae voluptate tenuerunt. quale tibi remedium debuerit adhibere, ex hodierno sentire potes affectu. pro homine enim qui post odio queritur quod non amat, parum fuit, si amare desineret. quid agis, in-

felix? cur redditam modo sanitatem rigore nimiae contentionis exasperas? praedico, testor, consumis odium, nondum totam mentem vis perfusa possedit. adhuc circa te duo maximi rixantur affectus. adiuva potius, adiuva potionem, donec sanitas totum componat hominem. sanatus es, quodsi contra sanitatem vis luctari. imprecor tibi universi summam mali quam quaeris. pauper sis et ames quamecumque meretricem et amare non desinas.

## XVI.

10 *Initium*: videte, iudices, perplexitatem miseriae meae: necesse est aut amicum relinquere aut matrem. succurri non potest duobus, paratus tamen sum duobus impendi. excedit omnem etc. (p. 291, 10).

p. 293, 14 pro visitatione matris meae obligavit se iuvenis amicus. deceptus es, o amice, qui me alterum te reputabas, cum essem ego inferior quod probat recessus. ex duobus enim magis amatur quem tyrannus paratus est alligare. a primis aetatibus in eandem coieramus vitam tanquam cor unum et anima una, semper individui fueramus. quantum tibi, amice, debeo . . .

p. 297, 1 nunc adest tempus propter quod convenimus in amicitiam, cum advenit adversitas.

p. 298, 21 o quanto affectu et cum lacrimis rogavit tyrannum amicus, ut me mitteret ad matrem et ipso die assignato, nisi redirem, pararet iugulum et interim in arto carcere truderetur. o quare veni? testor etc. (p. 299, 12).

p. 299, 20 mirabitur catena tyranni quae ultra mortes et maria se extendit.

## XVII.

30 p. 304, 9 cumque in abdita parte domus potionem mortis pararem, anxius adhuc animus ex parte una libertatem suam optans in brevi futuram, ex alia parte con-

siderans innocentiam suam, inter haec lacrimans ingemui. lacrimis ergo meis et gemitu pater perductus intravit, interrogantique, cum nesciret quid esset, et fingere possem, sine mora respondi, et me mori velle, et venenum esse quod terebatur. stetit intrepidus, — inquit (*p. 307, 12*). tu mihi obicis quod patrem occidere vellem et in huius probationem adducis dicens, quod hoc verum sit, patet, quia abdicare volui. sed in hoc prioribus iudicibus invidiam facis quorum sententia ab accusatione tua absolutus fui. et iniquissimum est, ut — tractantur (*p. 307, 20*). sed tractata sunt, et liber apparui. felicior — restituunt (*p. 307, 23*), licet quamvis proclames: saepe detuli — obieceris (*p. 308, 21*). fidem non capit — parricidam (*p. 309, 13*). sed dicis parricidii argumentum est quod habuisti venenum. sed nunquam iudicabis latronem omnem qui gladium habet. peregrini utique solliciti gladium habent, et gladiis som[p]nos munimus timentes. unde leges hae<c> non prohibent, sed horum abusum. sic ego in prosperitate mea venenum paraveram, ad quod possem confugere, si mihi superveniret casus incertus, si dolor, si languor, si improvisa debilitas. miramini quod hoc fecerim, homo qui tot calamitates et delationes sustinui. sed dices: non est credibile, ut mori volueris absolutus qui reus mori noluisti. sed vixi, dum sperarem, ut lacrimae meae miseriaeque mitigarent indignationem tuam. vixi etiam, ne accusationi viderer cedere, et ne super cadaver meum proclamares et diceres: merito timui, merito praedixi venenum: qui vivendi non habebat audaciam. verum tamen tibi de impatientia mea fatendum est. eadem mente volui mori, cum abdicares, qua non bibi, cum iuberes. sed quaeris, si mori voluisti, cur potissimum veneno etc. (*p. 314, 7*).

*p. 314, 25* nullos ab aditu loci, in quo eram, praepono custodes.

*p. 315, 12* aliquando tenens in collo laqueum non mortuus est.

*p. 315, 18* . . . pereuntis affectu. secretum domus elegeram, quia naturaliter mors talis pudorem habet. qui

morbo moritur, minimum est quod erubescit. praeterea secretum elegeram, ne superveniret qui me prohiberet. sed dices: quid non bibisti, cum monui? sed dico quod, cum quis sibi manum vult inicere, si superveniat aliquis  
 5 qui gaudeat, qui vindicari se putet, si mortem inspiciat, statim — dissentiet (= *p. 316, 2*). cum supervenisti et me interrogavisti, dum respondere cogis, redivit indignatio mihi, et perit susceptae mortis ardor. ego propter patrem mori possum, coram patre non possum. cum supervenisti, perit  
 10 ardor mortis et utroque me resolvit affectu.

*p. 318, 9* si dixeris: non fui passurus, si bibere voluisses, sed qualiter hoc est probabile, cum me hodie coneris occidere. non eras passurus? quando iam inicis manus?

## XVIII.

*p. 324, 20* ut altius ordiar, iuste de viro conqueror. adulterium de me facile suspicatus es, cito credidisti. tuum erat ex debito foederis coniugalis pudicitiam meam aliis enarrare. tu vero fictam impudentiam meam ostendisti  
 15 populo per vultus tristitiam, per fastidium, per querelam.

*p. 327, 22* sed dices: formosus fuit. sed quis non est formosus filius matri, etiam si claudus, si debilis. non amantur filii a matribus secundum vultum et apparentiam, sed est in filio matri nescio quid homine formosius, si argumentum sumis ex forma. multa autem debuit com-  
 20 misisse iuvenis <prius> quam incestum committeret. sed dic, ab utro incestus sermo primum procedat. audebitne hoc rogare filius matrem *etc.* (*p. 328, 17*).

*p. 329, 24* ferrem adhuc suspiciones tuas, si dissimulanter egisses, si nos diligenter nocte et die observasses, sed pro debito oportet, ut filium torqueas et tormentis  
 30 multis affligas qui tum non es neganti crediturus. responsum non caret certitudine quod quis non animo sed dolore respondet. ab uxore naturaliter nihil scivisti, a familia interrogata nihil, a filio nihil. unum ergo hoc scis.  
 35 nihil enim invenis, maritus, dominus, pater.

p. 332, 3 ponderate, iudices, quod filium non per carnificem aut per servulos sed solus per se ipsum pater torsit, vestes scidit, laceravit, flagellavit, renovavit ignes, longis cruciatibus oculos pavit.

p. 333, 28 non solum ego a te requiro filii [filii] 5 mortem, immo totum genus humanum, omnes patres, omnes filii videntes foedus naturale parentum ad filios esse violatum. si nihil factum est, confidere reatum, si nefas prodigiosis simile fabulis deprehendisti, ne sis una morte contentus: incestam gravius odisse debes. 10

---

10 debes: *finis excerptorum.*



## B. EXCERPTA PARISINA.

Cum in ea terrarum parte, in qua minimum ratio, plurimum voluntas valet, discretioni vacare intendas nec primos in deliberatione verborum impetus, sed extremos examinato themate terminos concludere affectes, id quidem sive a natura regali nescio sive a virtute rationali tibi inditum est: doctrina tamen meo iudicio augendum est. causas itaque quas a Quintiliano tractatas repperi, meo more declamandas tibi legavi. quibus si uti libuerit, et ad persuadendum acutior et ad iudicandum <im>pigrior efficiaris. illud tamen praemoneo, quia non ramos sed radices tibi commendo: propagines enim ingenio tuo credendas esse iudico. vale.

### I. II. CAECVS IN LIMINE.

15 Ex incendio domus adolescens patrem extulit. dum matrem repetiit, et ipsam et oculos amisit. induxit ei pater novercam. haec se incesti a caeco appeti patri insinuat, venenum etiam illi parari quod iuvenis in sinu haberet, sibi dimidiam bonorum partem promissam, ut porrigat. intravit ad caecum pater. interrogat an vera sint. ille negat. exquirat reperitque insutum venenum. quaerit cui parasset. ille tacet. recedit pater

---

1 *Titulus deest in PVB*; Marti fabij quintiliani calaguritani ex hispania declamationes incipiunt feliciter **R** 2 *epistula dedicatoria solum exstat in P* 10 impigrior *H.* 19 bonorum *om. R* 20 rogat **R** 21 reperitque **RVB** insutum: in sinu **R** 22 comparasset **R**

et mutato testamento novercam fecit heredem. eadem nocte strepitus in domo fuit. familia intravit. patrem occisum invenit, novercam iuxta mortuum dormienti similem, parietem sanguine palmatum, caecum in limine cubiculi sui stantem, gladium eius sub pulvino cruentatum. accusat caecum noverca.

*Noverca.* miror non sentire vos, P. C., tantorum malorum tam evidentes probationes, pudetque in tanta turbarum per se loquentium accusantis subire operam. non est opus verbis, si rerum ordinem recte aestimetis: cogitis tamen, et dicam minus quam actum sit. *Quintilianus.* sentio, iudices, pudori iuvenis, pro quo minimum est quod parricida non est, gravissimum videri quod contra novercam absolvendus est, plurimum quoque caeco de reverentia perire virtutum, cum in patrocinium eius affertur quicquid alium defenderet innocentem. sed ad causam venio. cur abdicatus est filius? *N.* quia in patrem perfide egit. *Q.* nullus ab incredibili incipit. infinitum est quod fecisset videns, si potuit parricidium caecus facere. *N.* novercam prius temptabat. *Q.* praesente vel absente patre? *N.* absente. *Q.* idem faceret etiam eo praesente. caeco praesens absens est. tu vero insidias parabas. *N.* ego ei dona dabam, non insidias. *Q.* mulieris dona insidiae sunt. *N.* me sibi alliciebat, patre veniente se sub-

1 facit **VBR** 2 fuit: fit **R** patrem *om.* **VBR** 4 palpatum **VB** 5 sub pulvino eius **R** 6 *pro* accusat — noverca *in* **R**: comparent coram senatu 7 noverca loquitur **R** 10 verbis: sibi **B** recte ordinem **R** *ante* cogitis *add.*: non est quod agatur apud vos, si quidem actum agitis **R** 11 minus dicam **R** actum: necesse **R** 13 gratissimum **R** videri *om.* **R** 14 quoque: quid **V**; quia **B**; que **R** 15 deperire **R** 16 *post* innocentem *add.* et ne quid hodiernae sollicitudini praestare putetis, fecit quod est in rebus humanis summum nefas, ne aliud in alio crederetur **R** 17 qui **R** 18 agit **R** *et add.* filii nomen exiit. incredulis **R**

19 quid **B** 20 temptavit **P**; temptavit **R** 21 etiam face-  
ret **R** 23 mulierum **R** 24 sibi: ille **R** se *om.* **R**

trahebat. *Q.* sed nec venientem videbat. *N.* venenum se habere negavit. *Q.* si quidem nemo habet quod nescienti illatum est. *N.* conscius spoliari noluit. *Q.* quia immeritum se scivit. *N.* insutum repertum est. *Q.* subtilius  
 5 noverca quam caecus suit. *N.* rationem parati dare non potuit. *Q.* peccatis praemeditata ratio nunquam defuit. miror eum non dixisse: volui, parricida sum. venenum quod portat caecus, ipsius est, si excusat. sed esto; suum sane sit, quomodo porriget? *N.* mihi promisit di-  
 10 midium, ut porrigam. *Q.* quid? secreto, *P. C.*, de parricidio privignus et noverca loquuntur. ita se non putat uterque temptari? nunc locum istum transeo. sed, per deos immortales, quae servatori patris cum veneno ratio? quam incredibile est, ut patrem oderit, venenum tempta-  
 15 verit qui, ut perderet, pati non potuit! quid opus est veneno? servasse matrem potuit: parricidium sic fecisset, optimus videretur filius. *N.* atqui nunc infestum habebat quod sibi novercam induxit, quod in secretam partem abstrusit. *Q.* immo consilio ipsius iuvenis actum est, ut domus  
 20 quae caecum tantum habebat et senem, novo consolaretur coniugio. quid autem in publico caecus? nusquam minus offenditur quam in secreto. sed dono, ut commotus sit; non tamen adeo. nunquam infestissimus erit pater qui in locum successit oculorum. *N.* atqui potius pro matre ex-  
 25 caecatus est. *Q.* patri caecitatem praestitit qui oculos

1 ne *P* venientem venis *P* 2 nesciente *P* 6 non defuit *R* 7 parricida *R* 8 quod: qui *R* portat *ex* ponat *B* sic *VB* accusat *PVB* 9 quaeso quomodo *R* 11 locuntur *V* 12 utque *B* 15 perderetur *VR*; *p*di *B* 16 non potuit *B* fecisse *V* 17 ut ante optimus *add. VRB* videtur *B* 18 quod: qui *R* sibi *om. B* noverca *B* 19 domus — caecam *om. in lacuna B* 20 tantum *supr. P* solaretur *R* 21 impublico *B* 23 tñ *V*; tantum *B* nusquam *VB* erat *VB* patri *R* 24 potius *supr. B*; pro matre potius *VR* cecatus *R*; coecatus *B* 25 pater *R* qui ei oculos *R*

amisit, dum, quam pro eo reliquerat, repetit. nihil agis, mulier: facilius est, ut occidat patrem, a quo sit ipse servatus. omnium hic quos miseros fecere virtutes, innocentissimum parricidium negavit ante quam pater occideretur. fac tamen velle. numquid illud elegisset tempus quo non nisi cum noverca reperitur pater? istud etiam dono. quo autem modo per tot domos inauditus pervenisset. *N.* iam tunc iter consueverat *Q.* esto. atqui non uno, non duobus ictibus super pulvinar iugulari poterat. quid dormis? *N.* secreta eram. *Q.* quid? quod manus non erravit, non in te cecidit, sed ipsam eius statim percussit animam? nonne etiam palpitavit? nonne planctum fecit? quid dormis? *N.* semel peractum est. *Q.* quomodo? nonne extrinsecus tumultus excitavit? tu iuxta quid dormis? *N.* quomodo actum sit, a pariete quaere *Q.* quivis igitur parietem palmet tertioque non tinguet. sed et vestigia caeci et mulieris non conveniunt. *N.* quid? quod in limine repertus est? *Q.* facie quidem ad planctum versa. *N.* non habes quod pro ense dicas. *Q.* abunde scis quid primum nocens abicit? illud unde facinus peregit. congesta sunt, *P. C.*, in miseram caecitatem venenum, cruor, ferrum et quidquid non potest esse negligentiae nisi nescientis. vobis autem notum est: non debet caecus suspitione argui, sed deprehendi. te vero super omnia testamentum arguit.

1 reliquerit *R*    2 facilius *B*    ipse *om.* *R*    4 necavit *B*    occidetur *B*    7 modo: dono *P*    inauditus *supr.* *B*  
 8 tunc *om.* *P*    iter *om.* *R*    consueverat *VB*    uno ictu *R*  
 10 post dormis *add* semel — nonne *P*; semel — excitavit *R*  
*v. l. 13*    quodquod *VRB*    11 percussit *B*    12 planctum *BR*  
 fecit: citavit *VRB*    13 quid — excitavit *om.* *VR*  
*(v. l. 10)* *B*    ≡ semel (*2 litt. er.*) *P*    15 quaere a pariete *R*  
 16 tertio *BV*    et: ac *BV*    17 quod *supr.* *P*    in limine  
 cubiculi sui *R*    19 quid pro in se *V*; quid se *B*    habunde  
*V*; hab<sup>unde</sup> *B*    21 *P. C.* *om.* *R*    24 suspitionem *V*  
 25 arguit: convincit *R*

## IV. MATHEMATICVS.

Vir fortis optet praemium quod volet. qui causam mortis accite in senatu non praetenderit, insepultus. lex: parricida culleo obvolutus cum simia et serpente in  
 5 profluentem abiciatur. quidam de partu uxoris mathematicum consuluit. is respondit virum fortem nasciturum et parricidam. cum adolevisset qui natus est, bello patriae fortiter fecit. causam voluntariae mortis in senatu reddit. pater contradicit.

10 *Vir fortis.* positus, P. C., in ea conditione tristissimae sortis, ut nec morte dignus sim, nisi me parricidam putetis, nec praemio, nisi innocentem, adeoque ludibriis miserae sim necessitatis implicitus, ut odii mei favorem impetrare a vobis habeam, quaeso per omnia quae ante hoc tempus  
 15 circa nos ordo veritatis explicuit, attulisse me credatis urgentium malorum probationem. mori debeo, quia non aliter parricidium vito; sepulturam peto, quia praemium merui fortiter agendo. *Pater.* proponit, P. C., quod non necesse est, petit quod donandum non est. *V.* donandum  
 20 esse patet. ego illud pro omnibus meritis loco praemii peto. *P.* si pro bene meritis mortem datis, pro contrario quid donabitis? *V.* non id peto, ut mortem donent, sed legem sepulturae ut leniant. *P.* illam potius leniant quae parricidam in profluentem mittit. *V.* nisi me audierint  
 25 omnes amodo iuvenes in servanda republica tepidi fient. *P.* nisi te servaverint, omnes qui minus egerint, desperati erunt. *V.* videtis, quid consequatur, P. C., mea quidem peribit probitas, reipublicae non peribit opprobrium, si

2 vir fortis secunda lex *P* vir fortis — abiciatur l. 5 om.  
*BV* 3 post insepultus add. abiciatur *R* 9 add. *R*: comparent coram senatu 10 ea  $\equiv$  *P* 13 sum *R* odium in mei *R*  
 18 ante proponit add. *R*: me vero veritatis iudicio funditus involutum esse constat adeo, ut vel orbitatis dolores incurram vel filio denegem sepulturam. patris misericordiam filii protervitatem censete P. C. om. *R* 20 patet: lex arguit *R* 27 sequatur *VB*. mea: in ea *VB*

eius salvatio ad parricidas defluxerit. *P.* dum mori mavis, probitatem salvas, dum senatus quod suum est, facit, opprobrium non incurrit. *V.* utrum ne vivere debeat qui nasci non debuit? *P.* utrum ne mori debeat, per quem virtus vivit? *V.* quomodo mea vita ducenda sit, non video. membra mea suspecta habeo; me ipsum timeo. iam mihi vita mors est. *P.* sic, sic etiam vivendum est, ut pro republica moriendo vivas. *V.* o quantum scelus, ut pater etiam suspecto tam gratus filio ab eo quem servat, perimatur! *P.* o quanto maius, ut iuvenis tot patri-<sup>10</sup> bus totique reipublica gratissimus in conspectu omnium moriatur! *V.* videte incommodum: si patrem occidero, ut fatum indicat, dolore motus mihi manum imponam. Peribit igitur uterque. levius ergo, *P. C.*, ut solus moriar. *P.* sit sane incommodorum examinatio, si morietur ille et<sup>15</sup> ego. quid mater? quid sodales? quid quod ille fortis, ego debilis? ille iuvenis, ego senex? ille futurus, ego praeteritus? quis potius morietur quam qui fere mortuus est? quis sanctius vivet quam per quem omnes vivunt? quis maiora aget, nisi qui maxima egit? ad ea igitur servan-<sup>20</sup> dus est. *V.* atqui maioritas hoc scelere implicabitur. a praesagiis nihil exigas, nisi ut de tribus duo praecesserint. tertium factum puta. *P.* immo in dubiis multa deprehendimus, plurâ reprehendimus. de futuris nullum certum est, donec accidat. *V.* mathematicus quem fefellit? caelum<sup>25</sup> quando erravit, non explevit? *P.* mathematicus, si homo est, fallere potest. caelum non errat, sed non semper deprehenditur. vidi ego stellas rutilantes subita, nescio qua invidia offuscatas videntibus subtrahi; sed et quaedam in tanto aëris spatio intercurrere possunt, quaedam etiam<sup>30</sup> in ipsis hominibus nasci quae visum turbant. pro deo autem ut respondeam, sume utrum vis: verum an falsum

1 mavis: vis *man.* 2 *V* 3 utrum — vivit *ante* videtis *p.* 393  
*l.* 27 *transp.* **VB** 5 dicenda **PR** 9 servat *om.* **P** 13 factum  
**VB** iudicat **VPB** 15 moriatur **R** 19 satius **VRB**;  
iustius *vel* potius *Haupt, opusc. III* 420 26 deus quando  
non expl. **RVB** 27 erat **V** 30 incurrere **R**; inconcurrere **VB**

praevisum et edictum sit. si verum, nulla praecisione frustrabitur, sin falsum, nulla ratione metuetur. non igitur quare moriaris, ipsius etiam mathematici iudicio invenitur.

5

## V. AEGER REDEMTVS.

Liberi parentes aut alant aut vinciantur. quidam duos habebat, frugi et luxuriosum. peregre profecti a piratis capti sunt. luxuriosus languet. ambo de redemptione scribunt. pater omnibus suis venditis proficiscitur. audi-  
10 vit a pirata: unius erit hoc, utrum mavis eligere? aegrum redemit. qui, dum revertitur, mortuus est. alter ruptis vinculis rediit. alimenta poscuntur. contradicit.

*Pater.* aestimate, P. C., inopinatum calamitatis genus, filium rediisse. vivebam, ut viderem, sperabam, ut aleret.  
15 *Filius.* numquid ab eo alendus eris quem piratis reliqueris? *P.* non relinquit qui abducere nequit. *F.* potuisti sanum recepisse. *P.* non potuissem ad aegrum rediisse. *F.* patet, quia illum magis dilexisti. *P.* de duobus talibus neutrum magis diligit qui aegrum redimit. *F.* illum  
20 elegisti. *P.* de duobus liberis nemo eligere potest, de miseris potest. *F.* tu relinquendum iudicasti, ille gavisus est esse relictum; tua mendicitate me vindico, eius morte non doleo. *P.* haec me tua impietas absolvit. meliorem elegisse convincit, sed occasione non utar. sola miseria  
25 consuluit. *F.* ille iam solutus erat. iam eum pietas redemerat. ego vinculis, ego fame urgebar. *P.* quem pirata alebat, pater negligeret? in quem pirata pius erat, pater quid ageret? *F.* me redempto illum dimisisset. *P.* immo, si ego non venissem, illum remisisset. *F.* o quam aptam

1 provisum **RVB**

6 frugi et luxuriosus <sup>a</sup> III lex. **P** liberi — vinciantur *om.* **VB**  
10 elige <sup>(re er.)</sup> **V**; elige **R** 12 poscit **VB**; poscitur **R** 13 ex-  
estimate **R** 15 ante numquid *add.* **R**: audite iudices inauditum  
expectationis genus, insperatam hactenus spei speciem 22 esse  
ante relictum *om.* **VB** me vindico: mendico **VB** 24 sola bis **P**

causam, si illum reddidit, me redemptio reduxisset. *P.* o multo aptiorem, fortem evadere, debilem redimere, patrem pascere. *F.* quod eum magis dilexeris, etiam convictus probat. illi semper lenis, mihi asper exstitisti. *P.* tu frugi, ille fragilis; te serio, illum misere diligebam. aliter 5 atque aliter, non magis atque minus. *F.* quis non indignetur quod validus fragili, quod sanus aegroto postponitur? *P.* quis inde potius indignetur, nisi si plus amatur? irasci enim quod non sic praeponatur, impatientis est hominis qui magis diligitur. *F.* ipse pirata utrumvis obtulit. *P.* 10 condicio, non nisi duro redemptori ponitur. *F.* si durus esses, etiamsi non iam certus in me haesisses. *P.* fateor, quod odium est, *P. C.*, deliberavi eoque languori adieci. sensit aeger quid essem neutro languente facturus. *F.* probat quam irrationale fuerit redimi: non potuit reduci, 15 quam inutile: mortuus est. *P.* atqui probat fortuna quam rationale, dum facit residuum rediisse, quam utile: pater homicidio liber est. *F.* cur non maius attulisti, ut et ego redimerer? *P.* nemo pro liberis plus dedit quam qui sibi nihil reliquit. feci quod potui. tu redde quod debes. 20 *F.* ab eo pascendus es, pro quo mendicus effectus es. *P.* pro duobus pretium contraxi. vis scire quid pirata, quid pater egerit? duos redemi, unum recepi. *F.* ego mihi, non tibi debeo quod redii. *P.* evasisse te putas? dimissus es. meum id fecit datum amborum pretium, mea pietas. 25 a primo neglegentes sunt in secundo. inde remittunt. pasce igitur. et merui, et lex praecipit. *F.* pater pascendus est, sed bonus. *P.* quid legi imprecer? aut pascas, aut vinciaris. vah! ita pascit qui cogitur. vis patris nomen non corrumpi? bonum patrem filius alat, lex malum. si 30 vis, affectum debes, si minus, servitutum. nullus pater

1 reduxissem **BV** 7 aegro **BVR** praeponitur **P**  
 9 postponatur **RVB** impatientis est **R**; impatientis **PVB**; *corr.*  
*Bu.* odiosum **BRV** 14 quod **VB** 15 irrationabile **PR**  
 (bi *del.* **P**); irrationali **VB** 17 rationabile **P** esse  $\omega$  21 pro  
*om.* **VB** 23 redimi **V** 30 malum *in ras. man.* 2 **V**; lex ma-  
 lum *om.* **B**



malus est, cum infelix esse incipit. non potest nec malo patri gratia persolvi.

## VI. CORPORIS PROIECTI.

*Argumentum vide p. 111, 4.*

5 *Pater.* cum diversissimam, P. C., auribus vestris calamitatem afferam — nam et id doleo quod a piratis solutus sum, et quod a filio nimis dilectus — super omnia tamen ob id angor quod supremo prohibeor obsequio. *Mater.* licet totam, o iudices, saevitiam in me fortuna  
10 congegesserit, nunquam tamen id timere potui, ut a marito remotam, a lumine privatam vellet deserere et filius. de levioribus agam. mulier sum. quae huius sexus patientia? quae vires? quod consilium? *P.* haec autem sexualis debilitas venia satis fulta est nec militare nec navigare nec  
15 orare. uno etiam in loco levibus officiis addictae estis. *M.* quid? quod affectuosa quibusque movebar minimis? impatiens difficilius regitur. *P.* recte. solus non suffecit, pro patre ivit. *M.* omnium ingrattissimus exstitit. tu ludos negabas, ego patiebar, tu cedebas, ego protegebam, tu  
20 impensam stringebas, ego solvebam. *P.* maius est mores constituere quam corrumpere, acquirere quam solve. ei etiam acquirendo captus sum. *M.* quid? quod caeca dimissa sum? est aliquid ipsa caecitate formidolosius? nonne qui hoc sensu privatus est, ceteris omnibus laesus est?  
25 *P.* hanc formidinem rerum propriarum consuetudo, locus et familia removebat. videndi vero damnum reliquorum sensuum voluptates sarciunt. ego omnibus his privatus eram. litigare caeci possunt, captivi nec vivere. *M.* quid? quod anus solatio destituta sum? nihil habet natura  
30 senectute miserius. haec etenim nec amat quemquam.

3 Corporis proiecti quarta lex *P* 6 auferam *VB* 8 ob  
om. *RVB* 13 post consilium add. *R*: quod igitur prohibitionis  
damnum 18 ivit: iniit *VB* ingrattissimum *VB* 23 est —  
privatus om. *P* 24 est: esto *P* 26 vivendi  $\omega$ ; corr. *Dussault*  
30 quemquam: ullum *R*

nec amatur ab ullo. *P.* invidiosa igitur est. a iuniori itaque consolari non potest. pro eo aevo eundum est. *M.* vide quam non amaverit. praesens pro absente neglecta sum. omnibus eum praetulit. *P.* non fuit non amare, non praeferre. non id egerit et praesentem et absentem amisit. *M.* quid? quod ego rogabam, ille scribebat? *P.* nullo modo magis exprimitur affectus quam littera. visus quam auditus altius imprimit. ipsa videtur. ipsa relegitur. *M.* haec omnia praetereo. ad id venio quod mater relicta est. *P.* adde pro patre, et nihil delictum est. *M.* quid? nonne ego magis contuli? nonne animam dedi? novem mensibus fovi? *P.* atqui ego genui, tibi commisi. meum reddidisti. *M.* noluit mihi oculos servare. *P.* atqui voluit oculis cariorem reddere. *M.* si eundum erat, cur non prius ivit? *P.* quia detinuisti, quia locum ignorabat. *M.* cur redemptione non egit, ut ambo rediissent? *P.* tibi censum dimisit, se ipsum posuit. *M.* magis ipse pro te quam pro me passus est. *P.* quidquid in me egit, pro te fecit. nonne maius mori quam caecari? *M.* vivam non consolatur, mortuus non recipietur. *P.* stulta est cura quae spe caret. ego redimi poteram, tu sanari non poteras. *M.* commune opprobrium erat: haec misera nec maritum habet nec filium. *P.* nunc tale est: hic miser nec patrem habet nec matrem, vel si habet, quo facto? pater vitam, mater aufert sepulturam. *M.* intellexerunt piratae. proiecerunt. noluit eum tellus, non vult eum mare. *P.* sepelissent certe, sed immanitate sceleris diu fluctuant. tellus optabat, sed mare tibi reservabat. quid dicitur? obtulit mare matri, mater mari. *M.* non agnosco filium. *P.* immo non ego uxorem. *M.* non credo meum, quia non doleo. *P.* crede, et dolebis. si hoc habet caecitas, ut non doleat, ego caecus fiam. an, quia non amasti, non doles? *M.* nisi amassem, non detinuissem.

4 omnibus sensibus **RVB** 6 sciebat **V** 7 litteram **V**  
 9 relegitur **VB** 13 reddisti **VB** reservare **R**; reservari  
**VB** 18 ipsa **VB** quam ipse pro me **VB** 19 magis  
**VB** 25 fato **R**

*P.* si amas, cur non recipis? sin autem, cur detines? *M.* malebam utrumque quam alterum. *P.* immo neutrum. nec passa es maritum redimi nec filium sepeliri. *M.* patior, si prius lex passa fuerit quae de calamitate agit.  
 5 *P.* esto. nonne parenti succurrit? utrique non potuit. item: insepultus abiciatur, non negat post abiectioem sepeliri. *M.* quid est, *P. C.*, aliud, matrem dimittere quam non filium esse? nemo potest et dimittens et filius esse. *P.* sane, si alienus est, sepeliri debet. *M.* atqui manus  
 10 non addam. *P.* sed nec nostras prohibebis. *M.* quid nutatis, iudices? filiorum novistis levitatem; nisi istud vindicatum sit, maternitatis peribit pretium. *P.* nonne, iudices, omnes estis patres? omnes piraticari potestis. nisi haec redemptio recta sit, frustra generatis, frustra filios habetis.  
 15 peribit totius vitae ratio.

## VII. TORMENTA PAUPERIS.

*Argumentum v. p. 133, 13.*

*Pauper.* sentio, iudices, casibus meis id accrevisse, ut nec vindicari dolor queat, nisi saevus videar, et, si talis  
 20 fuero, plurimum calamitatibus meis miserationis deperire. vos autem quid, non quo talione arguam, considerate. percussorem filii mei video. facinus vestrum est, non reprehendere, si falsum est, facinus meum, non probare, si verum. *Dives.* levius fallaciam esse quam facinus, pro-  
 25 bari potest. *P.* utrum sit, quaestionibus inveniendum est. *D.* quomodo scire potest? obscura nox percussoris notitiam abstulit. *P.* tibi vero iunioris electionem auferre non potuit. *D.* inimicum me habes, inde accusas. *P.* atqui et tu mihi solatium non implores, et ille interim aufugeret.

3 sepeliri — abiectioem *l. 6 om. R* 6 ite *RVB* 11 illud *R*; istum *VB*

16 tormenta pauperis quinta lex *P* 24 ante levius *add.* *R*: non dubito, *p. c.*, accusantis fucos prudentiam vestram non latere, saevitiam dissimulare non potest. lenire interdit. mihi vero 29 impleres *RVB*

falleris. hominis cuius unicus occisus est, unus inimicus est. *D.* cur non te potius quam filium? *P.* ut in illo utrumque perimeres; ideoque ille occisus est, ut viderem, ille fortior, ille qui in mea morte aliquid egisset. *D.* cur non ambos? *P.* quia defendi non poteras. *D.* quis mecum 5 in actu stetit? *P.* facinus sic disposuisti, ne ab alio cognosci posset. *D.* quos testes adhibes? *P.* in has angustias facinus strinxisti, ut soli adessent qui ageret, et cui non crederetur. fortuna etiam mihi tam socios ademit quam servos. ille mihi pro utroque erat. pro sociis san- 10 guis hic, pro servis tormenta stent. *D.* hoc autem probationis genus inter liberos iniquum est. *P.* nullum debet videri iniquum quod est unicum. *D.* pro fidem hominum! iudices, attendite. cur non id potius egissem per alium? *P.* quisquis mandat, magnam sceleris voluptatem amittit. 15 duo crudelissima coniunxisti: ut et tu faceres, et ego viderem. *D.* cur non adiuvisti? cur non percussorem invasisti? *P.* hoc vel socii vel servi possunt. vultis, invadam, iudices? quis interim labantem excipiet? *D.* cur saltem non clamasti? *P.* cui animus abest, ei vocem quaeris 20 adesse? filium coram patre occidere secretum est, tormentis autem publicum fiet. *D.* libertatis respectu tormenta non colligo. *P.* immo vero conscientiae trepidatione quod torqueri inimicum non vis. quae tua haec est pietas? *D.* malo te vita frui. *P.* certe. sed ut nostro magis do- 25 lore fruaris. cum effeceris, ut optem, non potes magis torquere quam tormenta negare. *D.* misereri debetis, o iudices, corporis sponte perempti. *P.* animae potius misereantur, corpori non parcant. *D.* adeo composuit, adeo firmavit animum, tormentis non diffidit. *P.* neminem in 30 tormentis comitatur animus. in quaestionibus tantum corpora sumus. *D.* adeo durus est, ut non laedatur. *P.* non

6 deposuisti **VB**      19 o iudices **RVB**      labentem **RVB**  
 20 cui: cum **VB**      quaeris: credis *Bu.*      23 colligo: recipio **R**  
 24 quod: qua **RVB**      tua: tanta **R**; tu **VB**      26 potest **VB**  
 28 perempti **P**: pereuntis **RVB**      30 defidit **VB**

durus adeo tamen, ut non moriatur. *D.* atqui liberum hominem torqueri non liceat. legem audite. *P.* hoc eius responsum est cuius tormenta poscuntur. hoc tantum est, ut nemo liber torqueatur invitus. *D.* numquid lex cor-  
 5 rumpenda est? *P.* at sane intelligenda quae a servis nos secernit, impatientiae tantum nolentis succurrit. omnium beneficiorum natura est, ut non sit necessitas, sed potestas. quicquid honos est, desinet esse, si cogas. *D.* itane omnes aliae leges rigidae et constantes erunt, haec sola  
 10 ad placitum? *P.* quae vero omnes? caeco talionem permisit, non coëgit. caedem vindicare passa est, non praecepit. nescis, improbe, nescis? paene levius est ultionem perire quam potestatem. servitutis genus est coacta libertas. vis scire, quid lex ista promiserit? non exigo, ut  
 15 torquearis. *D.* non est mirum, *P. C.*, si mavult mori quam vivere qui mavult servus quam liber esse. *P.* o prava libertas, ex qua oritur occidendi facultas. ego vindicari malo, non mori. *D.* torqueri non debet qui tormenta exigit. *P.* quid interest, exigam, an recusem. brevi  
 20 verum fatebor invitus. non debet postulans non torqueri, sed duplicari tormentum, sed diu non credi, sed obici: tu ipse postulasti. *D.* intellegite, *P. C.*, intelligite, si huius postulationi cesseritis, peribit conditionum discretio, peribit legis observatio, peribit libertas. *P.* non minus  
 25 adeste, iudices. si enim huius protervitati acquiescitis, vertetur in exactionem permissio, in depravationem legis determinatio, in neglectum paternitatis veneratio, et, ut tormentis salva sit iustitia, plus est, de quo quaeritur, quam quomodo quaerendum est. iam tandem infirmitatem  
 30 meam vobis allego. si vocem in eculei ignibus amisero, tamen vidi. si undique collectus dolor occiderit, tamen vidi.

5 quae: quia *R* non *VB* 8 desinit *R*; -at *VB*  
 17 ego vero *RVB* 25 adest *VB* 26 actionem *VB* 27 post  
 determinatio *add. R*: in servitutem libertas. Dives: non minus  
 adeste iudices. si enim huius protervitati acquiescitis, vertetur  
 in neglectum *ect.* 30 vocem meam *VB*

## VIII. GEMINI LANGVENTES.

*Argumentum v. p. 146, 3 omittuntur verba: gemini — coeperunt et permittente — inspexit.*

*Mater.* quamvis, iudices, plurimum infelicissimae matris adversitas miserationis abstulerit quod ex duobus liberis 5 pari desperatione languentibus alter evasit, et plerisque maximum dolorem prima fronte tractantibus videtur aviditas gaudiorum, ut modo ad totius orbitatis redaeta patientiam iam non sit unius salute contenta: non possumus tamen affectibus nostris hanc primam tristissimae calami- 10 tatis allegare mensuram quae ex ipsa solatii sui conditione descendit. filium itaque a patre et medico quem commisi, requiro. *Pater.* licet, P. C., doloris quantitas absolutum me recte fecerat, magisque plangendum quam respondendum erat, ne quid tamen vel neglegenter vel in- 15 humane actum putetis, impatientiae mulieris mos agendus est. idque primum audiat, quia communium liberorum rationem sibi non debeo. *M.* quae plus praebet animae et sanguinis, particeps erit tantum doloris? *P.* ut unus sanaretur, alter interiit. *M.* ut unus evasit, ita et alter evasisset. *P.* 20 considera utrumque periturum, gaudebis unum esse retentum. *M.* vide de duobus neutrum periisse nisi occisum. *P.* ingrattissima omnium mulierum non quereretur, nisi iste evaserit. *M.* insanissimum patrum omnium desperare de utroque non potest, dum unus sanatus est. *P.* iniuste 25 inpetitur qui aequo dolore confunditur. *M.* quisquis sibi rem magnam fecisse videtur, a dolore explicatur. *P.* non minus diligebam. *M.* non citius desperasses. *P.* ego tantundem perdiidi. *M.* non perdit filium qui occidit. *P.* unus non occidetur, ne uterque moriatur? *M.* duos occidit 30 cuius uter occideretur, non interfuit. *P.* medici moriturum

1 malae tractationis sit actio VI lex **P** 7 videatur **VB**  
 11 alligare **RVB** conditione **VB** 13 requirit **R** 15 hu-  
 mane **VB** 16 muliebri **RVB** 18 sibi *om.* **P** (*add. man. 2*) **R**  
 20 alius **VB** 21 redemptum **BV** 23 si non **R** 24 pa-  
 trem **RVB** 26 qui *in ras.* **P**; quod **V**; quid **B**

iurabant. *M.* ipsa desperatione debuerat crevisse caritas. *P.* orbitatis impatientia confusus fui. *M.* te ipsum interfecisses. *P.* ad huius vitam me servavi. *M.* fors an ad illius mortem. satius orbem quam parricidam esse. *P.*  
 5 non est parricidium nisi ex affectu. *M.* certe etiam, si perituum elegisses, sanandum. *P.* in mortuis vivorum sanitas quaerenda est. *M.* sanitatis ratio decedit, si medicina tantundem consumit. *P.* non elegi, sed uter interesse negavi. *M.* hoc probat. sic, sic; si evadat uter, et uterque. *P.* diu fateor, *P. C.*, deliberavi, non statim cessi.  
 10 *M.* dum deliberas, dum retractas, in utroque parricidii peccas. *P.* quid facerem? dixit: sanabo. *M.* dixerat: occidam. *P.* nonne magnum, sanare filium? *M.* nonne maius, occidere alium, maximum aegrum? *P.* salva est pietas,  
 15 ubi, quicquid fit, pro vita fit. *M.* maxima est impietas, occidere filium pro homine quem non putas evasurum. *P.* cui credendus est aeger nisi medicis? *M.* atqui ipsi desperabant. *P.* speravit unus. credidi. *M.* quibus verbis? *P.* causam ignoro. ex inspecto remedium scio. *M.* o fallacissimum! dicit se quod nescit, scire. *P.* caput deposuit. *M.* nemo non tutus promittit quod expertum iri non debet. *P.* idem est languor. *M.* qui nescit quod genus, nescit an idem. *P.* simillimi. *M.* tamen discreti. *P.* simul orti. *M.* multum caeli interlapsum est. *P.* simul languerunt.  
 20 *M.* simul evaderent. sed cur occidis? *Medicus.* ut sanitatis causam inveniam. *M.* id est, ut inveniam cur non debeam. cur aperis? *Med.* ut inquiram. *M.* si statim moritur, non acquiris, si durat, sanari poterat. quis autem, *P. C.*, inquirendi modus? in viscerum tractatione  
 30 levissimum est quod mortuus est. *Med.* pactum solvi. unum sanavi. *M.* patet, quia unus occisus sit. quod autem alius per eum sanatus fuerit, nunquam constare poterit.

4 satius erat *RVB*      5 exaffectum *VB*      11 detractas  
*VB*      14 alterum *VB*      maximum: maius *R*      19 fallacissimum omnium mortalium *R*      25 evaderent. alter fratrum  
 occidendus. sed tu cur me occidis *R*      31 quod *VR*

insuper, quod totius doloris cumulus est, quod tam desolati solatii onus est, viventis etiam vita laesa est eo quod fratris morte notata est. maluisset ipse quam sic vivere, languere, mori.

## IX. GLADIATOR.

Abdicare et recusare liceat. dives et pauper odiosi. filii eorum duo dilecti sibi invicem fuere. poscit legatio divitem. vadit filius. piraticatur. rescribit. moratur pater. amicus vadit. venditum reperit gladiaturae paratum. subit. moritur. redemptus redit. patrem defuncti alit. abdicatur.

*Filius.* licet, iudices, me nemo miserior extiterit praeter unum quem et ego miserum feci, nunquam tamen hanc miseriam timere potui, ne post redemptum per alienas manus filium patri misericordia displiceret. *Pater.* misericordia quidem non displicet; sed nec error placet. *F.* cur igitur abdicas? *P.* inimici filium dilexisti. *F.* non dilexi filium, sed amicum. *P.* non desinit esse filius, quia amicus. debuerat desinere fore amicus, quia talis filius. *F.* ego diligentem odisse non poteram, quoniam nec tu pauperem, si te amasset, oderas. *P.* impotentissimum me fecisti. nemo cum illo stat quem filius deserit. *P.* memento, pater, pro quo tot pericula subierim, non dices desertum esse. *P.* mihi unum auferebas, illi duos dabas. *F.* sic tibi unum auferebam, ut duos darem. sic illi dabam, ut neutrum in te haberet. *P.* qui solus est habetque hostes, morti addictus. *F.* vide quam solus sit, pro quo filius mori per-

2 solatii *om.* **VB**; sotii **R**

5 dives et pauper inimici VII lex. 6 abdicare — liceat  
*om.* **VB** 15 pro pater *exhibet* pauper **P** ante misericordia  
*add.* **R**; P. c. hoc inimiciorum genus ita implicuerit filius, ut  
 odii mei formam nunquam oblivisci sineret. non tamen in id  
 angustie genus detrudi me posse putabam, ut ipsum inimicum  
 pascere cogerer. et mihi quidem 16 quidem: quam **VB**;  
*om.* **R** displiceret **R** nec: non **R** 23 subierint **BV**  
 25 illi duos dabam **R** 26 addictus est **RVB**



rexit. *P.* non poteris et illum amare et me non odisse.  
*F.* numquid non poteris et illum odisse et filium amare?  
*P.* ille mihi mortem parabat, tu ei amorem. *F.* quid?  
 pater mortem parabat qui filio vitam praestabat, prae  
 5 omnibus vincit quod abeuntem non retinuit? *P.* quem re-  
 tinere non potuit, abire dimisit. *F.* atqui corripuisse po-  
 tuisset. *P.* rogas, ut inimicum meum pascam. *F.* rogo,  
 ut illum pascas qui pro te egenus factus est, qui abeunti  
 filio facultatem totam commisit. *P.* rogas, ut odientem me  
 10 nec diligentem te amem. *F.* vis scire quid tu, quid et  
 ego debeam? pro te egenus, pro me orbus factus est. non  
 potest non amare illum, pro quo sibi nihil retinuit. *P.*  
 pater nocentem pro filio amabit, filius inutilem pro patre  
 non oderit? *F.* pro te ipso, pro te. ego enim pro te  
 15 subii, ille pro me. reciprocatur ergo actus in te. *P.* tu  
 laudem tuam examinas, non meum opprobrium. *F.* non.  
 servatori enim meo nihil dare possum, tu nulli famosius  
 quam immerito. *P.* ingrato serviam? *F.* nunquam prae-  
 stitorem ingratus qui sibi nihil praestare potuit. *P.* adie-  
 20 cisti vilitati nostrae quod per inodiosos vita tibi ser-  
 vata est. *F.* accumulasti inhumanitati tuae quod filio  
 mavis carere quam odio. *P.* qui poterat tam constanter  
 odisse, non poterit ulterius amare. *P.* qui poterat unicum  
 filium amoris obsidem dare, non poterit quod sic emit, non  
 25 amare. *P.* si durasses, ego venissem. *F.* si aequae amasses,  
 non adeo lentus fuisses. fac venisse; sed nec sic redimi po-  
 tuissem. *P.* tu ipse subisses, forsitan evasisses. *F.* fortior  
 me interfectus est. fateor tamen, me voluisse, sed dicebat  
 unum interesse utrum mortis vicarium mallet an comi-  
 30 tem. nemo unquam pro missione magis rogavit; sed et  
 in ipso discrimine omnia vulnera aequae tulit. hoc uno

---

4 patri *RVB* parat *R*; parit *VB* praestat *RBV*  
 5 quod: qui *RVB* 10 quidve *RVB* 16 non *om. P, supr.*  
*man. 2* 17 famosissimus *P* 18 in immerito *VB* 19 in-  
 gratus fuit *RVB* 20 utilitati *PR* mihi odiosos *Bu.*  
 sibi *P* 21 iunitati *V*; iunitati *B* 22 maius *VB* 24 amoris  
*om. BV* 26 esses *VB*

moritur quod amplius amicum non videbit. postremo mihi patrem dimisit. ego non alam? viderint, P. C., ego redemptionis meae pretium peto. si impetro, fecit pater non quicquid debuit, si minus, non intellego quomodo a parricidio se solverit, sed nec ego me a debito, nisi et ad mortem revertar.

## X. SEPULCRVM INCANTATVM.

*Argumentum v. p. 189, 3.*

*Mater.* Nova, P. C., calamitatis differentia, tam pro filio quam pro matre. in maritum malae tractationis lacrimas effundo. *Pater.* fictum et muliebre argumentum est. *M.* nunquam fictum fuit quod exclamavit calamitas. *P.* si quid matri de morte filii dolendum erat, ad sepulcrum potius flendum esset. *M.* plus mihi pater quam urna abstulit. venientem ab urna filium obligavit. *P.* a me quaerit quod combussit. *M.* odi ignes, odi rogam. donec eriperetur, tenui, rediit. impedisti. *P.* si impeditorem quaeris, mortem accusa. *M.* mors multum reddidit, tu totum abstulisti. *P.* quidquid post mortem memoratur, doloris renovatio est. *M.* non potest de reditu dolere quae de morte non potuit consolari. *P.* si meum repetis, defunctus est, si alium, non habui. *M.* non adeo defunctus est qui redit, qui consolatur, qui horas servat, venire gaudet, redire promittit. *P.* inauditum, incontingens postulat. *M.* si magnum est, quanto rarius, tanto maius. *P.* nihil deterius quam die sperare, nocte falli. utrumque tempus amittitur. *M.* nihil iucundius quam die desiderare, nocte frui. *P.* omnes matres in invidiam ducit qui quicquam ad eas ab urna redire arguit. *M.* illae sane invidiant, dum ego invidia solvar. *P.* ita nascimur, ut mo-

2 dimisit: reliquit **R**

7 sepulcrum incantatur VIII. lex **P** 11 ante fictum *add.*  
**R**: vere iudices nova differentia. nihil enim a calamitate distantius quam calamitatis absolutio. quod autem conqueritur tam et: quam **R** 12 fructum **V** (*corr. man. 2*) **B** 15 alligavit **VB** 19 memoratur: tueretur **R** 22 nam adeo **BV**  
 25 tanto: timeo **P** 30 solvari **BV**

riamur. *M.* frustra nascitur qui aeterno moritur. *P.* infinitus erit luctus qui nullum finem colligit. *M.* parvus erit dolor qui medietatem recipit. *P.* cui de filio magis credendum quam patri? *M.* qui magis sollicitatur, magis  
 5 acquirit. *P.* si venisset, equidem vidissem. *M.* si non vidisti, nescis utrum venerit an non. *P.* cur ad me non venit? *M.* affectum matris moriens notaverat. gratiam retulit. illi primum rediit cui ereptus est. solve: veniet etiam ad te. *P.* cur non in die? *M.* cur stella die non  
 10 fulget? lux in luce non discernitur. *P.* cur prima non venit nocte? *M.* infelix tenui, ne surgeret. *P.* inanis persuasio ex cogitationibus orta erat. *M.* adhuc oriretur et videri posset. *P.* maternos territabat inquietando somnos. *M.* o paterni affectus! exi<ti>cium filium videre timuit. *P.*  
 15 ego etiam aequae perdididi. *M.* ex quo perdidisti, nunquam adeo desiderasti, ut videres. *P.* somnium est quod quereris. *M.* esto. quidquid ad miserrimos pertinet, eo crudelius eripitur quo minus est. *P.* non est tantum, ut hic tractandum sit. *M.* si aequae doleres quantum esset, sentire. *P.*  
 20 vis audire quod sentire non potes? nihil de filio, nisi diem perdideram. venientem non lugebam. *P.* contra naturam agis. defunctum redire cupis. *M.* quid? cuius ars contra naturam constat, an matris, an magi? *P.* ut me solvam, aut nihil est animi nobis a morte relictum, aut  
 25 mors ipsa nihil. *M.* quid? philosophia evacuata est? num anima immortalis est? non potest cum corpore interire, a qua corpus fabricatum est. *P.* esto. immortalis est. includi ergo non potest. *M.* cur igitur magus accitus est? *P.* quo vinculo inclusus est? ubi catena? ubi moles? *M.*  
 30 quo magis evocandus erat carmine, quo solo teneri potest quicquid per se intelligens est. scis, quid fecisti, omnium

4 qui: quae **VB** 7 noverat **BV** 8 salve **P** 9 et **RVB**  
 10 refulget **R**; lucet **BV** 14 exicium **PVB**; equidem **R**:  
 elicum **Bu.**; exiguum **H.**; corr. *Klotz* 22 quid *om.* **P** 23 consti-  
 titit **VB** an matris *om.* **P** 25 *inde* a quid *omnia om.* **P**  
 26 potest esse corporea quia **R** 31 quicquam per se intelli-  
 gens **R**

saevissime? omnium parricidiorum maximum. illum abstulisti qui mori non poterat. mihi nulla spes nisi apud magum relicta est. solus animam evocare poterit qui includere potuit. *Magus*. laboriose inclusus est. *M.* venire nitebatur, tanto facilius evocabitur. dimitte. sevocatus est. exsecrabilis eris, si libentius ad ligandum muneraris. 5

### XI. DIVES ACCVSATVS PRODITIONIS.

Proditor moriatur. calumniator non minus, nisi convicerit. pauper et dives inimici. utrique terni liberi. bellum incidit civitati. dives dux factus est, in castra profectus est. rumor ortus est, ab eo prodi rem publicam. processit pauper in contionem. accusavit divitem proditionis. absente eo a populo liberi lapidati sunt. dives a bello victor reversus filios pauperis ad supplicium petit. offert se pauper. dives contradicit. 15

*Dives*. nunquam id expectaveram, iudices, ut de inimici supplicio quaereretur, nec posse de ultione dubitari quam mihi tam liberi doloris civitas debet. proditionis me inimicus notavit. *Pauper*. rumor fuit. *D.* atqui tu rumoris caput. *P.* mihi tam facile non crederetur. *D.* 20 nihil est tam capax calamitatum quam bellum. *P.* numquid non mihi inter alios loqui, flere licuit? numquid, quia rebus careo, verbis carere debeo? *D.* rumorem creasti, adultum in concionem detulisti, calumniatus es. *P.* esto. adhuc accuso. intenderas quid, sed liberorum morte perterritus tuam vitasti. *D.* si id intendissem, liberos non reliquissem. *P.* talionem subibo. mortem non vitabo. *D.* 25

1 parricidiorum **VB** 5 satis evocatus **R**

7 Prodicionis suspicio <sup>a</sup>IX lex **P** 8 proditor — convicerit om. **VB** 9 terni tantum **VB** 10 est om. **RVB** 18 post debet add. **R**: Pauper. sed nec ego p. c. a senatu tam consultissimo exspecto, ut quod a tota civitate perpetratum est in singulare et imbecillimum caput retorqueatur. dives 22 flere: silere **R** 23 quid: quidem **VB** 25 perterritus es **VB**

non erit eadem lex errori et arti. *P.* nihil aliud nisi mortem tuam articulavi. *D.* vultis scire, iudices: accusavit me eo tempore quo non poteram damnatus occidi. *P.* legem suam civitas ob divitis impatientiam excedet?  
 5 *D.* explicata est legis invidia, cum quis patitur quod et fecit. *P.* cui unquam patri prohibitum est pro liberis mori? *D.* at tu mihi idem prohibuisti. *P.* nullus dolor morte maior est. hanc offero. *D.* parum dolet qui quod patitur, ignoscit. innocentia opus est, ut miserum dolor  
 10 faciat. *P.* si leges contemnendae sunt, eam simul auferatis quae male meritis poenam parat. *D.* proh pudor! is legem nominat qui immanitate sceleris legem damnavit. *P.* sin autem servandae, ea servetur, ut nocens puniatur. *D.* nulla poena est nisi invito. infinitam datis sceleribus  
 15 audaciam, si nocenti poenae praestatis arbitrium. *P.* nihil inimico acerbius velis quam quod ipse ferre non possis. *D.* atqui ego, saevissime, mortem opto. liberis carere non possum. *P.* egone tuos abstuli? *D.* audi, civitas, in te crimen transfert. scis quid egit? liberos ad mortem, civi-  
 20 tatem ad perfidiam, me ad proditionem coëgit. nunc respondeo. nullum facinus publicum esse potest. omne commune persuadentis est. *P.* numquid peribunt innocentes? *D.* quid haeretis, iudices? numquid meos lex repperit nocentes? *P.* miseremini, iudices, quicumque liberos habetis,  
 25 miseremini liberorum meorum. *D.* facinus est, iudices, praeteritarum mortium minorem esse miserationem. *P.* non video quomodo obsit filiis odium patris. *D.* multo minus video quid obsit meis amor patris. adeste, iudices, audita nece liberorum quid feci? merito rempublicam prodidi.  
 30 factum esto. iam diu civitas defuncta est. adhuc auctoris domus plena est. *P.* respicio. inimicum obtuleram. mali

1 aliud: aliter *P* nisi: quam *VB* 4 excedat *R* 8 maius *VB* qui quod: quisque *VB* 9 ut: ne *P* 12 si nam *R*; sit autem *VB* 15 præb *V*; parabis *B* 20 ante nunc *add.* pauper *R* 22 prohibent *R* 23 horretis *R* innocentes *R* 25 liberorum *om.* *RVB* 28 quod *PV* audite necem *R*

caput dabam. tu rectius tenes. illos habe. *D.* fateor, *P. S.*, quid agam? si illos hausero, hic de paritate gaudebit, si istum, illi de orbitate mea tumescent. *P.* intelligitis, iudices, divitis insolentiam. nec rationi nec voluntati cedit. ab utroque iuste decidit qui neutrum colligit. *D.* immo, nequissime, utrumque ratione obtineo. constet licet utrimque numerus, quid est forma, genus, probitas, super omnia bonus pater? pro his omnibus cadet et pater. non potest illis solis et liberi et pater et civitas satiari. *P.* in unam noxam duae vindictae non conveniunt. *D.* pro 10 liberis liberi, pro patre pater talionem subeat. *P.* sit sane. ergo illos ad mortem paro. *D.* absit. non osculaberis nec salutabis, quia nec mihi id licuit. *P.* non pugno. veniant, et simul moriemur. *D.* minime. numquid mei uno perierunt ictu? nihil est crudelius morte populari. *P.* 15 non fugio. et ego et illi populum feramus. potes amplius? *D.* sed nec sic, quoniam miseriae mors finis. iam deficio, *P. S.*, nec utro nec utroque satior. occisis liberis nil dolebit, nisi vixerit, minus etiam me, si vixerit. relinquo vobis iniuriam cuius vindicta nec praeteriri debet, nec in- 20 veniri potest.

## XII. CADAVERIBVS PASTI.

*Argumentum v. p. 217, 6.*

*Civis.* quamvis, iudices, innumerabiles indignationis causae me strangulent, quia nec dicere simul omnia possum 25 nec greges dolorum prorumpentium in singulis differre, ille tamen praeoccupat qui de vindictae dilatione oritur. *Legatus.* id primum, *P. C.*, obtestor, ne non iure in iram

3 tumescunt *RVB*      5 iniuste *R*      7 est *om.* *RVB*  
 8 patri *P*      9 solis *om.* *VB*      12 non: nec *RVB*      15 ictum *V*  
 16 et ego: ego *P*      17 finis est *VB*

22 Cadaveris pasti <sup>a</sup> X lex *P*      24 Civis: aliquis *RBV*  
 25 starngularent *P*      26 deferre *R*      27 me praeoccupat  
*RVB* oriatur *VB*      28 ante id *add. R*: licet, p. c., non diffi-  
 dam innocentiam ratione absolvere, tamen id postulatum habeo,

promoveamini. *C.* proh dolor! non nisi iure irascemur qui  
 contra ius viximus? *L.* quisquam sine ratione damnabitur?  
*C.* rationem quaerit qui omnes nos irracionales fecit? red-  
 damne quod mihi abstulisti? *L.* quod libens legationem  
 5 subii, puniar? *C.* atqui multi se offerebant, solus te cito  
 reversurum promittebas. *L.* legatum me fecistis. redeo.  
*C.* o nimis invidiam legationem, si te a fame dimisit, ut  
 per te fame periret. *L.* pro frumento illud habeo. *C.* at  
 ego populum non habeo. *L.* magis nocens ero eo quod  
 10 attuli? *C.* certe magis eo quod magis poenitentes fecisti.  
 potui heri non comedisse. *L.* num quisquam irascitur  
 quod duplum recipit? *C.* maluissem dimidium recepisse.  
 callidus negotiator perire rempublicam locupletem mavult.  
 cur autem non quadruplo? *L.* non potui. *C.* si ad nos  
 15 ammovisses, quincuplo vendidisses. non tam care empta  
 quam exspectata est. atqui nos antecessus dederamus. *L.*  
 ergo ego male gessi legationem et fateor. *C.* caute lae-  
 sionem reipublicae in legem male gestae legationis de-  
 flectis. numquid, si legatus fuisti, ideo rei quam tractas,  
 20 materia perit? laesionem reipublicae cognosce. *L.* si-  
 quidem ex me est. sed nunquam mea culpa fames coepit.  
*C.* sed titubantem stravisti, vulneratum iugulasti. *L.* fames  
 fortunae imputanda est. *C.* recte prima illi, ultima tibi.  
*L.* ivi, redii: citius non potui. *C.* bis emisti, semel duplo  
 25 vendidisti, non fiunt haec cito. *L.* tempestate ductus sum.  
*C.* o tempestatem tibi subditam! onustum ad famem tulit,  
 exoneratum ad abundantiam. cur autem eadem ad nos  
 aliqua non appulit? *L.* a ventis quaere. *C.* recte. quid  
 in nave fregistis, in fune rupistis, in velo scidistis, in  
 30 tritico excussistis venti? *L.* certe. sed restituta sunt.

ne incommoda examinatio iudicium sinceritatem alliciat. pactum non casum spectate. itaque id: iam **VB**

1 pro pudore **R**      3 irrationabiles **RVB**      7 omnis **VB**  
 10 poenitens **VB**      11 num: non **RVB**      13 calcidus **V**  
 15 admonuisses **VB**      16 desiderabamus **VB**      18 lege **VB**  
 24 ivi: lui **RVB**      28 aliquando **R**      29 in velo scidistis  
 om. **P**      cidistis **VB**      30 excustis **P**

*C.* esto. sed deos testor, cur non divertis? nunquam difficilius dimittitur triticum quam apud famem. *L.* tempestas in unum agebat angulum. *C.* tu cum tempestate in proximum locum naufragare. *L.* rupes undique naufragium solum vetabant. *C.* sane portum intra, sed repugna. *L.* pacem promittebant. *C.* cur saltem non impertisti? *L.* volebant totum emere. nolebant gratis partem recipere. famelicis aes nihil est. *C.* tu vero nostrum qui ausus es vendere? *L.* fame laborabant. timui, ne raperent. *C.* nequaquam. qui enim quanti vult, vendit, potest non vendere. qui duplo emit, non festinat rapere. *L.* ego certe diu nolui. *C.* et nos illo diu perivimus, et tandem voluisti. *L.* iam rapere susurrabant. *C.* tu patere. aut illi aliquid nobis relinquerent, aut tu nobis iniurias retulisses; citius ad illud venissemus, quam tu cum illo rediisti. *L.* non aequa erat vobis cum illis pugna. *C.* at saltem erat bene mori. *L.* non succurret, *P. C.*, quod ad diem veni? *C.* hac igitur ratione moratus es: nondum erat tempus. sed reddo: nonne, si ultra tempus stetisses, ira maris tibi profuisset? cur nobis infra tempus obsequium eius prodesse non potuit? *L.* hunc mihi diem dedistis. *C.* certe in haec verba: fame laboramus, salutem publicam vehis. omnium tecum navigant animae. festina. nisi ad illum diem veneris, nihil agis. tu exspectas. nos perimus. *L.* ignorabam cladem. *C.* non potes, cum fame gravatam civitatem praenuntiaveris. tu illam pascis, nos nostris vescimur. non habitant una pudor et fames. feras feritate excedimus. unicuique sua imago sancta est. primo nihil derogant, nisi totam [in] sepulturam, deinde beneficium est exspectare, dum moritur. adhuc negas rempublicam esse laesam. recte. non est laesa, quia plus quam laesa est. non est respublica, quia non iam res est. *L.* adhuc

3 potestate **VB** 4 rarpes **RVB** 5 solitum **R** 17 ad diem: addicit **P**; addicō **V**; om. **B** 18 nondum: fidum **VB**  
 23 tecum: rerum **RVB** navigas diem **R** illum om. **RVB**  
 25 potest **VB** 26 an praenavigaveris? 27 habitabant **P**  
 ferocitate **VB**



non pauci restant. *C.* considera, quales. aut exsanguis aut satur est. omnes gratias aut nobis imprecantur aut non credunt. ultima erat defensio quam hic aufert. videbamus eius opera impulsi. si hic innocens est, nostra culpa est. *L.* fateor, mori merui. occidite. *C.* at hoc mihi optavi. *L.* laniate. *C.* at hoc meis feci. *L.* maius reperi aut absolve. *C.* quid agam, iudices, nescio. nec vivere debet nec ad mortem satis bonus est.

## XIII. APES PAUPERIS.

10 Damni iniuria dati sit actio. pauper et dives vicini erant. diviti in horto flores, pauperi apes. questus est dives pauperi flores decerpi. denuntiat, ut apes transferat. illo non transferente, flores suos veneno spargit. apes pereunt. accusatur dives damni iniuria illati.

15 *Pauper.* id primum, iudices, deprecor, ne taediosum vobis videatur quod divitem pauper ago. non enim vivendi causam video, si, cum habemus aliquid, migrandum est, cum perdidimus, tacendum. apes mihi dives abstulit. *Dives.* quod a me exigis, fame perire potuit. *P.* atqui adhuc  
20 alvearia referta sunt. *D.* hieme afflictæ fuerunt. *P.* illam iam transierant. vere interfectæ sunt. *D.* a morbo repentino invasæ sunt. *P.* nempe; cum enim sanæ exissent, in horto tuo mors eis parata est. tu flores tinxeras. *D.* nonne licuit mihi flores meos ad libitum tractare? *P.*  
25 sane, siquidem libitum sine iniuria sit. damni autem

2 gratias aut: ergo a **VB** 3 videbamus **RVB** 6 meis: mors **V**; mortibus **Bu**.

9 apes pauperis <sup>a</sup> **XI** lex **P** 10 damni — actio *om.* **VB**  
16 ago reum *dubitanter* **H** (*Bu.*) ego enim **VB**; *utrumque om.* **R** 17 sicut **VB** moriendum **P** 19 *ante* quod *add.* **R**: hac ratione a vobis obtinere habeo, p. c., ne miseria accusatoris animos iudicum flectere habeat, nec fortunarum fiat excusatio. rem non hominem spectare optet

iniuriosi sit actio. *D.* atqui hoc damnum dignitate iudicum minus est. *P.* omne ablatum magnum est quo relictum minus est. *D.* vindicare flores meos non licuit? *P.* quis neget apes vindicandas lege, si flores veneno? *D.* damnum tuum opponis. meum audire non vis. flores corruptumpebant. *P.* quasi tu illos ad vetustatem servares. non potest esse flos et non novus. *D.* servare non possum, corrumpi nolo. *P.* qua corruptela impatiens? numquid ideo citius arescit, citius decidit? nonne ego tibi favorum primitias offerebam? *D.* immo tu quod abstuleras, red-  
 10 debas, ego quod amiseram, recipiebam. nolo amplius, ut recipiam, amittere; malo vindicare. *P.* adeone abrupte? nonne prius demonstrari, calumniari debuit? *D.* ut transferres, denuntiavi. *P.* non ego, *P. C.*, ad divitem, sed dives ad apes meas accessit. quo tamen transferrem? tu totam  
 15 occupasti viciniam. nullum inveni agellum, in quo mihi dives vicinus non esset. nec tamen diu quaerere licuit. sequenti die damnum intulit. *D.* cur non oves, cur non pecudes ceteraque innocua nutriebas? *P.* vix mihi tenuem ascendendi semitam reliquisti. arduum est gressibile. quae-  
 20 sivi volatile. *D.* ergo liberum sicque non tuum. *P.* sane dum volant. atqui dum concludi, donari, vendi possunt. *D.* verumtamen extra imperium tuum, nec enim regere nec cohibere potes. *P.* miraris quod sermones non intellegunt. irrationales sunt. erunt peiores quod sine imperio  
 25 omnia faciunt? *D.* quod universi pascunt, commune non erit? *P.* quomodo quod nascitur, meum erit, quod generat, alienum? *D.* nihil amisisti quod haberes. nullum damnum passus es. *P.* itane non habui? noli impedire: videbis, ad quem venient. licebit occidere quod non licet surripere?  
 30 itane non est damnum, perdere quod, ut habeas, oportet

1 iudicium **VB**      5 apponis **VB**      8 corruptione **VB**  
 impatientis est **R**    10 afferebam **VB**    12 adeo non **V**; adeo  
 cur *Dess.*      13 demonstrare **VB**    demonstrari quam calum-  
 niari **R**      20 atttum **P**; accitum **R**; arduum **V**    21 viola-  
 bile **BV**      27 quod alterum *om.* **P**    28 habes **VB**

emere, quod lucrum est, habere? *D.* ut damnum sit, iure in privato meo feci. *P.* divitem, P. C., ubi scelus facere non liceat. iam non de facto sed de loco quaeritur. ubi autem non divitum privatum est? aut nusquam contra ius  
5 licet aut in privato omnia. furta igitur et homicidia. *D.* haec longe illis non conveniunt. *P.* atqui ista non iure sed genere differunt. *D.* quid a me? ultro ad mortem venerunt. *P.* nonne venena sparsisti, flores exposuisti? si venenum homini dedisses, diceres eum labiis admovisse  
15 pocula. in saltu hominem iaculatus es. \*\*\*\* *D.* cedo. interfeci. reddam, si prius quod raptum est, reddideris. nolo eas a meo quidquam sumere. *P.* non in omnibus sumunt sed in omnibus quaerunt. *D.* si semper fallerentur, non semper redirent. *P.* discerne ubi desit, et restituam.  
20 tuam. *D.* quod videre nequeo, intelligere queo. vacua venit, onusta abiit. aut rapinam cohibe, aut raptum redde. *P.* recte. reddam. tu quantum rapuerint, discerne. *D.* quanto difficilius diffiniri, tanto impossibilius reddi. tamen redde. *P.* habetne aliqua lex, P. C., ut reddatur quod non  
25 novit, quid vel quantum vel quod nomen habeat? *D.* habetne aliquod ius, P. C., ut quod proprium est, quod servare et servire potest, quod ab invito rapitur, non reddatur? *P.* totum mundum in controversiam vocatis, o iudices, si apium labores inter iniurias reputatis. *D.* omnes  
30 leges in labem truditis, iudices, si res proprias dominicae subtrahitis, alienae voluntati subditis. *P.* quid haeretis, iudices? aut iudicate, aut querenti reddite.

2 divitem: diiudicate **R**; dividite **VB**      4 divitem **VB**  
5 in *om.* **P**      7 quid ad me *om.* **P**      9 dedisti **P**, *an recte?*  
dices **VB**      16 a rapina **RVB**      21 p. e. **P**; *om.* **RVB**      22 ser-  
vari **RV**      27 conquerenti **RVB**

## XIV/XV. ODII POTIO.

Meretrix amatori dedit odii potionem. accusat eam pauper veneficii.

*Pauper.* id primum, P. C., considerate. meretricem accuso. sceleris fidem personae conditio implet. *Meretrix.* rei male confidit qui ex vocabulo invidiam quaerit. sed quid agam, iudices? si nomen moribus absolvero, timeo, ne amare rursus pauper incipiat. vos, vos perpendite quae de me matrona, quis pater conquestus sit. *P.* primum amare coepit, in amorem coëgit. *M.* non amavi, sed passa sum. non coegi, sed incidisti. *P.* cum meretricis sit quod amatur, cuius esse putatis quod pauper amavi? *M.* qua spe tandem? quae praeda de paupere? *P.* deinde odio habuit. *M.* quod odium meretricis in amatorem? quam impatiens est, P. C., utrumque accusat, et quod amarit et quod desierit. *P.* Odii potionem dedit. *M.* pro te stat, ut amare desieris. *P.* contra me stat, ut invitus oderim. *M.* tunc tota civitate meretricis eras amicus. *P.* quid interest? nunc tota civitate meretricis sum inimicus. *M.* bene merui quod a miseria explicitus es. *P.* non habet gratiam quod praevaricatione actum est. *M.* tui caritate effectum est. non potest meretrix magis amare aliquem quam quem amare non vult. *P.* nemo odium dat nisi illi quem oderit. *M.* odium nominat. atqui amat profecto qui queritur quod non ametur. *P.* non queror quod amare desii, sed illicitum hausi. *M.* atqui non erat odii potio, sed insani amoris remedium. non habuit quod perderet nisi mentem. *P.* immodice dicuntur sola quae non licent. ut in furorem amor convalescat, difficultate fit. *M.* quae difficultas maior? turbam divitum exspectas; nec depre-

---

1 odii Potio XII lex **P**      6 votibulo **VB**      12 amator  
odi **RVB**    18 civitate *om.* **VB**    22 affectum **VB**    25 amari  
**P**    27 insani amoris: insaniae **RVB**    28 liguntur **PR**  
solae **ω**; *correx*    29 fit *om.* **P**

hendere nec deprehendi audes et, cum admitteris, supplicare, non percipere potes. fidem vestram, iudices, pauperes impatientius amant. *P.* si succurrere voluisti, cur non indulxisti, fovisti? *M.* coepi, sed facultas ardorem augebat. *P.* cur non exclusisti? *M.* et hoc quidem, sed vigiliis, precibus, lacrimis praevaluisti. *P.* exspectares, donec fame et inopia castigarer. *M.* at inter haec coepisti. *P.* saltem propinqui et amici correxissent. *M.* si aliqui essent, illi te ante potionem nostram vinclis tenuissent. indignaris quod te malui remedio quam dolore sanari? et leviter et necessario explicitus es. *P.* scitis quomodo, iudices, nunc, nunc me sanandum fateor. habet aliquod solatium quisquis in amore miser est. *M.* si odis, cur amare intendis? si amas, cur accusas? *P.* mallet neutrum agere, utrumque posse. ego odium accepi, arbitrium perdidici. non possum amare coniugem, non liberos. *M.* non amorem, sed quod amasti, non voluptatem, sed tormenta perdidisti. si nescis, illud odium in meretrice facinus est quo utitur in sui caritatem. contra me dedi, pro illis igitur steti. *P.* cur non statim amaturo dedisti? *M.* quia non statim amans insanisti. *P.* o quantum facinus, iudices, amorem mundo potione tollit. *M.* o quanta securitas, *P. C.*, incesti errorem destruit, illicitum furorem arguit. *P.* atqui veneficam hoc modo esse constat. *M.* qua constantia? illa horridos aspectus, haec blandos; illa faciem inhumanam, haec placidam. omnis huius intentio est, ut aspectu sollicitet, sermone detineat. *P.* quid ad me? ego venenum bibi. *M.* veneficium, *P. C.*, vel morte deprehenditur, ut violentia cruore. *P.* mallet cito occidisse. ita malum ordinasti, ut diu paterer. *M.* vel membrorum nota, ut invasio ictu. *P.* maluissem membra notasset, non animum. *M.* meliori parti remedium tuli. *P.* tulisses igitur scienti. prima pars sanitatis est, libenter accipere. non desino, sed esse aliud

2 veram **VB**    4 non *om.* **VB**    9 te *om.* **P**    18 meretricem **VB**    26 aspectum **RVB**    28 *P. C. om.* **VB**    32 parte **VB**    pars *om.* **VB**    33 desidero **R**; desidio **VB**

incipio. non emendor. sed transferor. *M.* non sumpsisses. non potui aliter non amanda separare. *P.* atqui coniunxisti. quid interest quomodo non liceat oblivisci? *M.* qui perosam non obliviscitur, in amore quae et quanta pateatur! dolor hic saepe egit in laqueos. remedium morti tuli. *P.* non habeo gratiam. *M.* non exspecto immodici ardoris fidem esse statim sanitatem. qui tam ingratus est, non potuit nisi magno sanari. *P.* nimis magna sunt. non possunt totum animum ad unum constringere sensum nisi omnium membrorum corruptione. ubique anima est. *M.* timeo, ne levia sint, tunc intelligemus te amare desisse, cum desieris odisse. *P.* quis magis odit quam qui beneficii poenam exigit? *M.* quid ais demens? intellegite, iudices, si mortem meam ferre poterit, ob beneficium supplicium fero, si minus, ob calumniam immeritam. *P.* fateor, iudices: nec viventi gratus sum nec morientem ferre possum.

## XVI. AMICI VADES.

*Argumentum v. p. 290, 11.*

*Filius.* cum invidiam, *P. C.*, patiar hominis qui sibi non reliquerit, ut amaret et matrem, id tantum a vobis postulare volo, ne apud vos praesens miseria quam absens plus possit. utramque praesentem aestimate. *Mater.* cum multas calamitates, iudices, timere caecitas edocta sit, id nunquam expectaveram, ne filius solutus matri succurrere nollet. *F.* qui solutus? minime. amicum enim alligavi. tyranno dii hominesque invideant! scit ligare amicos, scit tenere dimissos. *M.* ad tyrannum ibis, insane, qui te exosum habet, qui venientem interficiet? *F.* non odit tyrannus

2 a non amanda **VB**; a te amanda separari **R** 7 ardorem **VB** 8 esset **PVB** 9 totam animam **RVB** 11 timeo: immo **B** tunc: non **B** dedisse **VB** 13 erigit **VB** ait **RVB**

18 amici vades <sup>a</sup>XIII lex **P** 22 postulari **V** 25 expectaveram **P man. 1**: desperaveram **P man. 2** **RVB**

hominem cuius non interest, an alium interficiat. et tamen actum est de rebus humanis, si sola servetur utilitatum fides. probata est amicitiae constantia, si me reversum occiderit. *M.* itane intra nos duos ille eligendus est? *F.* electionem vocare facinus est, ubi duobus succurri non potest. *M.* attende, stolide, quid interest. inde alligatus, hinc mater exspectat. *F.* qui alligatus? immo totum mortalium genus. *M.* ne properes. eo affectu illum mitius tractabit pirata quo libentius retentus est. *F.* immo gravioribus vinculis opus esse ad bonum amicum dixit. quid non actum est, ut illum paeniteret? at ille clamabat: lacerate, urite, tamen revertetur. *M.* matris calamitatem, saevissime, negligis? *F.* minime. quid enim non darem pro luce matris qui, ut eam viderem, amicum dedi? *M.* cur illum adis, nisi si magis diligis? *F.* ea est ratio, ne, ubi non prosum, ibi me detineatis. *M.* quid periculi est, si, ubi ambo tenebantur, unus evadat? *F.* audi. ego hunc videor excogitasse colorem, et quod detineor amicitiae, vocatur infirmitas. *M.* notum est quod reverti niteris. *F.* An reverti voluerim, nisi revertor, sciri non poterit. *M.* dii boni, quanta spe decidi! in reditu tuo aliquid gaudii speravi, non abiturum intellexi. *F.* ego vero altius praecipitor. in reditu meo a matre aliquid famosum exspectabam, me remissuram credebam. *M.* non intelligis, crudelissime, pro te oculos amisi! *F.* at amicus et corpus et animam; mihi arbitrium, tibi filium praestitit. tu tuos amisisti, ne posses prodesse, ille suos servavit, ut posset redimere. vis scire quid patitur amicus. excaecavit te quod ego sic tenebar. *M.* quid? nonne in filiis naturae ius, caritatis servitutem habemus? *F.* ego certe nullos puto nasci affectus. quidquid propinquos invicem ligat, amicitia est quae omnibus, me iudice, rebus praefenda et tenenda est. *M.* si omnibus et in omnes, tunc

1 interficiet **VB**      3 reversurum **RVB**      8 affectum **B**  
 minus **R**      12 urite *om.* **VB**      17 teneantur **VB**      19 quod:  
 quam **VB**      22 vero: certe **RVB**      29 filius **V**      30 ius: vis  
**VB**      32 in omnibus **R**

liberis et praecipue in parentes. *F.* admirabilior est caritas, in quam propriis coimus viribus. quanto minus in causa, tanto magis in affectu est. minus ei debetur qui amat, quia necesse est. *M.* amicitia vestra satis haecenus probata est. *F.* cetera laudavit prosperitas, nunc nos ipsa amicitia temptat. si vitae omnia iucunda praestas, amicus otiosa res est. *M.* quandoquidem his non ago, ego te lege detineo. *F.* pessima, P. C., matris causa est, in qua lex plurimum potest. *M.* liberi parentes in calamitate non deserant. *F.* facinus est hoc homini reverso dici. *M.* immo matrem relinquere facinus. *F.* recte, pro symbolis, pro scortis, pro lucris. ut facinus sit relicta mater, causa facit relinquendi. tu igitur vale. ego non relinquo, sed remittor. *M.* quid? miser! nullamne timebis legem, ne relinquar? *F.* nullam timuit amicus, ne relinqueretur. *M.* quid, perditissime, si in itinere perieris? *F.* mater ad diem eam. hoc illi debes qui me tibi remisit. vale.

## XVII. VENENVM EFFVSVM.

Filium abdicare voluit pater. victus invenit in secreta domus parte venenum terentem. quaesivit quid esset, cui parasset. ille respondit: venenum, et se velle mori. iussit pater bibere. ille effudit. accusatur a patre parricidii.

*Pater.* infinito mihi, iudices, dolore agendum est qui et filium habere dicor et invenire non possum; dum con- queror quod cum protervo vivo, invenio, ut veneno moriar. in parricidium a contumacia incidit filius. *Filius.* lassatus per diversos miserae mentis aestus. quo enim,

3 maius *P*      11 facinus est *RVB*      13 causam *VB*  
 relinquendae *VB*      17 eat *VB*      vale *om.* *RVB*

18 venenum in secreto <sup>a</sup>XIV lex *P*      23 parricidiis *VB*  
 24 me *VB*      25 torqueor *VB*



P. C., innocentia impellor, in desperatione abducor, ut iam nec vivere nec mori deceat. quo deflebo gemitu? sed patri respondere cogor. qua tandem inventione, pater? P. in secreto inventus es. facinora publicos semper ode-  
 5 runt occursum. F. quod mihi alius non vacabat locus, tuae irae, tua fecerunt odia. nec extrinsecus me ferebat populus nec intrinsecus familia. sed, per deos immortales, parricidii cur accusas? P. quia ita videtur. F. non potest, P. C., videri aliquid suspicatus de parricidio. quid tererem,  
 10 cui pararem, nesciebat qui interrogavit. cur accusas? P. venenum fuisse negare non potuisti. F. immo nolui. non habet mors spontanea quod fingat, non habet sana conscientia quod contegat. cur accusas? P. parricidii argumentum est venenum habuisse, cum solum patrem oderis.  
 15 F. ut aliquid pro facinore sit, non instrumentum sed usus probat. quid? si latronem gladio tantum, peregrinantes telis arguam? etiam non patrem, sed me ipsum odi. cur accusas? P. oculorum constantia, vultus, rigor rei testimonium perhibent. F. immo voluntati. indicia sunt haec  
 20 animi, non corporis; adde, si vis: nec manibus trepidavi nec lingua erravi. integritatis sunt haec omnia. cur accusas? iam tacet; at ego dicam: nemo volet tanquam innocentem filium videri occidere; scit facinus esse in imperio, si innocentia est quod recusavi; suae tantum crudel-  
 25 litatis est, ab invidia criminibus meis defendi. P. cur igitur trivisti? F. mori volui. P. si mori voluisti, cur non peractum est? F. filium mori volentem paene occidit quod intervenerat pater. P. si tibi parasti, cur non bibisti? F. ea mente desistere volui, cum praeciperes, qua  
 30 mori volui, cum abdicares. quisquis enim dicit: 'mori vel bibere volo', non dicit: 'moriturus vel bibiturus sum', re-

---

1 desperationem **VB** adducor **RVB** 5 quid **RVB**  
 12 quo **VB** 13 tegat **RVB** 14 cur **B** non solum **VB**  
 15 instrumentis **VB** 20 operis **RVB** 22 tace **RVB** 24 sive  
 tam **VB** 28 intervenerit **V**: -ire **B** 30 enim *scripsi*:  
 etiam **ω**

spondet de animo, non promittit de fato. tam consentaneum est, ut non moriatur qui velit, quam ut moriatur qui nolit. et ego quidem volui. quod autem non feci, iubentis est. nescis quantum mihi haesitationis paraveris, cum interrogas, dum respondere cogis. iuberi mihi videbar 5 tuum bibere venenum: nec vivere libuit nec mori. *P.* si iussio sola voluntati obstitit, cur aliter mori noluisti? *F.* ut accusationi respondeam. *P.* hic, hic, iudices, quaerendum est cur vivere absolutus noluit qui mori accusatus voluit. *F.* quid facerem, *P.* C.? nec exire a domo 10 licebat, ne viderer agnoscere et in futurum viderem iurgia tam longa quam vitam. omnis citra desperationem dolor mora languescit. *P.* iam omnia obiecta viceras. *F.* at patris odium nunquam vincere potui. nunc primum te mihi opposuisti eo quod victus oderis; patri qui abdicare non 15 potuit, minus est filius nocens quam absolutus. quaecunque nexus acceperere naturae, non laxantur diducta, sed pereunt. *P.* odium saltem pertulisses. *F.* quo modo? si hilaris sum, exaspero; si tristis, offendo; si alloquor, inquieto; si accedo, onero; si recedo, contemno. qui haec 20 ferre potest, meruit. odium patris is tantum filius ferre poterit qui et patrem oderit. non habet alium quam mortis exitum filius qui nec abdicari potest nec conciliari. *P.* si esset ita, cur hoc potius mortis genere? *F.* quia non placebat querulum, non tumultuosum, non quod 25 invidiam faceret, non etiam quod intercipi facile posset. *P.* cur non subito? quid moraris? quid exspectas? *F.* non dissimulo. sed hoc a conscientia habe. innocentia retractabat, diis se commendabat. *P.* cur non admovisti testem? *F.* tibi omnes favebant, me nemo audiret, nemo 30 comitaretur. illis ex odio filii patris accrescit favor. *P.* cur ostium non clausisti? *F.* quia alii non parabam. non

7	voluisti	<b>VB</b>	10	noluit	<b>VB</b>	12	vita	<b>VB</b>	13	mora
	<i>Dess.:</i> ira	$\omega$		abiecta	<b>VB</b>	15	pater	<b>P</b>		qui: quod
17	accipere	<b>VB</b>	20	honoro	<b>VB</b>	21	tamen	$\omega$ ; <i>correxi</i>		
26	quod	<i>om.</i> <b>VB</b>	28	habeo?			innocentiam	<b>VB</b>	29	non
	<i>om.</i> <b>VB</b>		32	ostium	<i>om.</i> <b>P</b>		quod	<b>P</b>		..

timet deprehendi quisquis venenum parat ipse poturus.  
 nescis, pater, nescis, — parricidii agis. exclamare hoc loco  
 possum: fieri non potest. patrem mihi abstulisti. non  
 5 habet pater unde parricidam credat filium, nisi quem  
 potuit occidere. nunc quaerendum est cur potuit fieri.  
*P.* eo quod volui abdicare. *F.* atqui posse desiisti. non  
 sequitur, pater, ut me tuis accuses criminibus. quas parricidii  
 praemisi notas? nullius sceleris praecessit malignitas.  
 aestimetur unde facinoris tam subitas induerim causas.  
 10 fidem non capit, ut tres absolutiones et innocentem et  
 parricidam efficiant. cur, inquam, potuit fieri? *P.* quod  
 de testamento aliquid sperabas. *F.* quid sperem, *P. C.*, de  
 parricidio meo totiens delatus, totiens paterna conquestione  
 perditus. defendi non poteram, si bibisses tu venenum.  
 15 finge tamen causam, finge utilitatem. nunc quaerendum  
 est quomodo fieri potuit. ministrum non habeo, conscium  
 non invenio. quomodo fieri potuit? *P.* sperabas ipse por-  
 rigere. *F.* o quam facilis mihi ad tuos convictus accessus?  
 quomodo, inquam, fieri potuit? *P.* quandoque pervenires.  
 20 *F.* esto. venenum certe putabis quicquid hae porrexerint  
 manus. quomodo fieri potuit? *P.* quandoque persuaderes.  
*F.* cedo. atqui omne virus aut subito corripit aut lenta  
 peste consumit. si primum dedero, statim deprehendor,  
 si secundum, me prae ceteris deferes. attendite, *P. C.*,  
 25 attendite, qui mori, nisi deprehendor, non possum, cui pa-  
 rare venenum possum? iam silet. iam non sufficit a me  
 depulsum esse scelus, nisi et tibi assignetur. tu ergo cur  
 non effudisti? *P.* quod te velle mori non credidi. *F.* non  
 credidisti et noluisti, aut non credidisti et voluisti. *P.* non  
 30 credidi et nolui. *F.* atqui non credentis et nolentis est  
 nec effundere nec offerre. non credentis et volentis est

---

7 tuis *om. P*      8 promisi *P*      10 capud *P*      11 affi-  
 ciant *VB*      15 causas *VB*      18 convictus *P*      20 hae:  
 caecae *P*      22 aut *prius om. VB*      corrumpit  $\omega$ ; *corr. Bu.*  
 23 peste: pra *VB*      25 nisi: non *VB*      deprehendar *P*      26 non  
 possum *RVB*      27 nisi: ubi *V*; vestri *B*      28 quia *VB*      31 ne  
 offerre *VB*      31 — p. 424 l. 1 non offerre *om. VB*

non effunderè, sed offerre. nunc tandem considerandum est quo affectu haurire praecepisti. *P.* ut verum elicerem. *F.* immo, ut mortem iniceres. qui parricidium vocat quod non bibi, permissurus fuit, si bibere voluissem. cur, inquam, praecepisti? *P.* quia nocentem credidi. *F.* esto. 5 atqui filius innocens amari debet, nocens servari. cur, inquam, praecepisti? *P.* ut temptarem, non, ut, si biberes, paterer. *F.* frustra est, si morior, quaerere utrum occidere volueris. nunquam movebit filius patrem quod moritur, qui non movit quod paratus est. cur praecepisti? iam 10 silet. iam satis, satis habeo. ego dicam certe, ut biberem. deceptus est pater. vis, ut bibam? prohibe, ne faciam. nemo potest uti suo veneno et alterius animo. quid faciam, oro, patres <conscripti>, omnium miserrimus? si vivere volo, proturbat, expellit, si mori, interpellat, exigit. 15 scio quid faciam. unum autem, pater, deprecor. quidquid egero, miserere, ne iubeas; miserere, ne cogas. venenum quidem te iubente bibere non potui. quandoque tamen occidet quod bibere iussisti.

## XVIII/XIX. INFAMIS IN MATREM.

20

*Argumentum v. p. 320, 3.*

*Mater.* etsi, iudices, callidissimus parricida sic facinus ordinaverit, ut matrem invisam fecerit, sive dissimularet sive quereretur, matri tamen, in cuius calamitatibus orbitas non summum obtinet locum, id insistendum est quid 25 tormentis inquisierit pater. *Pater.* deberetur quidem, P. C., tristissimae orbitatis misero pudori, ut iam iam taceremus omnes, et post tam prodigiosas rerum sermonumque novitates novissimum malorum esse debuit quod filium pater occidit; sed quoniam mulier immodici semper 30

12 es **VB** 14 oro patres: P. C. **RVB** 18 quidem: quod **RVB** quando **RVB**

20 infamis in matrem <sup>a</sup>XV lex **P** 25 nunc **P** 26 deberet **P**; debentur **VB**

affectus super omnia accusatione impetit, veni petiturus a vobis, ne me scientem silentium contentioni praestare credatis. *M.* at illud scienter egisti unde te malae tractationis arguo. *P.* quid? *M.* quid per tormenta inquiris? 5 quid morte comperis? *P.* non respondes, sed quaeris, non probas, sed ambigis. tu vero cur inquiris? cur in hoc loco quereris? au tumultum nescis? querelas habes, non gemitus, accusationem, non lacrimas, et matre seposita solam agis uxorem. an tumultum nescis? *M.* mihi certe 10 et vultus sumendus et ad hunc locum fugiendum, ut intelligatur mihi minime praestari quod maritus tacet, quod ora stringit. respondeat saltem accusatus, fateatur iratus cur peracto scelere modestiae fronte subsistit? nil agis, callidissime. incestum silentio patris non probatur, nisi 15 si taceat et mater. *P.* ego nihil accuso, nihil probo. sufficit, ut taceam. iam post exitum revertor in patrem. tu inquietas, tu insultaris occiso. tu rursus ad populum miserum rumorem vocas. tu tamen cur plus matre amasti? *M.* quia tu plus patre oderas, parum videbar mihi duo- 20 rum implere affectum. et ut omnia anxia mea in quaestiones ducam, tu primum explica, cur filium occidisti? deinde cetera subiungam. *P.* infamis erat. *M.* quid? si occisurus eras, cur nutrivisti? cur blanditiis fovisti? cur affectibus securitatem promisisti? an parricidio prodit- 25 tionem adhibuisti? *P.* fuimus quidem, fuimus felices parentes, dum rudis unici arrideret infantia, dum dici poterat nos filium habere nec addi formosum. ast ubi adolevit iuventus, omnium maledictis succlamatus, omnium denotatione damnatus est. inde rarus in publico, totus apud 30 matrem. *M.* videte, P. C., quid actum sit. nulla puellares annos, nulla rude coniugium respersit infamia. patri simillimum peperit, suo fovi amplexu, suis alui uberibus. ut

2 contentione parare **VB** 5 mortem **P** corporis **V**  
 (corr. man. 2) **B** 8 accusationes **VR** 10 et *prius om.* **RBV**  
 12 hora **BV** 17 otiosa **VB** 26 unici *om.* **RVB** 28 devo-  
 tione **P**

autem in filio mater possit concupiscere quod formosus est, oderit oportet quod filius est. ad hoc nefas non forma sed amentia opus est. aegrum pietate animum nec deformitas impedit, nec forma auget. est in filio nescio quid, quod forma formosius est. si tamen formam accusas, 5 ad naturam redeundum est, si odium filii, ad patris infestationem. inde rarus in publico, inde totus apud matrem. sed per deos immortales, ab incesto libidines coeperunt? quis unquam a summis incipit? infinitum est quod debeat ante fecisse filius. quid? quod hic contraria 10 miscerentur? et ad incestum opus est, ut adametur, et ad filium, ut non ametur. cur filium occidisti? *P.* quia rumor cum accusabat. *M.* ecce res cui contra naturam, contra parentes, contra liberos credi debeat. oro, *P. C.*, oro, cui facilius credendum est: de rumore mendacium, an 15 de matre incestum? *P.* omnium sermone damnatus erat. *M.* facillimum fuit, ut loqueretur populus, de quo mirabatur patrem suspicari. quis autem fabulae fuerit auctor, ille probat qui credidit. cur, inquam, filium occidisti? *P.* quia rumori credidi. *M.* quo argumento, perditte, credi 20 debeat? da matri et filio hanc conscientiam, ab utro[que] venient preces? audebit hoc rogare filius, aut sperabit se impetraturam mater? da rogatum, da concessum esse. coram patre abstinebunt omnis familiaritas sustringetur in publico. utrum velis, elige. incestum diligens suspes- 25 tum[que] non erit, negligens deprehendetur. *P.* non dixi: debui, sed credidi. *M.* sed nec credidisti. vis quid de rumore ipse senseris, breviter probem? da bonum patrem, dicturam me putet: non credet. non. immo, nesciet esse rumorem. prope est incesto timere, ne fiat. da malum, 30 tormentis quaerendum esse putasti. cur filium occidisti? *P.* non poteram tot delatoribus aliter respondere. breviter

---

2 ad hoc -- est *post* auget *exhibent* **RVB** 6 referendum  
**RVB** 7 inde *om.* **VB** 10 ante: autem **RVB** 11 est  
*om.* **P** 12 adametur **RVB** 13 contra *om.* **VB** 14 debeat:  
*finis codicis* **P**

respondi. *M.* o quam prava responsio! quid? si innocens  
 erat. *P.* quid? an innocens, si aliud omnibus liquet? *M.*  
 date, *P. C.*, date, verbis an rebus examinanda est veritas.  
 nunquam reum facient verba quem res ipsa absolvit. cur  
 5 filium occidisti? *P.* quia amabam, non osculis, non infir-  
 mitate, non lacrimis, sed viribus, dolore, patientia. eripui  
 malitiae, abstuli infamiae. nemo filium suum odio occidit.  
 maioris affectus est filium occidere quam vindicare. *M.*  
 quid? quod dicit mater: amavi, quod pater: occidi? mors  
 10 et amor non conveniunt. nefas est utrumque innocentiam  
 putare, nefas est utrumque filio debere. cur filium occi-  
 didisti? *P.* vis scire breviter? quia non poterat ei nisi  
 morte succurri. vis aliud? ne se ipsum occideret, si non  
 sufficit, quia in filium patri vitae necisque arbitrium com-  
 15 missum est. *M.* esto. sed per fidem paternitatis oro, cur  
 ipse occidisti? *P.* pars secreti fuit, ut ipse occiderem.  
*M.* dono. cur vero id, quod ipsa morte crudelius est, cur  
 torsisti? *P.* ut invenirem quid crederem. *M.* quid? vis  
 scire quid primum facias? sermones observa, secreta  
 20 custodi, dies noctesque scrutare. quid tibi cum supremis?  
 Excedit omnem stultitiam torquere, ut scias an torquendus  
 sit. incestum iam credas oportet, ut torqueas. *P.* non  
 erat maximum facinus a minimis inquirendum. inde in-  
 cipiendum unde valeat. *M.* omnium, *P. C.*, incertorum  
 25 suspiciones a corporibus pessime incipiunt; nec recte de  
 moribus illam partem interrogas quae non iudicio sed  
 dolori respondet. sed fidem hominum, cur torques? in-  
 cestum si non credis, torquere non debes, si credis, occi-  
 dere. *P.* rumori satisfacere volui. *M.* itane? atqui coram  
 30 omnibus torquendus est, de quo loquuntur omnes. secre-  
 tum quaestionis nec incesto debetur filio, nec innocenti.  
 praestare debes aut tibi, si confessus fuerit, aut filio, si

2 alii *R*      4 verba *om.* *VB*      quem *Bu.*: quae *ω*  
 5 quia: quod *V*      6 erubui *VB*      9 quidquid *ω*      dicit *ω*  
 matri *VB*      quid *ω*      10 utrumque — est *om.* *VB*      17 quod  
*Bu.*: quam *ω*      25 recte: certe *R*      30 hominibus *R*

pernegaverit. quid agunt, insane, contra rumorem tormenta secreta? coram omnibus torquere debet qui vel absolvere vel occidere intendit. *P.* non potuit absolvi, potuit occidi. *M.* utrumne absolvi posset? coram matre saltem agendum esset. qui torquetur in matrem, coram matre torquendus est. cur a causa sua infelix excluditur? adhibe speciosi cruciatibus amantem. si quod facinus admissum est, torquetur filius, sed fatebitur mater. sed tamen quid audisti? cur non in exclamationem prorumpis? *P.* omnis impatientia in parricidio peracta est, in orbitate contieuit. utrumque de filio fieri non potest, ut et occiderim et accusem. omnia pro filio dixerat qui dixit: occidi. *M.* miseremini, iudices, orbitatis meae, miseremini lacrimarum, non possum non flere, non gemere. hic autem tacet. *P.* cavete, *P. C.*, cavete, ne pietatis error vos involvat. me magis miseratio decet: filium et perdidit et occidi. infeliciores ex duobus est qui et patitur et fecit cur patiat. *M.* atqui tu scis quid egeris, quare effeceris, me vero ignorantia dolori mixta magis confundit. *P.* o ignorantiam in malis semper feliciorum quae habet quod interrogat! me maior impatientiae urit affectus. cur filium occiderim, indicare non possum, nec paenitet quod occidi. *M.* cur indicare non potes? cur taces? *P.* ut uxori forsitan parcam. *M.* non potes uxori videri parcere, de qua scire an incesta esset, voluisti. *P.* sic ut filio. *M.* nec filio parcat qui, tanquam sciret, occiderit. cur taces? *P.* dolori tacere liceat. *M.* quis, *P. C.*, non stupeat tam contrarios senis affectus? in rumore tam suspicax, in tormentis tam durus, in parricidio dolore tacere poterit? non habet alium exitum, quam ut respondere nolle videatur quisquis filium occidit et probare non potest quod occidi debuerit. *P.* habet certe. ardor enim ille qui me impegit in filium, ipsa sui immanitate consumptus est. nullus

---

1 negaverit *R*      2 secreti *R*      3 intendit — saltem *om.*  
*VB*    5 esse *VB*      7 speciosum *R*      18 patitur *R*      22 et  
 23 iudicare *VB*    27 dolore *ω*      quisquis *R*      29 dirus *R*  
 33 ipse *R*



mihi restat affectus, nisi ut omnia audiam, omnia feram. unde magis admiror quod mulier pudoris silentium ferre non potest novumque impatientiae genus quasi colligat. queritur de populo quod loquatur, de patre quod taceat.

5 *M.* nullane mater, *P. C.*, adeo infelix erit, ut pro filio suo unum saltem verbum non audiat? nullum maius facinus est quam in hac causa silentium. si ita silendum est, de maternitate actum est. cur taces? *P.* novum, iudices, crimen audite. silentium est quod accusat. crimen mulier vocat  
10 quod priscis primisque rectoribus prima fuit virtus. quisquis de tacente queritur, multo minus ferre poterit loquentem. *M.* quid saltem dixit filius? aliquid mihi locutus est. *P.* ipsius animus potest scire quid dixerit, qui putat me habere quid dicam. nescis improba. prius est quaerere  
15 an aliquid dixerit. quid ait? itane in morte filii tui nihil aliud ad te pertinet quam quid locutus sit? *M.* omnia certe, sed non omnia prosunt. istud quidem pro me staret. *P.* et istud pro me stabit, ut aliquid secreti habeam. si quis te interrogaret, haberes aliquid quod non publi-  
20 cares. nullum sine conscientia pectus, nullum sine causa tacendi genus perseveras? quanto melius ipsum adiisses, ipsum communiter mater rogasses. *M.* si affuissem, diceretur quod et ego interfecissem. quid dixit filius? *P.* pudet me quod sola id quaeris. omnibus aliis iam liquet.  
25 vis scire quid dixit? nihil dixit. *M.* cur nihil dixit? *P.* quia non habuit quod scire vellem, quod scire deberem. quaeris quare? torquebam nec interrogabam. *M.* non habes hoc dicere. superius torsisti, ut invenires quid crederes. dic quid invenisti? dic quid dixit? *P.* vis scire?  
30 dixit calamitates incredibiles suis causis relinquendas esse. *M.* minime. elige utrum mavis, aut tormenta, aut silen-

2 admiror *om. R*      3 quasi: quis  $\omega$       6 quod *VB*  
7 silendum: silentium *VB*      quod de *R*      14 quid: quia *V*  
16 quid: qui *R*      19 interroget *R*      20 causis *VB*      21 per-  
severat?      22 ad ipsum *R*      mater *om. R*      26 quod non  
habuit -- deberem *matri tribuunt*  $\omega$       31 maius *VB*

tium damnes. quod non debet indicari, non debet quaeri. quid dixit? *P.* quid? si nefas infandum deprehendi? *M.* si ita esset, non esses una morte contentus. modestiam mariti pariter et patris accipite. de muliere quae concyncei non potest, sufficit sibi, ut incesta credatur. sed quid dixit filius? *P.* ille mori voluit, ut taceret. ego non coactus loquar. nihil agis, mulier. interrogare me ducis ideo, quia scis me omnia pati malle quam loqui. adeone parum est quod filium occidi? ut vel sic taceam, libet mihi ipsi mori. *M.* in meam taces infamiam. *P.* itane nunc primum laboras misera de fama? vis tandem scire quid dixerit? dixit, ut non quaereres; dixit, ut tacerem. *M.* minime. sed quid vere dixit? *P.* si potes scire, mulier an mentiar, scis quid dixerit. possum fingere, non potes, si nescis, reprehendere. vis, dicam quid dixit? omnia dixit. plus quam interrogarem, dixit. patri maledixit, nil bene matri. vis scire quid dixit? noli hic quaerere quid dixit. eamus ad illud secretum, eamus ad tumultum: ibi quaere, ibi aut pariter tacebimus aut invicem confitebimur. possum iam mori. illud tamen supremum a te posco, civitas, a te imploro, uxor, ne tu amplius infamem voces, neve tu amplius quid dixerit, quaeras. *M.* et ego quidem non minus mori et possum et debeo. sed prius me apud vos, *P. C.*, quod tamen vixerim, excuso. rea sum, sed aliter, quia supremis eius non affui quem tantum amavi. vivere quidem eo moriente non debui, sed mori marito tacente non potui. videte, *P. C.*, omnium matrum miseriam: nec taciturnitatem eius ferre possum nec efficere, ut loquatur. me vero si quis interrogat, omnes matres liberos suos tanquam adamaverint. amant exsultare, cum venerint, suspirare, cum recesserint. numquam me ab hac

7 diceris *BV*    8 ideone *R*    9 ipse *BV*    13 potest *VB*  
 14 possum — dixit *l. 15 om. R*    15 quid dixit: rem *R*  
 17 hoc *R*    18 illum *R*    19 ibi *om. R*    24 tamen: tamdiu *Bu.*  
 29 interroget *VB*    31 convenerit *VB*    suspicere *R*; suspicere *VB*    recesserit *VB*

conscientia deflectam. malo simplicitatem quae non veretur infamiam, malo affectum nudum, pietatem inconsultam. nunquam fingi poterit incestum, nisi de matre optima. unum, P. C., dii deaeque innocentiae, veritati, maternae pietati relinquere solatium: torquentem vincit quisquis occiditur.

1 conscientiam **VB**      3 nisi: ubi **VB**      4 innocentiam  
**VB**      5 relinquere **R**      6 *post* occiditur *add.* **R atramento:**  
 Finiunt declamationes Quintiliani. Deo gratias. *minio:* finiunt  
 acumina Quintiliani.

# INDICES.

## I. AD DECLAMATIONES XIX.

- A, ab 14, 25<sup>1)</sup>. 113, 13. 141, 26.  
188, 21 214, 2. 227, 12. 235,  
24. 302, 12. 306, 22. 312, 15.  
314, 25. 324, 1.
- abdicare 17, 26. 18, 12. 56, 16.  
abdicare et recusare liceat  
167, 3. 301, 3. 303, 10. 304, 8.  
314, 4. 348, 19.
- abdicatio 32, 17. fulmen  
ultimum 176, 18 (*cf.* 168, 29).  
172, 18. filii emendatio 307,  
2. 307, 17. 307, 28. 312, 20.  
313, 19.
- abditī morbi 160, 25.
- abducere 124, 16. 140, 8.  
a gravitate iustitiae dolor ul-  
tionis abducit 213, 20. a  
luminibus suis animus abdu-  
citur 276, 3. 266, 25. 296, 3.  
301, 10. 315, 21. 341, 3.
- abdicere: qui causas volun-  
tariae mortis in senatu non  
reddiderit, insepultus abi-  
ciatur 67, 14. 75, 27. qui in  
calamitate parentes dese-  
ruerit, insepultus abiciatur  
111, 5. 119, 12. 121, 23. —  
96, 21. 275, 16. 306, 19. 309, 22.
- abiectus 76, 14. 208, 10.
- abigere 256, 27. 273, 13. 278,  
15. 346, 26.
- abire discedere 99, 14. 150, 20.  
273, 6. abite gratulationes  
75, 2. laudantes 71, 21. ge-  
mitus 216, 21. virtutes 106,  
12. abiens anima 142, 16.  
143, 5. abiere vires 248, 15.  
spes abierat 225, 1. in obi-  
tus abiit mens 304, 24. tot  
abiere noctes 10, 10. in di-  
versum abimus 119, 20.
- abiungere iuvenum mentes  
ab aliis meretricibus 269, 25.
- abiurare 56, 16.
- abnuere crimen 48, 6.
- abominanda lues 221, 2.  
225, 23.
- abripere 225, 23.
- abrogatio 55, 22.
- abrupere 244, 10. 316, 11.
- abruptus 27, 29. 72, 6. 92, 11.  
103, 14. 107, 11. 299, 11. 315,  
13. 329, 28. 330, 6.
- abscondere 160, 17. abscon-  
sus 314, 28.
- absens animus 193, 6.
- absolvere 228, 14. 307, 23.  
334, 26.
- abstinentissima iuventus  
94, 14.
- abstrahere 197, 4. 296, 4.
- absumere 71, 13.

1) Numeri paginas lineasque indicant.

- satis abundeque 16, 18. 103, 13. 177, 27.
- accedere 20, 5. ad testamentum patris 23, 20. ad apes fundus accessit 248, 11. — 8, 23. 101, 28. 178, 27. — 154, 6. 156, 5. 159, 2.
- accendere laminas 172, 14. 330, 4. impatientiam 74, 15. 273, 14. 322, 26. furorem 8, 22. dolorem 166, 2. materiam novi rumoris 340, 19. famam 325, 27. ardens nascentis horam sidus accendit 82, 20.
- accersere mortem 236, 4. hominem legibus 218, 3.
- accessio 180, 22. 185, 27.
- accessus 120, 23. 310, 7. 338, 27.
- accidentia (*pl.*) 77, 19. 89, 2. 90, 18. 94, 4. 96, 9. 102, 15, 110, 5. 312, 3.
- accingere 350, 9. 351, 4.
- accipere 34, 11. 310, 20. causas 96, 23. 153, 2. excusationem 97, 17. 158, 11. frontem confessionis 312, 13. invidiam 280, 7. manus et membra 298, 22. nuntium in oculos (*de caeca*) 297, 28. odium 282, 9. 282, 18. originem 324, 26. ortum ab *alquo* 327, 6. rationem necessitatis 122, 28.
- acclamare 222, 16.
- accommodare oculos *caeco* 38, 21. 40, 24. factis paria verba 227, 24.
- accrescere 75, 20. 327, 24.
- accusare malae tractationis 324, 16.
- accusator 47, 4. 48, 6. 142, 5. 219, 31. 229, 14. 303, 12.
- accusatoria fronte terribilem 279, 25. a. firmitate robustum 280, 19.
- acer 280, 20. 308, 5.
- acerbitas *mortis* 199, 7.
- acerbus 112, 2. 189, 9. 193, 9. 195, 21. 225, 18.
- Achilles* 187, 11.
- actio 113, 9. 217, 13. 255, 22. in extrema actione 57, 19. partis adversae 122, 13. damni per iniuriam dati 246, 3. rei publicae laesae 228, 16. talionis 137, 1. malae tractationis 189, 3. 320, 3. 336, 3.
- actus 152, 10. humani 27, 11. impediti rerum 125, 13. parricidii 10, 17. publici et privati 338, 12. serii 280, 18.
- ad: diligentior ad 22, 4. expositus ad 31, 3. pallidior ad metus, pronior ad vota 191, 16. respondere ad dilectum 55, 21. implicare ad 266, 21. ad interiorum dolorem superposita consentiunt 160, 19. componere ad 86, 4. adiutorium ad causam 174, 27. ad pedem venit bellum 46, 21. ad nos venti ferunt 234, 10. ad comparisonem *alicuius rei* 186, 10. ad similitudinem 37, 8. 71, 1. 93, 8. 103, 19. 226, 8. 241, 24. 240, 13. 279, 18.
- adamare 28, 24. 266, 27. 271, 16. 278, 10. 284, 12. 292, 2. 323, 10 *passim*.
- addere 73, 23. 260, 25.
- addicere 91, 15. 213, 13. 220, 26. 236, 18. addicta petulantiae 271, 20. addictus 55, 14. 55, 17.
- adducere 52, 9. 72, 22. 274, 24.
- adhaerere 286, 13.
- adhibere consilia 278, 23. oculos testes 315, 27. consocium 29, 9. amicos, pro-

- pinquos 156, 8. 331, 20. magnum 189, 4. praesentiam 350, 7. 332, 16. 348, 4.  
 adhuc 83, 28. 231, 10. 251, 25. 331, 19. adhoc 51, 2.  
 adigere = *cogere* 149, 8.  
 adire 85, 17. 277, 16. 346, 24.  
 aditus 250, 19. 322, 11. faciles 169, 2. molliores 170, 14.  
 adiutor 123, 21.  
 adintorium 123, 15. 129, 23. 174, 27.  
 adlambere 192, 15.  
 admetiri 223, 24. 240, 22.  
*Admeti uxor* 187, 14.  
 admiratio: silentium a. subita miserorum 31, 19. agenda reliqua pars causae admiratione 39, 14. 80, 14. *pl.* 296, 17.  
 admittere 27, 25. 160, 24. 162, 12. 163, 25. 164, 8. 224, 5. 277, 14. 281, 4. = *committere* 7, 15. 14, 15. 27, 19. 225, 6. 327, 17. 328, 21. 332, 18.  
 admonere 236, 15. 259, 7. 273, 16.  
 admovere 145, 21. 197, 22. 215, 3. 331, 5. eculos 351, 4. ignes 350, 13.  
 adorare 181, 6.  
 adulatio 95, 8. 176, 22. 208, 16.  
 adulter 327, 13.  
 adulterium 286, 17. 326, 7.  
 adumbrare 198, 24.  
 adurare 222, 3.  
 adversus *adi.* 3, 13. 50, 26. 101, 6. 122, 13. 135, 4.  
 advocare propinquos 32, 23. testamentum 4, 24. vires 350, 21. advocatus 42, 6. 309, 10.  
 in advocationem sacrae mortis adducere 72, 22.  
 advolvere 164, 20.  
 aegra pietas 327, 25.  
 vix aegre 165, 6.  
 aemulatio 169, 24.  
 aemulus 56, 7. 183, 20.  
*Aeneas cf.* 130, 25.  
 aequalis morbus 251, 7.  
 aequalitas 22, 14. 90, 25. 91, 7. 98, 27.  
 aequaliter 263, 15.  
 aequanimitas 72, 16. 75, 6. 102, 23.  
 aequare 99, 18. 101, 24. 232, 28.  
 aequae 98, 15. 315, 16.  
 aequitas 210, 9. *pl.* 72, 24.  
 aequus 91, 3. 127, 25. 131, 13. 256, 18. 259, 25.  
 aer 201, 9.  
 aes 249, 16.  
 aestimare 4, 3 *sq.* 281, 25. 25, 4. 33, 4. 96, 6. 182, 17. 126, 21. 163, 15. 210, 11. 271, 17. 293, 4. 310, 24. 349, 2. 6, 11. 13, 8. 35, 21. 96, 25. 104, 24. 123, 15.  
 aestimatio 172, 21. 255, 24. 341, 2.  
 aestimator 169, 15. 262, 6.  
 aestuare 218, 21. 226, 25.  
 aestus 221, 9. — 87, 10. 92, 14. 268, 7. 302, 15. *pl.* 106, 10. 300, 14. 301, 8.  
 aetas 215, 20. 231, 17. 285, 21. 222, 7. 266, 20. 314, 2. *pl.* 77, 4. 110, 12. 292, 21. aetas militaris 46, 5. periens 77, 24. peccans 95, 25. ex aetate mores trahere 176, 13. aetatem perdere 344, 22.  
 aeternitas naturae se debet amoris numini 286, 10.  
 aeterna sedes 166, 12. 231, 6. in aeternum 116, 13.  
 aevum 76, 20. 77, 10. 80, 12. 84, 29. 175, 20. 247, 24.  
 affatus 285, 13.  
 affectare 189, 16. 326, 27.  
 affectus 15, 4. 37, 2. 32, 9.

- 96, 1. 121, 13. 175, 1. 337, 6.  
 341, 10. 151, 16. 288, 20.  
 266, 17. 269, 4. 274, 14.  
 293, 19. 294, 22. 297, 22. 300,  
 11. 317, 20. caecus 124, 25.  
 carior 138, 23. facilior 191,  
 19. frigidus 32, 11. generis  
 humani 136, 4. 299, 6. 328,  
 24. impatiens 28, 7. 291, 9.  
 melior 274, 9. mollis 181,  
 22. nudus 329, 3. maior 101,  
 28. 338, 1. 341, 3. minor 95,  
 21. 340, 16. sacer 282, 14.  
 323, 23. 328, 12. publicus  
 21, 6. 73, 16. 213, 9. 303, 2.  
 321, 6. secretus a sanguine  
 suo 342, 23. sedulus 152, 19.  
 serius gravisque 342, 8. su-  
 bitus 162, 15. vester 146, 15.  
 213, 22. — 26, 15. 74, 11. 93,  
 28. 199, 2. 270, 16. 272, 7.  
 affigere 126, 18.  
 affinitas 183, 14. 279, 23.  
 affirmatio 156, 15. 325, 25.  
 afflare 238, 23.  
 affluens 176, 15.  
 afluens 239, 3. 267, 2.  
 Scipio Africanus 185, 24.  
 agere 36. 16. 38, 12. 52, 25.  
 83, 9. 85, 10. 191, 28. 200, 18.  
 226, 8. 284, 21. 285, 14. rem  
*publicam* male 228, 29. —  
 19, 8. 106, 22. 137, 24. 201, 6.  
 279, 12. 344, 17. — iniuria-  
 rum, caedis 137, 2. parricidii  
 306, 10. malae tractationis  
 324, 8. veneficii 268, 21.  
 279, 18. 189, 9.  
 aggestus 94, 11.  
 aggravare 229, 15.  
 aggređi 153, 18. 272, 22.  
 agitare 37, 3. 44, 13. 164, 17.  
 190, 6. 191, 21. 281, 15. 329,  
 25. 346, 9. 349, 27.  
 agmen 249, 7. 250, 14.  
 agnitio 156, 24.  
 agnoscere 5, 3. 47, 20. 72, 20.  
 113, 6. 117, 7. 139, 25. 280, 3.  
 338, 15.  
 alacer 78, 8. 83, 28.  
 albere 170, 25. 258, 6.  
*Alcestis* v. 187, 14.  
 alere: liberi parentes in ege-  
 state aut alant aut vincian-  
 tur *decl. 5 passim.* 167, 13.  
 bellum me alet 238, 4.  
 alienus a curis 90, 22.  
 alimentum 79, 26. 161, 16.  
 alimenta liberi reddunt 94,  
 12. poscuntur *decl. 5 et 9*  
*passim.* alimenta poscitur 88,  
 14. sermonibus dare 331, 27.  
 aliqua 209, 5.  
 aliqui *subst.* 96, 26. 184, 22.  
 210, 19. 220, 20. 271, 18. 300,  
 10. nisi aliquid 16, 21. —  
 98, 25. 225, 9.  
 aliquisque 70, 23.  
 aliunde 32, 8. 324, 19. 333, 10.  
 alius 95, 23. 282, 3. = *alter*  
 99, 7. 149, 23. *dat.* alio 27, 21.  
 allegare 3, 11. 21, 6. 145, 18.  
 146, 16. 207, 18. 273, 18.  
 alligare 8, 13. 55, 19. 109, 31.  
 220, 12. 232, 27. 258, 4.  
 alloquium 163, 20. 164, 7.  
 164, 26.  
 altaria 243, 9.  
 alter 160, 9. 161, 27. 288, 10.  
 295, 18. 299. 25. 317, 25.  
 alternare 125, 10.  
 alternus 187, 13.  
 altus 52, 20. 57, 12. 114, 21.  
 251, 22. 334, 16.  
 alvearium 252, 5.  
 amatorium 282, 21.  
 ambiguitas 121, 25. 122, 12.  
 ambiguus 241, 27. 254, 14.  
 ambire 51, 15. 315, 21.  
 ambitiose 125, 14. 169, 20.  
 ambitus 3, 10. 40, 21. 87, 6.  
 92, 21. 93, 19. 106, 19. 144,

22. 234, 20. 295, 2. 304, 5.  
 309, 10. 308, 10.  
 amicitia 178, 18. 296, 16.  
 amor 5, 22. 170, 6. 270, 15.  
 273, 13. 274, 2. 274, 10. 284,  
 12. 286, 8.  
 amplecti vocem 222, 18.  
 amplexus 26, 9. 69, 20. 106,  
 24. 107, 6.  
 anceps 54, 23. 237, 17. 289, 19.  
 ancora 232, 17. 232, 27. 239,  
 11. 240, 13.  
 angues furiarum 245, 18.  
 angulus 228, 6. 240, 7. 263, 19.  
 angustiae 141, 21. 150, 13.  
 154, 26. 324, 14.  
 anhelitus 36, 15. 78, 1b. 233,  
 13. 350, 25.  
 anhelus 153, 10.  
 anima 11, 23. 12, 14. 36, 3.  
 75, 16. 76, 8. 82, 29. (*cf.* 82,  
 14sq.) 142, 16. 143, 5. 197,  
 17. 245, 13. 270, 24. 350, 25.  
*passim.*  
 animal liberum . . . et vagum  
 253, 8. 253, 18. 261, 3.  
 animus 8, 11. 8, 27. 38, 8. 77,  
 15. 122, 6. 126, 11. 139, 10.  
 180, 4. 181, 12. 181, 18. 260,  
 12. 301, 16. 317, 19. 317, 25.  
 330, 11. *passim.*  
 annona 220, 28. 239, 3. 239,  
 10. 259, 17.  
 in antecessus dare 236, 20.  
 antiquitas 342, 14.  
 antestitem 69, 22. antestites  
 82, 14. 154, 10.  
 aperire audaciam 213, 25.  
 exemplum 139, 19. flammas  
 22, 19. portum benignitatis  
 181, 28.  
 apis *decl. 13 passim.*  
 appellare 229, 10 *de stupro*  
 43, 7. 44, 8. 48, 22. 51, 14.  
 51, 21.  
 appendere 300, 20.  
 Appius 50, 19.  
 applicare 13, 8. 77, 8. 139.  
 26. 234, 6. applicata 242, 5.  
 appliciti 290, 12.  
 apud 90, 24. 100, 2. 102, 17.  
 177, 9. 177, 14. 200, 2. 303,  
 19. 304, 26.  
 ara 243, 9.  
 arbitrium 213, 24. 225, 3.  
 340, 23.  
 ardens 82, 20, 83, 7.  
 arescere 96, 12. 161, 14.  
 argutus 330, 13.  
 ars crudelitatis 330, 2. mathe-  
 matica 79, 15. 81, 12. pira-  
 tica 103, 15. sacra (= *astro-*  
*logia*) 68, 10. 69, 22. 82, 14.  
 vaga 164, 12. artes liberales  
 172, 25. meretriciae 43, 20.  
 pro vita 207, 26. verniles  
 139, 24.  
 artare 196, 6. comitatum 91, 4.  
 artifex 92, 5. 196, 11. 262, 8.  
 300, 4. mortalitatis 94, 1.  
 aspectus 286, 19.  
 asserere 139, 11. 303, 13.  
 345, 21.  
 assertio 344, 6.  
 astringere 96, 13. 203, 17.  
 221, 4.  
*astrologia cf. decl. 4. 8 (157, 12).*  
 astus 175, 15.  
 at . . . vero 19, 2.  
 attactus 103, 4.  
 attendere 292, 10.  
 attonitus 204, 10.  
 auctor 49, 4. 264, 3. 286, 9.  
 auctoramentum 175, 16.  
 aucupatio 253, 25.  
 auditus 125, 21.  
 auram captare 233, 16.  
 aures publicae 288, 6. publi-  
 cae severitatis 279, 20. civi-  
 tatis 208, 23. saeculi 50, 26.  
 sanctissimae 41, 11. 48, 9  
 122, 20.



- aversor 40, 25. 275, 15.  
 avius 251, 8.  
 axis 157, 16. 203, 21.  
 .  
 Barbarum carmen 190, 25.  
 murmur 201, 16. *subst.* 53,  
 13. 300, 1. *gen. pl.* barbarum  
 257, 5.  
 bellicus 175, 11. 196, 6.  
 bella *apium* 249, 16.  
 belua 44, 20. 227, 8. 244, 22.  
